# SUMMA IURIS CANONICI IN QUATUOR INSTITUTIONUM LIBROS...

Hendrik Canisius

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
17 A
32
~~III. 6.~~
13-18.C.15

# SVMMA
# IVRIS CANONICI
# IN QVATVOR INSTI-
# TVTIONVM LIBROS
## CONTRACTA.

ACCESSIT COMMENTARIVS IN REGVLAS IVRIS, LIB. VI. DECRET.

*Item Appendix de differentijs vtriuſque Iuris.*

SVBIVNCTA EST RECEN-
tiorum Conſtitutionum Summorum Pontificum in ordinem Decretalium & Concilij Tridentini à Stephano Quaranta facta digeſtio, nec non Ordo legendi Decreta eiuſdem Concilij.

AVCTORE
HENRICO CANISIO NO-
*uiomago, ICto. & SS. Canonum in Academia Ingolſtadienſi Profeſſore Primario.*

Collegij SS. Blasij et Caroli Romae ad Catinarios

ANTVERPIÆ.
Apud HIERONYMVM VERDVSSIVM.
Anno M. DC. XLIII.
*Cum gratia & priuilegio.*

# REVERENDO ADMODVM DOMINO D. FRANCISCO VANDER ZIIPE ICTO. CANONICO, ARCHIDIACONO ET EPISCOPATVS ANTVERPIENSIS VICARIO GENERALI.

NIhil maiore hactenus cõtẽtione ac ſtudio deſideraui, Vir admodum reuerende, nihilq́; in votis habui magis, quàm dari aliquando occaſionem mihi, qua vel obſequio aliquo, vel opere, nominis Tui claritudine digno, apud poſteros teſtari poſſem, quãtis ipſe nomini Tuo ampliſſimo, iã inde ab eo tẽpore, quo ad Vicariam Epiſcopi Antuerpienſis operam aſſumptus es, nominibus ſim deuinctus. Quapropter editurus iam denuò in Belgio Hẽrici Caniſii, Iuriſcõſulti celeberrimi, in Inſtitutionẽ

Iuris commentarios, eoſdem volui ſub nominis Tui auſpicio in lucẽ prodire, ipſorumq; frontiſpicio dignitatis Tuæ fulgorem, velut hederã, appendere, & Juriſcõſultum vnũ alterius Juriſcõſulti titulo cohoneſtare, vt tamen non tã ille huic, quàm illi hic honeſtamentũ ac decus addat. Id verò eò feci libẽtiùs, quòd eruditio, pietas & iuſtitia Tua tot iam luſtris Antuerpiẽſibus fuerit notiſſima, quibus, velut per ſublimes quoſdam gradus, ad hoc, in quo conſtitutus es, faſtigium ſublimatus es, vt noſtro Præſuli Antuerpiẽſi in arduo hoc munere obeundo & onere ferendo Vicarios humeros præbeas, atq; adeò, ſi augurari licet, paulatim ad Jnfulæ honores conſcendas. Certè, ſi de ſummâ, quâ polles, eruditione & doctrinâ, pace Tuâ verba facere liceret, ampliſſimus mihi cãpus decurrendus occurreret. Sed modeſtia Tua, cui proprias laudes audire valdè moleſtum, imò & ingratum eſt, me reprimit, vt non niſi ſtrictiſſimè agere oporteat. Quid arcanorum huiuſce vrbis Præſulum te conſcium & adiutorẽ reddidit? Eruditio. Quid Sacro Tribunali

bunali te præſidere fecit? Eruditio? Quid cauſarum & litium nodos tã dextrè diſſoluere fecit? Eruditio. De pietate nihil dicã; ea enim oculis noſtris quotidie obuerſatur. Pietatis certè fuit cũ eruditione conjũctio, quòd toto illo quinq; luſtrorum & amplius ſpatio, quo ſacro Tribunali præſediſti, ita omnia æquitate piâ, & pietate ęquâ moderari noueris, vt inter ſacrũ & profanũ tribunal, licet quandoque nonnihil, vt ſolet, intricatũ occurrerit, nulla diſsẽſio, nulla lis, nulla inuidia orta fuerit. Iuſtitiæ porrò adeò in ſacro illo munere fuiſti tenax, vt neq; ditioribus in ſacras leges delinquẽtibus connixeris, peperceris, aut illorũ auctoritatem fueris veritus, neque inferioribus ita miſertus fueris, vt vel minimã proſopolepſiæ ſuſpicionem apud vllos incurreris, ſed pari tenore vtriſq; iuſtitiam ex legum præſcripto adminiſtraueris.

Accipe ergo, hoc qualecumq; amoris & affectus erga Te mei teſtimonium; quod, tametſi perexiguũ ſit, & acceptis ab ampliſſimo nomine Tuo beneficiis impar, vſq; adeò contemnendũ non eſt, vt gratũ etiam animũ parua teſtentur: à

 mi-

minimis quippe ſemper magna initiũ ducũt ac nemo naſcitur magnus. Fõtes in riuos, deinde in fluuios creſcũt; & ingẽs frumẽti aceruus à pauculis primùm cœperit grauis oportet; & parua ſæpè ſcintilla ingens excitauit incendium, quod magnas decinerauit vrbes. Parua ergo ſpernere nolim, vtpote quę ad maiora viã ſternant: vnde & oblatũ à villico ingens malũ Punicũ Macedûm maximus Satrapiæ dignitate cõpenſandũ cenſuit, eum ratus ritè aliis præfuturũ, & benè gnauiterque rem prouincię adminiſtraturũ, qui tam præclara in horto domeſtico coluiſſet poma. Quocircà non tam munuſculum quàm affectũ dantis inſpice, qui, quæ contraxit nomina, hoc ſe paulatim pacto diſſoluere poſſe ſperat, & beneuolentiam exhibitam remunerando aliam in ſe prouocare. Vale, Antuerpiæ VII. Kal. Octob. 1642.

R. D. T.

*ſtudioſiſſimus*

Hieronymus Verduſſius.

AD

# LECTOREM.

*Abes hîc, beneuole Lector, Summam Iuris Canonici, ſæpiùs editam, correctam & reſtitutam. Quem laborem eò lubentiùs ſubiui quòd intelligebam non ſolùm ſtudioſis iuris, ſed & Theologiæ, hunc conatum meum non ingratum cecidiſſe. Et certè cùm Theologus omnia ſua ſtudia ad Eccleſiæ vtilitatem, & ornamentum referat (niſi deſes eſſe velit ſolâ contemplatione contentus) non inconſultò facit, quod & Eccleſiaſticas regulas, id eſt, ſacros Canones (quibus Eccleſiæ corpus veluti quibuſdam vinculis continetur) Theologico ſtudio coniungat.*

*Habet enim hîc (ni fallor) compendio quodam, quæ ad Sacramentorum Eccleſiaſticorum confectionem & exhibitionem ſpectant; quæ, quóve ritu ſingula ſingulis adminiſtranda ſint. Nam licèt Sacramentorum vſus ex Theologiæ fontibus dimanarit; tamen quibus, quo loco, & tempore, & modo applicanda vel conferenda ſint, vberiùs & explicatiùs tradunt ſacri Canones: adeo, quòd non parum interſit Theologi, hæc pleniùs ex iure Canonum hauſiſſe.*

*Iam quod ad reliquas Eccleſiaſticas functiones*

 *attinet;*

*attinet; habet hic, quæ potiſſimùm concernunt officium Ordinarij, id eſt, Epiſcopi, Archidiaconi, Archipresbyteri, Primicerij, aliorumq́ clericorum: item quæ ſit authoritas Legatorum Sedis Apoſtolicæ, quæ poteſtas Delegatorum, Vicariorum, Coadiutorum, Capituli ſede vacante: item quæ ad Monachos, alioſq́ Regulares petinent: demum quo vitæ genere, doctrina morumq́ innocentia & integritate inſtructi eſſe debeant clerici, in ſortem Domini vocati. Quæ omnia ex varijs iuris Eccleſiaſtici locis conquiſita, in certos & diſtinctos titulos hîc breuiter coniecimus. Quæ nec Theologum ignorare conuenit, ſi profeſſionem ſuam integrè & cum dignitate in Eccleſia tueri velit.*

*Porrò de Prælatorum electione, poſtulatione, confirmatione, conſecratione; de beneficiorum Eccleſiaſticorum collatione, vſu & adminiſtratione; de decimis; de iure patronatus; de immunitate & ſepultura Eccleſiaſtica; de voto & voti mutatione ſiue redemptione; de excommunicatione, ſuſpenſione, interdicto, irregularitate, & id genus aliis quæ Eccleſiaſtici iuris ſunt; ſi quæſtio aut mentio incidat, quid de his diſſeret Thologus, ſi Canonum ſcientia deſtitutus ſit?*

*Quid ſi ad animarum curam adſcitus Theologus rogetur de impedimento Matrimonij; aut de conuentione vſuraria aut ſimoniaca; an votum ſiue iuramentum præſtitum ſeruandum ſit: ipſe verò aut nihil, aut perperam reſpondeat imperitus Canonum; nónne hic cum ignominia & pernicie*

aliorum

*aliorum in Eccleſia verſatur? Sed remittet, inquies, huiuſmodi cauſas ad Iureconſultos. Sed ſi ad manum Iureconſultus non ſit, aut non niſi lucello reſponſum ſit daturus, quid faciet miſer? qua ratione ſe explicabit? Quò ſe vertet Parochus, ſi audita confeſſione pœnitentis, hæreat ſuſpicione motus Eccleſiaſticæ cenſuræ; vtrùm à ſe abſoluendus, an ad Superiorem remittendus ſit pœnitens? Surget Parochus, reſpondebis, conſulturus canonum peritum. Interim relictus pœnitens angitur animo, dubius expectans Parochi abſolutionem; quàm ſi fortè reuerſus Parochus non adferat, tunc maiore perturbatione corripitur: quod ſanè incommodum facilè euitat Parochus aut alius quiſpiam qui confeſſioni præeſt, ſi pœnitentem doceat ex præſcripto ſacrorum Canonum à ſe abſolui non poſſe, ac proinde ſalubri conſilio adhibito, ei perſuadeat, vt Superiorem pro abſolutione adeat.*

*Vt hinc diſertè conſtitutum ſit à Cæleſtino Papa* a: Nulli, *inquit*, Sacerdotum liceat Canones ignorare, nec quidquam facere, quod Patrum poſſit regulis obuiare. *Et quod grauiter interminatur Gregorius* b: Hæc conſona, *inquiens*, ſanctis Patribus diffinitione ſancimus: vt qui ſacris neſcit obedire Canonibus; nec ſacris adminiſtrare, nec communionem capere, ſit dignus altaribus. *Quare etiam generaliter ſancitum eſt in Concilio Meldenſi* c, vt Canonum ſtatuta cuſtodiantur ab omnibus, & nemo in actionibus vel iudiciis Eccleſiaſticis

a c. nulli, diſt. 38.

b c. hac cõſona 25. q. 2.

c extat. in c. 1. ext. de cõſtit.

cleſiaſticis ſuo ſenſu, ſed eorum auctoritate ducatur. *Rem igitur neceſſariam agit Theologiæ Studioſus, cùm & ſacrorum Canonum cognitionem ſuæ profeſſioni coniungit, eam aliquando in Eccleſiæ vſum & ornamentum traducturus.*

*De Studioſis iuris Ciuilis, nulla apud me dubitatio eſt, quin hi neceſſariam exiſtiment iuris Canonici cum iure Ciuili coniunctionem. Quod vel ex eo planè conijcio, quòd hactenus me viginti annos ius Canonicum publicè in hac Academia profitentem magno concurſu & diligentiâ audierint & exceperint; rationibus non leuibus adducti: Quod ſcilicet, exploratum habeant, quæ à iure Ciuili de perſonis & rebus Eccleſiaſticis prodita ſunt, ea iam pridem antiquata & ad Eccleſiaſticas conſtitutiones reiecta eſſe* d. *Item quæ de matrimonio contrahendo, vel diſtrahendo, vano conatu conſtituit ius Ciuile; ea ſimiliter redacta eſſe ad regulas ſacrorum Canonum* e. *Neque ignorant concubinatum, vſuras, præſcriptionem cum mala fide, id eſt, cum conſcientia rei alienæ, à iure Ciuili admiſſa, ad normam iuris Canonici reuocata eſſe* f. *Hæ etenim lacunæ iuris Ciuilis Chriſtiano homine indignæ, neceſſariò reſtituuntur ex iure Canonico; quemadmodum & illud quod contra omnem pietatis rationem à Iuſtiniano Imp. conſtitutum eſt* g; *de non alendis liberis à parẽtibus, ex inceſto vel alias a legibus damnato concubitu natis. Et quod non minorem impietatem redolet, dum comprobat leges Iuriſconſultorum, quibus patri permittitur; vt* is

d c. Eccleſia S. Mariæ 10 ext. de cõſt. c. 1. diſt. 96.
e c. 1. in fide conſang. & affi. c. 12. de exceſſ. prælat. c. 4. & 5. extr. de ſecund. nupt. Conc. Trid. ſeſſ. 24. can. 12.
f c. Si in ver: cum generaliter extr. de præſcrip. c. 4. diſt. 10.
g §. fin. No. 80. quibus modis naturalis effi. ſui. auth. ex

*is filiam ſuam in adulterio deprehenſam poſſit* vnà *cum adultero impunè & ſine ſcelere occidere.* h *Vtrumque enim per ius Canonicum ſummâ æquitate exploſum eſt* i. *In his igitur aliiſq́ſ ſimilibus, quæ vel iuri diuino, vel naturali refragantur, iuſtiùs aditur ius Canonicum* k *ad exemplum iuris Prætorij, quod & in multis articulis rigorem iuris Ciuilis naturali quadam æquitate attemperauit. Quamuis aliàs non ignoremus, Iuſtinianum præclarè & religiosè de ſacris Canonibus ſenſiſſe. Quod vel indicat eiuſdem Nouell.* 131. *de Eccleſiaſticis titulis.* §. 1. *vbi his verbis edicit* : Sancimus igitur, vicem legum obtinere ſanctas Eccleſiaſticas regulas, quæ à ſanctis quatuor Concilijs expoſitæ ſunt aut firmatæ. *Nicæno, ſcilicet, Conſtantinopolitano, Epheſino, Chalcedonenſi.* Prædictarum enim quatuor ſynodorum dogmata, ſicut ſanctas Scripturas accipimus, & regulas ſicut leges obſeruamus *l*.

*Accedat, quod ex iuris Canonici lectione id commodi (quod nec minimum cenſeri debet) reportent iuris Ciuilis ſtudioſi, quòd ea quæ legibus Ciuilibus comprehenſa non ſunt, aut minus explicatè, rectè mutuentur ex iure Canonico, ſicut & è diuerſo rectè fit à ſtudioſis iuris Canonici, iuxta illud Lucij* 3. *ſcholæ vſu & praxi forenſi receptum.* Quia verò, *inquit,* ſicut leges non dedignantur ſacros Canones imitari: ita & ſacrorum ſtatuta Canonum, Principum conſtitutionibus

complexū C. de inceſt. & inut. nupt.
*h* l. patri. 20. & l. quod ait ff. ad L. Iuliam de adulter.
*i* Illud ex c. cū haberet. 5. ex. de eo qui duxit in matr. & ibi Panor. n. 5. Andr. Gail. l. 2. obſ. 88. n. 4. alterū vero ex c. 6. c. 9. 33 q. 2.
*k* d. cap. fi. Horū & in Summa ſuis locis meminimus.
*l* Horum Conciliorū Canones extant ſparſim in Decreto Gratiani & apud alios. ca. 1. ext. de noui oper. nuntiat.

bus

bus adiuuantur. *Vt & hinc non immeritò in hac Summa noſtra, legum Ciuilium paſſim meminerimus. Idem factitatum videmus ab Hoſtienſi in Summa ſua: à quo tamen longè diſtamus: quo is non tam Summam iuris Canonici, quam paratitla, id eſt, ſummaria in ſingulos Decretalium Gregorij IX. titulos (quæ & inſtar iuſti commentarij ſunt) perſcripſerit: nos verò totam quaſi materiam iuris Canonici variis locis diſperſam, in quatuor Inſtit. libros, diſtinctis capitibus, coëgerimus; ita quidem, vt & ea ſimul complecteremur, quæ in lib. 6. Decretal. Bonifacij VIII. in Clementinis & in Extrauag. tum etiam in Concilio Trid. extarent; quantum, ſcilicet, poſtulabat inſtituti operis ratio. Quæ ab Hoſtienſi omiſſa ſunt, vtpote qui Summam ſuam, antequam Bonifacij VIII. conſtitutiones promulgatæ eſſent, & conſcripſit & ſic mutilam eam nobis reliquit.*

*Itaque, beneuole Lector, hunc laborem noſtrum accipe & candidè interpretare, qui in vtilitatem tuam ſuſceptus, iam iterum in lucem emittitur.*

OR-

# ORDO TITVLORVM LIBRI I.


I. De inſcriptione & notione iuris Canonici. 1

II. De iuris ſcripti partibus. 4

III. De iuris non ſcripti partibus, id eſt, de traditione & conſuetudine. 15

IV. De iure perſonarum. 18

V. De ordinibus & gradibus Clericorum. 21

VI. Qui ordines Eccleſiaſticos conferant, & de litteris dimiſſorijs. 25

VII. Quibus Eccleſiaſtici ordines rectè conferantur. 9

VIIJ. De temporibus ordinationum & de ætate ordinandorum. 43

IX. De clerico furtiuè, vel per ſaltum promoto. 44

X. De officiis Clericorum. 46

XI. De electione. 49

XIJ. De poſtulatione. 59

XIII. De confirmatione. 61

XIV. De conſecratione Epiſcopi & vſu pallij. 64

XV. De tranſlatione Epiſcopi, & renunciatione. 67

XVI. De officio & poteſtate Ordinarij. 70


XVII.De

XVII. De officio Legati. 75
XVIII. De officio & poteſtate Iudicis delegati. 78
XIX. De officio Archidiaconi. 85
XX. De officio Archipresbyteri. 86
XXI. De officio Primicerij, Sacriſtæ & Cuſtodis. 87
XXII. De officio Vicarij. 89
XXIII. De officio Coadiutoris. 92
XXIV. De officio Capituli Sede vacante & de Adminiſtratore & OEconomo. 95
XXV. De Regularibus & Monachis. 99
XXVI. De Vita & honeſtate Clericorum. 108

## LIBRI II.

I. De rerum Diuiſione. 115
II. De Sacramentis in genere. 116
III. De Baptiſmo. 119
IV. De Confirmationis Sacramento. 124
V. De Euchariſtia. 125
VI. De Pœnitentia. 130
VII. De extrema Vnctione. 133
VIII. De Ordinis Sacramento. 135
IX. De Sponſalibus & Matrimoniis. 136
X. Quæ in contrahendo Matrimonio ſpectanda. 150
XI. Qui prohibentur Matrimonium contrahere. 156
XII. De cognatis. 158

XIII. De

XIII. De Affinibus. 165
XIV. De profeſſis & ſacro ordine inſignitis. 173
XV. De frigidis, maleficiatis, alijſque impotentibus. 175
XVI. De infidelibus. 179
XVII. De homicidis, adulteris & raptoribus. 180
XVIII. De coniugatis. 183
XIX. De clam contrahentibus Matrimonium, ſiue de clandeſtina deſponſat. 186
XX. De impedimentis non dirimentibus matrimonium. 190
XXI. De diuortijs. 192
XXII. De Eccleſijs ædificandis, conſecrandis, repurgandis & reficiendis. 195
XXIII. De religioſis domibus. 199
XXIV. De immunitate Eccleſiaſtica. 201
XXV. De cenſibus, exactionibus & procurationibus. 207
XXVI. De decimis. 214
XXVII. De præbendis. 224
XXVIII. De confeſſione præbendæ ſiue beneficij Eccleſiaſtici. 227
XXIX. De Inſtitutione & iure patronatus. 234
XXX. De Clericis non reſidentibus. 244
XXXI. De peculio Clericorum. 246
XXXII. De rebus Eccleſiæ non alienandis. 247

LIBRI

## Ordo Titulorum.

## Libri III.

I. De contract. & eorum diuiſione. 256
II. De emptione & venditione. 258
III. De locato & cōducto & de emphyt. 261
IV. De commodato, depoſito & mutuo. 265
V. De precariis. 269
VI. De feudis. 271
VII. De donationibus. 274
VIII. De rerum permutatione. 279
IX. De pignoribus & fideiuſſoribus. 281
X. De teſtamentis & vltimis voluntatibus, 285
XI. De ſucceſſionibus ab inteſtato. 295
XII. De ſepulturis & Canonica portione. 297
XIII. De delictis. 300
XIV. De Simonia. 304
XV. De hæreticis, ſchiſmaticis & apoſtatis. 312
XVI. De ſortilegis, blaſphemis, & ſacrilegis. 316.
XVII. De homicidio voluntario & caſuali. 318
XVIII. De adulteriis, ſtupro, raptu & inceſtu. 321
XIX. De crimine falſi. 327
XX. De furto, rapina, iniuria & dãno dato. 331
XXI. De vſuris. 337
XXII. De pœnis. 340
XXIII. De ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti. 348
XXIV. De pactis & tranſactionibus. 360
XXV. De arbitris. 363

Libri

## Libri IV.

| | | |
|---|---|---|
| I. | De iudiciis. | 368 |
| II. | De in ius vocando. | 380 |
| III. | De procuratoribus & defenſoribus. | 383 |
| IV. | De dolo & contumacia. | 390 |
| V. | De libelli oblatione. | 396 |
| VI. | De exceptionibus. | 399 |
| VII. | De litis conteſtatione. | 414 |
| VIII. | De iuramento calumniæ. | 417 |
| IX. | De probationibus & depoſitionibus. | 420 |
| X. | De teſtibus & atteſtationibus. | 422 |
| XI. | De fide inſtrumentorum. | 430 |
| XII. | De iureiurando. | 433 |
| XIII. | De præſumptionibus, inſpectione oculorum, & de fama. | 437 |
| XIV. | De ſententia & re iudicata. | 440 |
| XV. | De appellationibus, & ne pendente appellatione aliquid innouetur. | 446 |
| XVI. | De in integrum reſtitutione. | 460 |
| XVII. | De ſupplicatione contra ſententiam; & de ſyndicatu. | 465 |
| XVIII. | De executione rei iudicatæ. | 466 |
| XIX. | De accuſationibus, inquiſitionibus, & denunciationibus. | 468 |
| XX. | De purgatione Canonica. | 482 |

# ORDO TITVLORVM ALPHABETICVS.

A.

DE Accuſationibus, inquiſitionibus, & denunciationibus. fol. 468
Adulteriis, ſtupro, raptu & inceſtu. 321
Affinibus. 165
Appellationibus, & ne pendente appellatione aliquid innouetur. 446
Arbitris. 363

B.

DE Baptiſmo.

C.

DE Cenſibus, exactionibus & procurationibus. 207
Clam contrahentibus matrimonium, ſiue de clandeſt. deſponſat. 186
Clerico furtiuè vel per ſaltum promoto. 44
Clericis non reſidentibus. 244
Cognatis. 158
Commodato, depoſito & mutuo. 265

Con-

Conceſſione præbendæ ſiue beneficij Eccleſia-ſtici. 227
Confirmatione. 61
Confirmationis Sacramento. 124
Coniugatis. 183
Conſecratione Epiſcopi & vſu pallij. 64
Contractibus & eorum diuiſione. 156
Crimine falſi. 327

D.

DE Decimis. 214
Delictis. 304
Diuortiis. 192
Dolo & contumacia. 390
Donationibus. 274

E.

DE Eccleſiis ædificandis, conſecrandis, re-purgandis & reficiendis. 195
Electione. 49
Emptione & venditione. 258
Euchariſtia. 125
Exceptionibus. 399
Executione rei iudicatæ. 466
Extremâ vnctione. 133

F.

DE Feudis. 271
Fide inſtrumentorum. 430

Frigidis, maleficiatis aliiſque impotentibus. 175
Furto, rapina, iniuria, damno dato. 331

H.

DE Hæreticis, ſchiſmaticis & apoſtatis. 312
De Homicidis, adulteris & raptoribus. 180
Homicidio voluntario & caſuali. 318

I.

DE Immunitate Eccleſiaſt. 201
De Impedimentis non dirimentibus matrimonium. 190
In integrum reſtitutione. 460
Inſcriptione & notione iuris Canonici. 1
Infidelibus. 179
Inſtitutione & iure patronatus. 284
In ius vocando. 330
Iudiciis. 368
Iuramento calumniæ. 417
Iureiurando. 433
Iure perſonarum. 18
Iuris ſcripti partibus. 4
Iuris non ſcripti partibus. 15

L.

DE Libelli oblatione. 396
De Litis conteſtatione. 414
Locato & conducto & de emphyteuſi. 261

De

## O.

DE Officiis Clericorum. 46
De Officio & poteſtate ordinarij. 70
Officio & poteſtate Iudicis delegati. 78
Officio Archidiaconi. 85
Officio Archipreſbyteri. 86
Officio Coadiutoris. 92
Officio Capituli ſede vacante, & de Adminiſtratore & Oeconomo. 95
Officio legati. 75
Officio primicerij, ſacriſtæ & cuſtodis. 78
Officio Vicarij. 89
Ordinis Sacramento. 135
Ordinibus & gradibus Clericorum. 21

## P.

DE Pactis & tranſactionibus. 360
De Peculio Clericorum. 246
Pignoribus & fideiuſſoribus. 281
Pœnis. 340
Pœnitentia. 130
Poſtulatione. 59
Præbendis. 224
Præſumptionibus, inſpectione oculorum, & de fama. 437
Precariis. 269
Probationibus & depoſitionibus. 383
Procuratoribus & defenſoribus. 420

Profeſſis & ſacro ordine inſignitis. 173
Purgatione Canonica. 482

Q.

QVæ in contrahendo matrimonio ſpectanda. 150
Qui ordines Eccleſiaſticos conferant, & de literis dimiſſoriis. 25
Quibus Eccleſiaſtici ordines rectè conferantur. 29
Qui prohibentur matrimonium contrahere. 156

R.

DE Rebus Eccleſiæ non alienandis. 249
De Regularibus & Monachis. 99
Religioſis domibus. 199
Rerum diuiſione. 115
Rerum permutatione. 279

S.

DE Sacramentis in genere. 116
De Sententia & rè iudicata. 440
Sententia excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti. 348
Sepulturis & Canonica portione. 297
Simonia, 305

Sorti-

Sortilegis, blaſphemis & ſacrilegis. 316
Sponſalibus & matrimoniis. 136
Succeſsionibus ab inteſtato. 295
Supplicatione contra ſententiam, item de ſyndicatu. 165

## T.

DE Temporibus ordinationum, & de ætate ordinandorum. 43
Teſtamentis & vltimis voluntatibus. 285
Teſtibus & atteſtationibus. 422
Tranſlatione Epiſcopi, & renunciatione. 67

## V.

DE Vita & honeſtate Clericorum. 108
Vſuris. 337

FINIS.

SVmma hæc Iuris Canonici ab Auctore ſuo D. HENRICO CANISIO, qui vigeſimum iam annum in hac Ingolſtadienſi Academia, ſacros Canones ſummâ omnium approbatione, interpretatur; nunc quartò recognita, & variis acceſſionibus locupletata, iure optimo in lucem prodit; quia nil aut fidei, aut bonis moribus contrarium continet; ſed iuris Pontificij Studioſos viâ planâ & facili ad ſacrorum Canonum adyta ducit.

*IACOBVS GRETSERVS Societatis IESV, SS. Theologiæ Doct. Profeſſor, & Collegij Theologici pro tempore Decanus.*

# SVMMÆ IVRIS CANONICI

## LIBER PRIMVS.

## DE IVRE CANONICO ET EIVS PARTIBVS.

### TITVLVS I.

*De inſcriptione & notione Iuris Canonici.*

IVs Canonicum ideò hoc nomine inſcriptum eſt; quòd collectum & coaceruatum ſit ex Canonibus, id eſt, regulis ad rectè viuendum inſtitutis. *a* Etenim Canon Græcè, Latinè regula dicitur; *b* & quidem per antonomaſiam, regula Eccleſiaſtica. *c* Vnde hoc ius, quo Regulæ Eccleſiaſticæ continentur, non immeritò Ius Canonicũ appellatur; ſicut & Ius Ciuile eâdem locutionis formâ pro iure Ciuium Romanorum accipitur. *d*

a *c.2.diſt.3.iuncto c.1.c.5. ext.de conſt.* b *c.1.d.diſt.* c *vt in d.c.1.ext.de conſt. in c.violatores 25.q.1.*

Non minus tamen rectè & Ius Pontificium dicitur, ab auctoribus Pontificibus, quorum curâ & auctoritate in vnum quaſi corpus redactum. α

d §. *Sed ius quidem ciuile. Inſtit. de iure naturali.*

*Ex quibus conſtet ius Canonicum?*

Constat autem hoc Ius, aut ſcripto, aut ſine ſcripto. Quæ ad ius ſcriptum pertinent, ea deſumpta ſunt, vel ex iure diuino, vel ex decretis Conciliorum, vel ex placitis Principum, vel ex ſententijs Patrum. Non ſcripto, traditiones & conſuetudines continentur. e

e *c. 5 cap. 8. diſt. 11.*

## Notatio in Tit. I. Lib. I.

*α Corpus iuris Canonici, quo hodie in ſcholis & in foro vtimur, conſtat Decreto, libris quinque Decretalium Gregorij IX. Sexto Decretalium Bonifacij VIII. Clementinis & Extrauagantibus Ioannis XXII. cum communibus, id eſt, & aliorum Summorum Pontificum. Quod ad Decretum attinet; illud, ſi auctorem ſpectemus, nulla propriè iuris Canonici pars eſt. Habet enim auctorem Gratianum monachum, qui illud priuato ſtudio collegit ex conſtitutionibus Summorum Pontificum, Conciliorum, Epiſcoporum, iuris Ciuilis, & ſententijs ſanctorū Patrum. Nam ex his opus eius compactum eſt; quamuis nonnulla ipſe ſuo nomine adiecerit & inſeruerit ob ordinis rationem & conciliationem capitum, quæ inuicem aduerſari videbantur. Interim cum hactenus idem Decretum cum reliquo iuris Canonici corpore*

*vnà*

*vnà circumferatur & frequentetur; illudq́; poſtremò Gregorius Decimus-tertius Summus Pontifex ei annumerarit, atq; adeò recognoſci, emendari & retineri curauerit (vt videre eſt in epiſtolis Decreto præfixis) non eſt quod hac in re amplius laboremus: ita tamẽ, vt quæ eodẽ Decreto cõprehenſa ſunt, ſingula reuocẽtur ad ſuam auctoritatem, iuxta tit. ſequent. De iuris ſcripti partibus. Vnde non mirari non poſſum imperitiã eorum, qui leges ciuiles in Decretum coniectas eo ipſo putent eſſe canonizatas, id eſt, in numerum ſacrorum Canonum relatas; cùm ipſe Gratianus, vtpote homo priuatus, eas canonizandi poteſtatem non habuerit: ſed eam retinent auctoritatem, quam antea habuerunt. Idem omnino cenſendum eſt de dictis ipſius Gratiani; niſi quatenus auctoritate vel viua iuris ratione iuuantur. De ceteris verò iuris Canonici partibus, veluti de Decretalibus Gregorij IX. quæ ſub nomine,* Extra, *citantur, quaſi ſint extra Gratiani Decretum, quod tempore prius fuit. Item de Decretal. Bonifacij VIII. quæ inſcribuntur* Sextus liber Decretalium; *eò quòd quinque libris Decretalium Gregor. IX. tanquam ſextus liber acceſſerit. Item de Decretalibus Clementis V. quæ & ideo* Clementinæ *vocantur. Et poſtremò de Extrauagantibus tam Ioannis XXII. quàm communibus, quæ & idcircò* Extrauagantes *appellantur, quòd antea extra corpus iuris Canonici incerta quaſi ſede vagarentur, ac proinde etiamnum retinent idem nomen, licet poſtea in ordinem librorum iuris Canonici redactæ ſint. De harum inquam auctoritate non*

*eſt quòd quis addubitet; cùm ipſos ſummos Pontifices auctores habeant. Quibus accedăt & aliorū ſummorum Pontificū conſtitutiones diuerſis temporibus edita, quæ & ob eandem rationem, idem Extrauagantium nomen ſortiuntur: quas hoc noſtro tempore priuâtâ diligentiâ collegit Laërtius Cherubinus IC. & in vnum quaſi corpus coniecit ſub Bullarij nomine: quæ ad placita Principū referri poſſunt; de quibus agitur in §. placita infr. tit. ſeq. quemadmodum & ea quæ ex Concilijs, præſertim Tridentino, à nobis deſumpta, & in hanc ſummam congeſta ſunt, ad §. 2. eodē tit.*

# DE IVRIS SCRIPTI PARTIBVS.

## TITVLVS II.

*Quid ſit Ius diuinum.*

IVs diuinum eſt, quod legibus veteris & noui Teſtamenti continetur; quo non ſolùm hoc Ius canonicum paſſim reſperſum eſt, verùm etiam ex eo potiſsimùm profluxit. *a*

a *c. qualiter. 24. in princ. ext. de accuſ.*

*Decreta Conciliorum triplicis generis.*

DECRETA Conciliorū, aut ſunt Vniuerſalium, aut Prouincialum, aut Epiſcopalium. *b*

b *§. Porrò. diſt. 3. c. ſicut 25. ext. de accuſ.*

*Concilia Vniuerſalia quæ?*

CONCILIA Vniuerſalia ſunt, quæ à Prælatis Eccleſiarum in vnum locum ex toto orbe coactis, celebrantur. Vnde & Oecumenica, id eſt,

id eſt, totius orbis Concilia appellantur. Horum quatuor celebriora recenſentur; Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonenſe; quæ ab Eccleſia Catholica tanquam quatuor Euangelia probata & recepta ſunt *c*. Non minorem tamen vim & poteſtatem habent & reliqua Concilia Vniuerſalia auctoritate Summi Pontificis congregata, & confirmata *d*. In quibus enim Summi Pontificis auctoritas deſideratur, nõ tam Concilia cenſenda ſunt, quàm conciliabula, ſiue improbata conuenticula *e*.

c *c. §. Inter cætera. diſt. 15. adde Nouell. 131. de Eccleſ. & l. 4. & 5. nos reddentes. C. de Summa Trinit.* d *d. cap. quatuor. c. 3. diſt. 15 iuncto c. 1. c. 2. diſt. 19.* e *c. 1. c. 2. c. 5. tit in princip 1. §. hæ ſunt diſt. 17.*

*Concilia Prouincialia quæ?*

Concilia Prouincialia ſunt, quæ inter Epiſcopos & alios Clericos eiuſdem prouinciæ inſtituuntur; olim quidem ſemel aut bis, annis ſingulis *f*; nunc verò ex præſcripto Concilij Tridentini quolibet ſaltem triennio cogi iubentur per Metropolitanum, aut eo legitimè impedito per Coëpiſcopum antiquiorẽ; quibus omnes Epiſcopi, alijque, quibus id vel ex iure, vel ex conſuetudine competit, intereſſe iubentur *g*.

f *c. 6. c. 7. c. 15. diſt. 18. 15. ext. de accuſat.*

g *Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. de reformat.*

*Concilia Epiſcopalia ſiue Diœceſana quæ?*

CONCILIA verò Epiſcopalia ſiue Diœceſana ſunt, quæ ab Epiſcopis inter ſuæ Diœceſis Clericos & Abbates indicuntur; & quidem

 quotan-

quotannis, vt Canones præſcribunt *h*. Ad quę exempti etiam omnes, qui alias ceſſante exemptione intereſſe deberent nec Capitulis generalibus ſubduntur, accedere tenentur *i*.

h. *in c. annis diſt.* 18. *Cõc. Trid. d. c.* 2. *§. fin.* i *Vide Conc. Trid. d. §. fin.*

*De vi & effectu Conciliorum.*

Et quidem decreta Conciliorũ Vniuerſalium omnes omninò Chriſtianos ligãt *k*. Prouincialium verò & Eiſcopalium, non itẽ, ſed tantùm ſubditos ſuos, quamdiu in prouincia ſiue diœceſi ſunt. Extra enim territorium ius dicẽti impunè nõ paretur *l*. Quæ tamẽ ex his in corpus Canonicum relata (vt pleriſq; in locis videre eſt *m*) aut alias à Summo Pontifice generaliter comprobata ſunt *n*, ea haud dubiè & cæteros Chriſtianos obligant *o*.

k *c.* 1. *§.* 1. *diſt.* 15. *c.* 5. *c. l.* 25. *q.* 1. *c.* 1. *c.* 5. *extr. de cõſt. l. nemo. C. de Sum. Trinit. Conc. Flor. in vnion. Armeniorum.* l *c.* 2. *de conſt. lib.* 6. *fi. ff. de iur. om. iud.* m *in c.* 2. *ext. de elect. c. nec Epiſt.* 7. *ext. de tẽp. or. c.* 1. *extr. de l. presb. tũ alibi.* n *c.* 1. *diſt.* 20. o *per rat. in §. fin ſ. inf. h. tit*

*De placitis Principum, & inprimis Eccleſiaſticorum.*

Placita Principũ aut ſunt Eccleſiaſticorũ *p*, aut ſecularium. Inter Eccleſiaſticos primũ locũ obtinet Summus Põtifex, cuius volũtas ſiue per epiſtolam, ſiue per decretũ, ſiue per edictum explicata, vim & auctoritatem Iuris habet *q*. Sic omnes (*inquit ſacer Canon*) Apoſtolicę ſedis ſanctiones accipiendę ſunt, tanquã ipſius diuinâ Petri voce firmatæ ſint *r*.

p *Nã & Epiſcopi, Principes appellantur Pſal.* 44. q *c.* 1. 1. *& paſsim diſt.* 19. *c. ſi quis dogmat.* 15. *q.* 2. 1. *c.* 2. *diſt.* 19

Du-

*Duplex genus placitorum.*

Ex his tamen quædam perſonalia ſiue ſingularia ſunt, certas tantum modò perſonas ſiue loca concernentia *s*; quæ quoniam contra iuris communis ratione͂ introducta ſunt, ac proinde in exemplum trahi non poſſunt *t*, priuilegia appellantur, quaſi priuatæ leges *u*. Alia verò, quæ generalia ſunt, ad omnes procul dubio pertinent. *x*

*s Idem eſt in placitis ſiue conſtit. Princ. ſecularium. § ſed & quod prin. Iuſtin. de iure natur. t l. quod vero 14. cum 2. ll. ſeqq. ff. de legib. c. ſanè 9. ext. de priuil. u c. 3. diſt. 3. x c. 1. c. 2. ext. de conſt. c. ſi quis dogmata 25. q. 2. & d. § ſed & quod in fin.*

*Conſtitutiones de eadem re, quando ſibi inuicem derogant, & quid de ſtatutis & conſuetudinibus?*

IN generalibus placitis ſiue conſtitutionibus id cuſtodimus; vt poſteriores de eadem re conſtitutiones ad priores trahantur, & è contrà, declarandi vel ſupplendi cauſa: *y* niſi inter ſe contrariæ ſint; quo caſu prior conſtitutio ſemper reuocata intelligitur per poſteriorem, etiam nulla illius mentione facta. *z* Licet diuerſum obtineat in ſtatutis & conſuetudinibus locorum: ſicut diſertis verbis à Bonifacio VIII. expreſſum eſt, cuius verba hîc libet adſcribere: Licet Romanus Pon- „ tifex (*inquit*) qui iura omnia in ſcrinio pe- „ ctoris ſui cenſetur habere, conſtitutionem „

*y l. non eſt nouum 26. & ibi gloſſ. cu͂ 2. ll ſeqq. ff de l.g. z c. 1. de conſt. lib. 6. l. ſed & 28. ff. de legib.*

„ condendo poſteriorem, priorem, quamuis „ de ipſa mentionem non faciat, reuocare noſ„ catur: quia tamē locorum ſpecialium ac per„ ſonarum ſingularium conſuetudines & ſta„ tuta (cùm ſint facti & in facto conſiſtant) po„ teſt probabiliter ignorare; ipſis, dum tamen „ ſint rationabilia, per conſtitutionem à ſe no„ uiter editam (niſi expreſſè caueatur in ipſa) non intelligitur in aliquo derogare *b*.

*b text. eſt d. c. 1. de conſt. in. 6.*

*De reſcriptis ad beneficia & ad lites.*

INTERDVM à ſummo Pontifice reſcripta impetrantur, vel ad beneficia Eccleſiaſtica obtinenda; vel ad lites per delegatos iudices cognoſcendas ſiue dirimendas; quæ etſi perſonalia ſint, cùm ius tantùm inter partes cōſtituant; recipiunt tamen hanc interpretationem à iure communi; vt ſi reſcriptum ad beneficium impetratum ſit ab eo, qui aliud beneficium Eccleſiaſticum licet exiguum, habet, nulla eius mentione facta; ipſo iure tanquam ſubreptitium nō valeat *c*. Quod æquè obſeruandum eſt, ac ſi ab alio, eius nomine, impetratum ſit *d*. Similiter reſcriptum ad litem, per falſi ſuggeſtionem aut ſuppreſſionē veri extortū, aut etiā ſine huiuſmodi fraude obtentum (dummodò Summus Pontifex expreſſa veritate, vel falſitate omiſſa, aliàs non erat conceſſurus) exceptione ſubreptionis

*c c. Si motu proprio. 23. de præbend. lib. 6. c. cum adeò 17. c. poſtulaſti 27. ext. de reſcript.* d *d. c. Si motu proprio.*

oppo-

oppoſita, coram datis iudicibus, refellitur *e*. Quippe hæc clauſula, *Si preces veritate nitantur f*, vel, *Si ita eſt g*. ſemper reſcripto tacitè ineſſe cenſetur etiamſi in eo non ſit expreſſa *h*.

e *c. Super literis 20. ext. de reſcript.* f *c. 2. ext. de reſcript, adde latius Panorm. ibid.* g *c. olim 25. ext. d. tit.* h *iam dictis iurib. De iure autem ciuili exprimi debet in reſcripto Principis ſecularis. l. fi. C. de diuerſ. reſcript.*

SIN ceſſante fraude nihilominus erat conceſſurus reſcriptum S. Pontifex; eatenus valet reſcriptum, quòd iudices in eo delegati, omiſſa ſpeciali forma ipſius reſcripti, procedere poſſint ſeruato ordine iuris cõmunis *i*. Exemplo res magis illuſtrabitur. Statuamus, rem à me emptam eſſe, ſed in precibus S. Põtifici oblatis, narratum fuiſſe, falsò quidem, ſed per errorem, quòd & precium eius ſoluerim; quo motus S. Pontifex iudicibus reſcripto datis mandauit, vt cauſam ſummariè, & de plano abſque ſtrepitu & forma iudicij cognoſcerent. Hac etenim ſpecie & ſimilibus, iudices non ſecundùm ſpecialem reſcripti formam procedent, ſed obſeruato iuris communis ordine, videlicet, per oblationem libelli, per litis conteſtationem; cæteriſque ſolemnibus iudicij adhibitis *k*.

k *Iuxta ea quæ li. 4. tit. 2. cum ſeq. tradidimus infr. & quæ tradũt DD. ad l. prolatã 4 C. de ſent. & interlo. om. iud.*

### *De ſtatutis Legatorum Sedis Apoſtolicæ & Epiſcoporum.*

POST Summum Pontificem, & Legati Se-

dis Apoſtolicæ *l*, & Epiſcopi *m*, ſtatuendi ius habent, ſed dumtaxat in territorij ſui ſubditos: vt tamen ſacros canones & conſtitutiones non offendant, neque iuriſdictionis ſuæ limites excedant *n*.

*l cap. fin. ext. de officio legat.* m *c. 1. ext. de maior. & obed. cap. 2. de conſtit. lib 6.* n *d. c. 2, de conſtitut. libr. 6. c. 2. circa princ. de elect. in Cleric. c. pē. ext. de maior. & obed. c. inferior. diſt. 21.*

*1 De placitis Principum ſecularium.*

1 Placita Principū ſecularium, ſunt, Imperatorū leges ſiue cōſtitutiones *o*; quarū veſtigia paſſim in Iure Canonico occurrūt *p*. Et quidē de his in Ius Canonicum cōiectis, ſiue etiam alijs cōſtitutionibus SS. Pōtificū inſertis, dubitari nō debet, quin iuris noſtri auctoritatē habeant *q*. Reliquæ verò etſi quoad perſonas & res eccleſiaſticas, ex ſe nullius momēti ſint: ex benignitate tamē ſacrorum Canonū, & in forum Eccleſiaſticum recipiuntur; dummodò ſacræ Scripturæ vel canonicis ſanctionibus, vel bonis moribus non aduerſentur *r*. Nam huc ſpectat illud Lucij S. Pontificis: Sic-
" ut leges non dedignantur ſacros Canones
" imitari; ita & ſacrorū ſtatuta Canonū, Prin-
" cipum conſtitutionibus adiuuantur *s*, *r*.

" o *§. ſed & quod Princ. Inſt. de iure nat.* p *in c. 8 de iud. c. 2. ext. de or. cognit. c. 1. ext. de iurā. calū. c. 10. ext. de prob. al. q; infinitis locis.* q *ex ratio. § fi. infr. h. tit. Intellige tamē de legibus quæ iuri decretalium inſertæ ſunt, nō quæ decreto Gratiani priuata eius auctoritate comprehenſæ ſunt. nam hæ ad ſequentē verſ. pertinēt.* r *c. 2. c. 4. c. 9. cū ſeq. diſt. 10. c. 3. ext. de ſent. & re iud.* s *tex. eſt in c. 1. ex. de nō. op. nūciat.*

*De ſententijs Patrum.*

POSTREMO quod attinet ad ſententias Patrũ; puta Auguſtini, Hieronymi, Iſidori & ſimilium; licet & hæ nullam iuris auctoritatẽ habeant (cùm in condendo iure non ſolùm ſcientia, ſed & poteſtas magis neceſſaria ſit *t*) attamen ex Leonina conſtitutione, poſt SS. Pontificum & ſacrorum Cõciliorum decreta & ſanctiones, alterum in decidendis cauſis locum ſortitæ ſunt *u. δ*; exceptis illis, quæ iuris Canonici corpore, aut alia conſtitutione S. Pontificis comprehenſæ ſunt *x*. quæ & parem cum iјs, vim & auctoritatem habẽt. Vulgatum enim illud Iuſtiniani eſt *y*, & à Bonifacio repetitũ *z*; Omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impertimus. Hæc de ſcripti Iuris partibus.

t *diſt.20.in princ.* u *in c.1 diſt.20.*
x *vt in c.3.c.5.ext.de conſtit.& alibi.*
y *in l.1.§.ſed neque Cod.de veteri iure enucle.and.*
z *in c.ſi Apoſt.22.de præbend.lib.6.*

## Notatio in Tit. 2.

*α. Obſeruandum eſt, Teſtamenti veteris præcepta fuiſſe triplicis generis: aut enim ceremonialia fuerũt, aut iudicialia, aut moralia. Ceremonialia pertinebant*

*bant ad diuinum cultum Deo ritè exhibendum; vti videre eſt Leuitici cap.* 1. *cum ſequentib. Iudicialia ſubſeruiebant iuſtitiæ rectè adminiſtrandæ. de quibus* Exod. c. 21. *cum ſeq. Moralia ad morum diſciplinam ſpectabant; veluti,* Non occides, Non *furaberis; & id genus alia.* Exodi 20. c. *Et hæc quidem omnia, quatenus ſunt præcepta veteris* Teſtamenti, *per* Chriſti *mortem ſublata ſunt, teſtibus Auguſtino* Epiſt. 19. *ad Hieronymum, & Hieronymo ad Aug.* Epiſt. 11. *licet moralia præcepta vi legis naturæ, quæ in mente noſtra conſcripta eſt, adhuc hodie obligent, ſicut docet Gregor. de Valentia in* 1. 2. D. Thomæ, *tom.* 2. *diſput.* 7. *q.* 7. *punct.* 7. *Adde* Couarr. *var. reſol. lib.* 1. *c.* 17. *in princ. Vnde præcepta illa veteris* Teſtamenti, *quæ à Summis* Pontificibus *repetita &* Decretalibus *ſuis inſerta ſunt, vt in c.* 1. *extr. de adulter. in c.* 1. *ext. de furt. in c.* 1. *cum* 4. *c. ſeq. ext. de iniurijs, cum ſimilibus, non vt diuinæ legis præcepta à nobis obſeruantur, ſed vt humani iuris ſunt; noua, videlicet, ſanctione à Summis* Pontificibus *reuocata & recepta. Nec mouere nos debet, quòd aliquando in* Decretalibus *vocentur præcepta diuini iuris ſiue legis, vt in c. literis.* 13. *ext. de reſtit. ſpoliat. in c. tua* 25. *in c. in aliquibus* 23. *in ſine. ext. de decimis; quia exaudienda ſunt de diuina lege veteris* Teſtamenti; *ad cuius imitationem Summi* Pontifices *huiuſmodi ſanctiones induxerunt. vide* Couarr. *d. c.* 17. *& quæ notauimus ad* §. *Illud verò. in fin. de teſtament.*

8. *Addunt alij quartum genus,* Nationalium, *hoc eſt, certæ alicuius nationis ſiue regni: qualia ſunt*

Con-

*Concilia Toletana, Carthaginenſia, & ſimilia. Verùm hæc commodè reuocari poſſunt ad Prouincialia. Vide quæ de Concilijs tradit Bell. in 4. diſp. 1. tom. controuerſ.*

7. *Idque verum eſt; niſi lex ciuilis expreſsè ſtatuat de perſonis & rebus Eccleſiaſticis. Nam hac ſpecie ad forū Eccleſiaſticum trahi non debent c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. ext. de conſtitut. & ibi Panorm. n. 10. Felinus n. 40. verſ. Prima eſt. & Decius numero 88. cum ſeqq. Quod ideo receptum exiſtimo, ne ex huiuſmodi admiſsione Principes ſeculares ius ſibi vindicent in perſonas & res Eccleſiaſticas, cum pernicie & ſubuerſione iuriſdictionis Eccleſiaſticæ. Niſi fortè lex Ciuilis priuilegium Eccleſiæ contineret. Quo caſu eam admittendam eſſe, & quidem rectè, tradit Panorm. iam dicto loco, & probat text. in c. fin. 16. q. 3. vel ſi diſertè à ſacris Canon. recepta ſit; vt in cap. vnico. ext. de cog. legali. in c. nulli. ext. de rebus eccleſ. alien. vt hinc æſtimare liceat, quanti momenti ſint leges Iuſtiniani in C. & Nouellis, de perſonis & rebus Eccleſiaſticis nominatim diſponentes. Tametſi illæ olim obtinuerint non tàm de iure quàm de facto; vtpote diſsimulantibus Summis Pontificibus ob tunc temporis præſentem Eccleſiæ ſtatum. Quod vel inde liquet, quòd Symmachus Summus Pont. in Synodo Romana, omnibus Laicis de rebus Eccleſiæ diſponendi poteſtatem abrogarit. cap. 1. diſt. 96. & tamen conſtat Symmachum tempore Anaſtaſii Imper. vixiſſe. qui Iuſtinianum Imper. anteceſsit. Igitur ſtatuta ſacrorum Canonum Principum conſtitutionibus adiuuan-*

*uantur, etiam in perſonas & res Eccleſiaſticas, vbi, ſcilicet, nominatim de his non conſtituunt, ſed ſimpliciter loquuntur, c. 1. c. 2. ext. de noui op. nunc. Vt & hinc, ſi quid obſcurius aut minus explicatè conſtitutum eſt in iure canonico, quod tamen apertum eſt de iure ciuili vel contrà, alterum ab altero interpretationem ſiue declarationem rectè mutuetur. Alciatus ad l. Priuilegia. 12. C. de ſacroſ. eccleſ. Vbi verò Ius Canonicum & Ciuile apertè à ſe inuicem diſſentiunt, vtrumque in ſuo foro retinendum eſt. Panorm. ad cap. 1. n. 7. ext. de noui op. nunciat. & quæ not. ad cap. 2. de arbitris in 6. niſi ius Ciuile peccatum foueat; vt ſunt leges permittentes vſuras, concubinatum, præſcriptionem cum mala fide, & ſimiles; quibus caſibus ad ius Canonicum recurritur, exploſo iure Ciuili, etiam quoad forum ſuum; per text. in c. ſi. ext. de præſcripto. Panorm. ad d. c. 1. Barthol. & Salyc. ad d. l. Priuilegia.*

δ. *Ita tamen, vt & leges Ciuiles ſententijs SS. Patrum præponantur, iuxta §. preced. in text.*

# DE IVRIS NON SCRIPTI PARTIBVS, ID EST, DE TRADITIONE ET CONSVETVDINE.

## TITVLVS III.

*Quæ conſtent traditione, & de vi ſiue effectu traditionis.*

TRADITIONE conſtant ea, quæ initio ſola voce à Iuris conditoribus prodita, ad nos veluti per manus peruenerunt; licet ea poſteritas ſcripto complexa ſit *a*; cuiuſmodi ſunt, in ſacrificio Miſſæ, permixtio aquæ cum vino *b*; oculorum eleuatio ad exemplum Chriſti *c*; trina inunctio eorum, qui baptizantur *d*; ieiunium Quadrageſimale *e*; baptiſmus paruulorum *f*, aliaque quamplurima: quæ non minorem, quàm ſi à principio ſcripto comprehenſa & publicata eſſent, auctoritatem habent *g*. Nam huc pertinet illud D. Pauli; Itaque fratres ſtate & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram *h*.

a *c. Eccleſiaſticarum diſt.* 11. b *c.* 1. *de conſecrat. diſt.* 2. c *c. cum Marthæ* 6. *ext. de celebr. Miſſar.* d *d. c. Eccleſiaſticarũ.* e *Hier. ad Marcellã de errorib. Mõtani.* f *Origen. in c. epiſt. ad Rõ.* g *d. c. Eccleſiaſticarũ, & c. illa autẽ. diſt.* 12.

h 2.Theſſ.2. ſtram. *h* Tum aperta Tertulliani ſententia eſt: Si legem, *inquit*, poſtules ſcripturarũ, nullam inuenies; traditio tibi prætendetur auctrix. *i*

i *lib. de corona militis.*

*Quid ſit Conſuetudo, & de eius vi.*

Consvetvdo verò eſt ius quoddã moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cùm deficit lex. *k* Sed & receptum eſt, vt ſi conſuetudo legitimè preſcripta ſit, legi, id eſt, iuri ſcripto deroget. *l* Eoque magis conſuetudo legem interpretabitur; Optima eſt enim legum interpres conſuetudo. *m* β.

k *c. conſuetudo. diſt. 1. c. 3. diſt 12. l. de quibus 32. cum le. ſeq. ff. de legib.* l *c. fi. ext. de conſuetud. c. 3 extr. de cauſa poſſeſſ. d. l. de quib. in fin.* m *l. ſi de interpretatione 37. ff. de legib. c. cum dilectus 8. circa med. ext. de conſuet.*

*Conſuetudo rationabilis eſſe debet.*

Vt autem Conſuetudo ſuis partibus conſtet; eam rationi conſonã eſſe oportet, *n* hoc eſt, non contrariam iuri diuino, non naturalibus ſiue bonis moribus, *o* neq; aliâs improbatã à iure. p De cõſuetudine his verbis reſcripſerunt Leo & Nicolaus SS. Pontifices: Scit „ ſancta Romana Eccleſia, quòd nihil obſunt „ ſaluti credẽtium diuerſe pro loco & tempore „ cõſuetudines, ſi illis canonica nõ obſiſtat au„ ctoritas, pro qua iis obuiare debeamus. Vnde nihil iudicamus iis debere vel poſſe reſiſtereq

n *d. c. fin. in verb. rationabilis.* o *c. veritate cum aliquot cc. ſeq. diſt. 8. c. cõſuetudinis diſtinct. 11. & d. c. fin. in verb. naturali iuri. text. opt. in c. illa antẽ. diſt. 12.* p *c. 3. in verb. ſi illis canonica. diſt. 12. exempla ſunt in c. 5. ext. de conſanguin. & affin. in c. 49. ext. de ſent. excõ. in c. 1. de cõſuet. in 6. & 2. c. de iureiurando in 6.* q *text. eſt in d. c. 3. diſt. 12.*

*Materia circa quam verſatur Ius Canonicum.*

VERSATVR autem Ius Canonicum vel circa perſonas, vel circa res, vel circa iudicia. Sed cùm perſonarum cauſa omne ius conſtitutũ ſit, primùm omnium de perſonis diſſeramus, poſteà ex ordine de cæteris dicturi r.

r *Simile eſt in* §. *fi. Inſt. de iure natur. in l.* 1. & 2. *ff. de ſtatu hom.*

## Notatio ad Tit. 3.

α. *Quò pertinet locus D. Auguſtini ad Ianuarium epiſtol.* 118. *cap.* 1. & *extat in Decreto Gratiani in cap.* Illa *autem. diſt.* 12. *Illa autem, inquit, quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus; quæ quidem toto orbe terrarum obſeruantur, datur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenarijs Concilijs (quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima auctoritas) commendata, atque ſtatuta retineri: ſicut quod Domini paßio, reſurrectio, & aſcenſio in cælum, & aduentus de cælo Spiritus ſancti anniuerſaria ſolemnitate celebrantur: & ſi quid aliud tale occurrerit, quod ſeruetur ab Vniuerſa, quocunque ſe diffundit, Eccleſia. De Canonibus Apoſtolorum, qui & traditione conſtant, vide Baronium tomo* 2. *Anno Chriſti* C.II. *num.* 11. *cum ſeq. in Annalibus.*

β. *Imò ne quidem leges à Principe tam eccleſiaſtico quàm ſeculari latæ & promulgatæ, obligant ſubditos, priuſquàm moribus ſubditorum receptæ ſint, c. in iſtis.* §. *leges, cum c. ſeq. diſt.* 4. *Non quod legum auctoritas pendeat ex arbitrio ſubditorum, ſed*

*quod euentus doceat, legem promulgatam non conuenire naturæ ſubditorum: quorum conſeruandorum, & retinendorum cauſa, leges ſeruntur à Principe. c. erit autem, diſt. 4. ac proinde accidit, vt leges moribus ſubditorum non probatæ, non obligent, etiam ex præſumpta mente ipſius legiſlatoris. Et nota hic, quod licet contraria conſuetudo Clericorum deroget ſacris Canonibus, non tamen ſtatutis. cap. quod ſuper 9. & ibi latè Felinus ext. de maioritate & ob. Vnde opus eſt in hoc ſtatuto confirmatione Sedis Apoſt. ſecus eſt in ſtatutis laicorum, quæ & contra Ius Ciuile valent. l. omnes populi. & ibi DD. ff. de legib. Rationem differentiæ vide apud Fel. iam dict. loco.*

## De Ivre

# Personarvm.

## Titvlvs. IV.

Svmma perſonarum diuiſio iure Canonico hæc eſt, quòd aut ſunt Clerici, aut Laici, aut his interiecti, Regulares. *a*

a *ex. cap. duo ſunt 12. q. 1 iuncto tit. de regular. infra.*

### *Clerici.*

Clerici dicuntur, qui Eccleſiaſticis miniſteriis obeundis mācipati vel deſtinati ſunt, *b* dicti à Græco verbo Κλῆρος, quod Latinis ſors vel hæreditas eſt; quia in ſui ordinatione,

b *d. cap. duo ſunt. & c. clericus. ead. q. 1*

ne, *inquit Innocentius III.* c vel aſſumuntur "
in hæreditatem Domini, vel aſſequuntur "
hæreditatem in ipſo. Vnde & meritò conue- "
nit, eos abſtinere à negotiis ſecularibus. *d* "

c *c. cum ſecundum 16. ext. de præbend. adde & d. c. clericus.* d *tota tit. decretal. ne clerici vel monach. Vide & tit. inf. de vita & honeſt. clericorum.*

### *De Clericorum bonis.*

Et licet Clerici moribus primitiuæ Eccleſiæ nihil proprii haberent; *e* poſtea tamen eò decurſum eſt, vt non tantùm bona propria poſſidere; *f* ſed & eadem arbitratu ſuo diſponere, & in alium transferre poſſint. *g*

e *d. c. clericus. cum cc. ſeq. 12. q. 1.* f *c. certè ego. cum cc. ſeq. d. q. 1.* g *c. 1. c. 7. c. 9. c. 10. ext. de teſtam. c. Epiſcopi, c. manifeſt. c. ſint manifeſta 12. q. 1.*

### *Laici qui?*

Laici à Græco verbo λαὸς, quod Latinè Populum ſignificat, denominationem traxerunt. Hi nullis Eccleſiaſticis muneribus addicti vel voto Religionis obſtricti, liberè commerciis ſecularibus vacant. *h* Quos magis intelligemus, vbi de Clericis & Regularibus priùs diſſeruerimus.

h *d. c. duo ſunt.*

### *Regulares qui?*

Regulares ſunt Monachi, Moniales, aliique certæ religioni adſcripti; dicti à Regula ſpeciali, quam profitentur. *i*

i *de his agitur infrà de Regularibus.*

*De numero ordinum Eccleſiaſticorum.*

CAETERVM de Clericis primùm diſpiciamus. Horum ſeptem Ordines à Theologis recen ſentur; quatuor ſcilicet minores: veluti, Oſtiariatus, Lectoratus, Exorciſatus, Acolytatus: & tres maiores, ſiue ſacri ordines; Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus *k*. Quibus ex ſententia SS. Canonum duo alij adjiciuntur ordines, Clericalis *l*, & Epiſcopalis *m*, ſed diuerſa à Theologis ratione. *α*

k *Vide Theologos in li.4.ſentent.diſt.24.Bellar.de Clericis lib.1,cap.11.adde & Conc,Trident.ſeſ.23.c.2.in doctrina de Sacram.Ordinis.*

l *ex c.cùm contingat.11.ext.de ætate & qualitat.*

m *c.1.circa princip.diſt.21.c.3.diſt.84.cap.13.diſt.93.Conc.Trid.d.ſeſ.23.can.6.& 7.*

## Notatio in Tit. 4.

*α. Etenim Theologi conſiderant Ordines, vt ſe habent ad diuinum Sacrificium, quod æquè à Presbyteris & Epiſcopis offertur: Canoniſtæ verò vt ordines Hierarchiam in Eccleſia conſtituunt: & idcircò rectè diſtinguunt Epiſcopum à Presbytero. Bellarminus de Clericis lib. 1. cap. 11. De clericali ordine ſiue tonſura, vide Catech. Romanum de Ordinis Sacr. n. 13. Sunt & ordines Monachorum & Monialium, qui huc non pertinent; qui ideò Ordines appellantur, quòd ſingulari vitæ genere, diuinis officijs ſint mancipati.*

DE

# DE ORDINIBVS ET GRADIBVS CLERICORVM.

## Titvlvs V.

ITAQVE inter Clericos primi recenſentur, clericali Ordine inſigniti, quos gradatim aſcendendo ſubſequuntur Oſtiarij, Lectores, Exorciſtæ, Acolyti, qui in minoribus Ordinibus conſtituti dicuntur; pòſt, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri & Epiſcopi, quorum Ordines maiores ſiue ſacri appellantur *a*.

a *Conc. Trid. ſeſſ. 32. in doctrina de Sacram. Ord. c. 2. & can. 2. c. 1. circa princ. diſt. 21.*

*Singuli Ordines qua ſolennitate conferantur.*

CLERICIS primi gradus, cùm inſigniuntur, prima tonſura confertur *b*: Oſtiariis traduntur claues eccleſiæ *c*, Lectoribus codex *d*, Exorciſtis libellus, quo exorciſmi continentur *e*, Acolytis ceroferarium cum cereo & vrceolo vacuo *f*, Subdiaconis porriguntur patena & calix vacui, vrceolus cum aqua, mantile & manutergium *g*, Diaconis manus ab Epiſcopo imponitur *h*, ſimiliter & Presbyteris; niſi quòd in his & omnes presbyteri præſentes manus ſuas cum Epiſcopi manu coniungant *i*. Cùm verò ordinatur Epiſcopus,

b *c. cum contingat. 11. ext. de æt. & qual.*
c *c. Oſtiarius diſt. 13.* d *c. Lector. d. diſt.* e *c. Exorciſta. d. diſt.* f *c. Acolytus. ead. diſt.* g *c. Subdita. ead. diſt.* h *c. Diaconus ead. diſt. 23. c. ſi. ext. de Sacram. nõ iterãd.* i *c. Presbyter. ead. diſt. & d. c. fin.*

 duo

BIBLIO... ROMA...

duo Epiſcopi ponunt, & tenent Euangeliorum codicem ſuper caput & ceruicem eius, & vno, *vt loquitur Concilium Carthaginenſe IV.* ſuper eo fundendo benedictionem, reliqui omnes Epiſcopi, qui adſunt, manibus ſuis caput eius tangunt *k*. Hæc de inſignibus Ordinum Eccleſiaſticorum; quæ fuſius alibi perſequere *l*.

k *ext. Epiſt. diſt. 23.* l *in c. 1. diſt. 21. c. 1. diſt. 25. & d. diſt. 23. & in Pontificali Romano.*

*Epiſcoporum & Presbyterorum nomina olim communia, nunc diſtincta.*

Et quamuis olim promiſcuus eſſet vſus nominum Epiſcopi & Preſbyteri, vt ij, qui Epiſcopi erant, dicerentur & Presbyteri, & è diuerſo; poſteà tamen in Eccleſia receptum eſt, ad impediendum ſchiſma, vt ſicut Epiſcopi, & Preſbyteri reipſa à ſe inuicem diſtinguuntur, ita & nominibus interſe diſcernerētur *m*. Quod diſcrimen etiam hodie obtinet.

m *c. legimus. diſtinct. 93. iuncta. ibid. gloſ. cap. olim. diſt. 95. adde D. Thom. in 2. c. q. 184. art. 6. ad primum. & Conc. Trid. ſeſſ. 23. de Sac. Ord. canon. 7.*

*Epiſcoporum quatuor genera.*

Epiſcoporum verò quatuor genera recenſentur *n*. Alij enim ſimpliciter Epiſcopi dicūtur, qui vni diœceſi præſunt: alij Metropolitani, qui ſingulis prouincijs præſident: alij Archiepiſcopi, quibus Metropolitani ſubijciuntur, cæterique eiuſdem prouinciæ Epiſcopi,

n *ad Iſidoro in d. cap. 1. diſtinct. 21.*

ſcopi, qui quandoque Patriarchæ, quandoq; Primates vocantur *o*. Quartum genus conſtituunt Patriarchæ propriè dicti, qui poſt S. Pontificem hi ſunt, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolymitanus *p*. Omnes tamen eodem Epiſcoporum ordine continentur. Sunt enim dumtaxat hæc nomina dignitatis & iuriſdictionis, qua alius alio latiore vel reſtrictiore vtitur. Imò & ipſe Romanus Pontifex eodem Epiſcoporum ordine cenſetur, licet alios omnes dignitate, auctoritate & poteſtate antecellat *q*. Siquidem hic eſt Vicarius Chriſti, ſucceſſor Petri, vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus, director gregis Dominici *r*. à quo reliqui Epiſcopi in partem ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis vocantur *ſ*.

o *impropriè tamen, vti conſtat ex c.1.c.2.diſt.99.*

p *Hoc enim ordine numerari debent ex c.antiqua 23, ext.de priuileg.c.pen.& vlt.diſt.22.iuncta ibid.notatione Gregorij XIII.*

q *c.antiqua 23.ext.de priuileg.c.1.c.2.diſt.22.*

r *c.3.§ cæterum de elect.lib.6.c.1.§.quapropter inſtruct.diſt.23.c.ſi quis putauerit 2.q.6.Conc.Trid.in fi.in acclamationibus Patrum.*

s *c.decreto 2.c.qui ſe ſcit.q.6.c.multum 3.q.6.1.*

### *De Chorepiſcopis ſublatis.*

ERANT & olim Chorepiſcopi, Epiſcopis quidem inferiores, ſed presbyteris ſuperiores; quorum vſus hodie ab Eccleſia ſublatus eſt *t*.

t *c.Chorepiſcopi, iuncto c.quamuis.diſt.68.*

*De Cardinalibus.*

Svnt & Cardinales, perſonæ Eccleſiaſticæ præcipuæ, quæ Romano Pontifici adſiſtunt, & in adminiſtranda Eccleſia Vniuerſali conſilium ſubminiſtrant *u*. Verùm & horum ſeparatus ordo non eſt, ſed dignitas & officium; quod ex eo elucet, quòd ex his quidam denominentur Cardinales Epiſcopi, quidam Cardinales Presbyteri, quidam Cardinales Diaconi *x*, certis titulis inter ſe diſtincti, ex quibus etiam appellationem recipiunt *y*.

u *Concil. Trident. ſeſſ. 25. c. 1. in fin. de reformat.*
x *c. pen. 2. q. 4.* y *De Card. vide Bell. de Clericis lib. 1. c. 16.*

## Notatio in Tit. 5.

α. *Quamuis in c. 1. diſt. 21. & Pſalmiſta inter Clericos numeretur, qui & Cantor dicitur: tamen cùm hic abſque licentia Epiſcopi, ſola iuſſione Preſbyteri, poſſit ſuſcipere officium cantandi, c. Pſal. diſt. 23. referri poterit ad quemuis Clericum pſallendi munere ſungentem.*

β. *Metropolitani hîc diſtinguuntur ad Archiepiſcopis, eoq́, nomine veniunt, qui ſimpliciter Archiepiſcopi vocantur; vt Mediolanenſis, Rauennatenſis & ſimiles. Qui autem in textu Archiepiſcopi vocantur, hi Metropolitanis ſuperiores ſunt, & idcirò Primatis vel Patriarchæ appellantur: ſicut ſunt Piſanus, Gredenſis, Aquilegienſ. ſiue Venet us & Bituricenſ. Ar-*

*chiepiſcopi: ſed minores ab alijs Patriarchis, qui recenſentur in text. noſtro. Ioan. de Turre-cremata ad cap. 1. n. 20. cum ſeqq. diſt. 21. Quibus ab alijs inter Primates annumerantur Toletanus in Hiſpania, & Magdeburgenſis in Germania Archiepiſcopi.*

*His non obſtat text. in cap. fin. diſt. 99. vbi Gregorius non vult ſe nominare Vniuerſalem Papam, &c. Verùm huius ſolutio petatur ex notationibus Gregorianæ editionis ibidem adiectis, & ex Bellar. lib. 2. de ſummo Pont. cap. 31.*

# QVI ORDINES ECCLESIASTICOS CONFERANT, ET DE LITERIS DIMISSORIIS.

## Titvlvs VI.

IVs ordinandi Clericos penes Epiſcopos eſt *a*; qui tamen animaduertere debent, ne alienæ Diœceſis ſubditum abſque ſui Superioris licentia ad Eccleſiaſticum Ordinem, etiam primæ tonſuræ admittāt *b*, non impunè laturi, tam ordinantes, quàm ab ijſdem ordinati, ſi ſecùs fecerint *c*.

a c. 1. § *ad Epiſcopum. diſt.* 25. *c. quamuis. diſt.* 68. Concil. *Florent. in vnione Armeniorum*, de Sac. ord. Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 4. § *proinde. &* cā. 7. *de Sacram. or. iunge* § *fi. inſ. eod.* b c. 2. c. 3. c. 4. *de temp. or. li.* 2. 6. c. 19 q. 1. c. *primatus. diſt.* 71. c d. c. 2. & c. 4. & *vtrobique gloſ. iunct. text. in* c. 1. c. 3. c. 6. c. 7. 9. q. 2. *in* c. 1. & *per tot. diſt.* 71. *adde* Cōc. *Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 8. §. 1. *de reform.*

*Licentia ab alieno Epiſcopo ordinandi, à ſuo Epiſcopo impetranda eſt.*

Superior autem intelligitur in hoc caſu " Epiſcopus, de cuius diœceſi eſt is, qui ad Or-" dines promoueri deſiderat, oriundus, ſeu in " cuius diœceſi beneficium obtinet eccleſiaſti-" cum, ſeu habet (licet alibi natus fuerit) do-" micilium in eadem *d*. Et haud dubiè ſuperior " eſt & Summus Pontifex propter ſummam in vniuerſam Eccleſiam poteſtatem *e*. Cæterùm Prælati Epiſcopis inferiores tam religioſi quàm ſeculares hanc poteſtatem alienum Epiſcopum adeundi ſuis Clericis aut ſubditis (niſi ex ſpeciali indulto Sedis Apoſtolicæ) facere non poſſunt: nec etiam Officialis Epiſcopi, cùm ad hoc ſe non extendat ipſius officium *f*.

d *text. eſt in c. 3. in princ. de temp. ord. in 6.*
e *c. 1. d. tit. de temp. ord. in 6.* f *d. c. 3. de tēp. or. in 6.*

*Quando & ab alio Dimiſſoriæ rectè impetrentur.*

Vbi tamen Superior remotiore loco agit, poteſt ipſius in ſpiritualibus Vicarius generalis, vel Sede vacante Capitulum, ſeu is, ad quem tunc temporis adminiſtratio ſpiritualium ſpectat, hanc gratiam facere ex Bonifacij VIII. conſtitutione *g*; à qua tamen nonnihil diſceſſum eſt per Concilium Tri-" dentinum, quo non licet Capitulis Eccleſia-" rum, Sede vacante, infra annum à die vaca-" tionis ordinandi licentiam, aut literas dimiſ-

g *in d. c. 3.*

ſorias ſeu reuerendas, vt aliqui vocant, tam "
ex iuris communis diſpoſitione, quàm etiam "
cujuſuis priuilegij aut conſuetudinis vigore, "
alicui, qui beneficij Eccleſiaſtici recepti vel "
recipiendi occaſione arctatus non fuerit, cõ- "
cedere *h*. Ceterùm verò, qui Sede vacante Ca- "
pituli loco in iuriſdictione Epiſcopi ſucce-
dunt, hæc poteſtas ab alieno Epiſcopo ordi-
nandi, prorſus adimitur. *i* In tranſgreſſores
certæ pœnæ ab eodem Cõcilio ſtatutæ ſunt. *k*

h *ſeſſ. 7. c. 10. de reform.* i *ſeſſ. 23. c. 10. de reform.*
k *vt videre eſt dictis locis.*

*Literis de promouendo à quocunque legitima cauſa inſerenda eſt.*

Sed & ab eodem Concilio ſancitum eſt, vt "
facultates de promouendo à quocunq; non "
ſuffragentur, niſi habentibus legitimam cau- "
ſam, ob quam à proprijs Epiſcopis ordinari "
non poſſint, in literis exprimendam; & tunc "
non ordinantur, niſi ab Epiſcopo in ſua diœ- "
ceſi reſidente, aut pro eo Pontificalia exer- "
cente, & diligenti præuio examine *l*. "

l *d. ſeſſ. 7. c. 11.*

*Epiſcopo an & quando liceat exercere Pontificalia in aliena diœceſi.*

Sicut igitur Epiſcopo interdictum eſt, ne
ordinet alienæ diœceſis ſubditum *m*, etiam
familiarem ſuum *n*, ita neque in aliena
diœceſi Pontificalia exercere poteſt, obtentu

m *niſi ſecundum ea, quæ iam dicta ſunt.*
n *Conc. Trid. d. ſeſſ. 23. c. 9. vbi tamen latius.*

etiam

etiam cuiuſuis priuilegij *o*; niſi de Ordinarij loci expreſſa licentia, & in perſonas eidem Ordinario ſubiectas tantùm, ſub pœna ſuſpenſionis ab exercitio Pontificalium ipſi Epiſcopo, & Ordinatis ab exercitione Ordinum ipſo iure infligenda *p*.

o *c.1.c.3.c.6.c.7.9.quæſt.2.Conc.Trid.ſeſſ.6.c 5.de reform.* p *d cap.5.Conc.Trid.*

*De Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatui, & de Clericis ab eo ordinatis.*

DE Epiſcopo, qui renuntiauit Epiſcopatui, & de Clericis ab eodem ordinatis hoc reſcriptum extat Alexandri III. ad Archiepiſcopum Toletanum: Reſpondemus, *inquit*, diſtinguendo, vtrum *Epiſcopus* renuntiauerit loco tantùm, an loco ſimul & dignitati: nam in primo caſu Ordines (ſicut antè) rogatus ab Epiſcopo aliquo poterit de ratione conferre: in ſecundo verò caſu diſtinguendum putamus, vtrum ſacros contulerit, an minores; ſi enim à tali Ordines vſque ad Subdiaconatum aliquis acceperit; quia & huiuſmodi Ordines à non Epiſcopis quandoque conferuntur; & in illis deſeruire poterit, & ad maiores (ſi idoneus fuerit) promoueri. Sanè ſi ab eodem ſacros Ordines ſcienter quis receperit; quia indignum ſe fecit, executionem officij non habebit: vbi autem non ſcienter, poterit (niſi craſſa & ſupina fuerit ignorantia) diſcretus Pontifex diſpenſare *q*.

q *text. eſt in c. 1. ext. de ordinatis ab Epiſc. qui.*

*De ordinatione per Abbatem.*

PORRO, quod initio diximus, ius conferendi Ordines ad Epiſcopum ſpectare, iuris ordinarij eſt. Nam ſingulariter & Abbatibus à ſacris Canonibus permittitur poteſtas conferendi primam Tonſuram, & Lectoratum ſui Monaſterij Monachis, dummodò ipſi Presbyteri ſint, & impoſitionem manus ab Epiſcopo acceperint *r.* α

r *c.* 1. *diſt.* 69. *c. cum contingat. ext. de ætate & qual. c.* 3. *de priuil. lib.* 6. *c.* 1. *ext. de ord. ab Epiſc. adde Conc. Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 10. *de reform.*

## Notatio in Tit. 6.

α *Sed an reliquos ordines minores conferre poſsit Abbas, vide Syluest. in verb. Ordo,* 3.

# QVIBVS ECCLESIASTICI ORDINES RECTE CONFERVNTVR.

## TITVLVS VII.

TALES, *inquit Clemens Pontifex,* ad miniſterium eligantur Clerici, qui dignè poſſint Dominica Sacramenta tractare *a.* Itaq; idonei tantùm ad eccleſiaſticos ordines aſſumēdi ſunt, quales cenſentur omnes, quibus ſuſceptione Ordinum non eſt interdictum *b.* Quocirca de ijs videamus, qui à ſuſceptione Ordinum à ſacris Canonibus ſubmouentur.

a *text. eſt in c.* 4. *diſt.* 22. b *c. fin. ext. de præſumpt.*

Nam

Nam ſi hos cognouerimus, conſequenter & eos intelligemus, qui admittendi ſint.

*Interdicitur Ordinibus, non baptizatis.*

In primis igitur ab Eccleſiaſticorum Ordinum receptione remouentur non baptizati; adeò vt & Ordines, ſi quos fortè anteà receperint, poſt ſuſceptum baptiſmum repetere cogantur *c*. Eſt enim Baptiſmus aliorum Sacramentorum fundamentum & ianua *d*.

c *c.1.c.3.ext.de presbyt.non baptiz.*

d *c.2.de cognat.ſpirit.in 6.& c.cum itaque 1 12.in fin. de conſec.diſt.4.d.c.3.gloſ.Innoc.& Panorm.ad d.c.1.*

*Item Mulieribus.*

Secundò mulieres, propter ſexum muliebrem *e*: his ſiquidem adeò Eccleſiaſticis miniſterijs interdictum eſt, vt ne ad altare quidem accedere, aut preſbytero miniſtrare, aut intra cancellos conſiſtere ſiue conſidere, aut ſacra vaſa vel ſacratas pallas contingere illis liceat, etiam ſi Sanctimoniales ſint *f*.

e *c.mulieres.diſt.32.* f *c.1.in fin.extr.de cohab.cler.c.ſacratus.diſt.23.c.in ſancta.41.c.veſtiment.1.de.conſec.diſt.1.*

*Item ſeruis vel alieri conditioni obnoxijs.*

Tertiò, remouentur ſerui *g*, originarij *h*, curiales *i*, aut ſimili cõditioni obnoxij *i*, item libertate donati, ſed retento obſequio temporali *k*. Debet enim, *ait Leo Pontifex*, eſſe im-

g *c.1.c.2.diſt.54.c.1.c.2.ext.de ſeruis non ord.* h *c.quis autem.c.generalis.c.admittatur.diſt.54.* i *c.præcipimus.diſt.34.c.ſi quis obligatus.c.admittuntur.diſt.54.* k *c.quicunque.diſtinct.54.iuncto c.nullus.& ibi gloſſ.ext.de ſeruis nõ ord.*

mu-

munis ab aliis, qui diuinæ militiæ eſt aggregandus; vt à caſtris Dominicis, quibus nomen eius adſcribitur, nullis neceſſitatis vinculis abſtrahatur *l*.

l *text. eſt in c. 1. diſt. 54.*

*De Tutoribus, Curatoribus, & ſimilibus.*

Quibus ſimiles ſunt tutores, curatores, actores, executores, procuratores, ante depoſitum officium & rationes ab eis redditas *m*.

m *c. vnico. ext. de oblig. ad ration. c. magnus. diſt. 54. c. legem. diſt. 53.*

*De ſeruis ordinatis ſcientibus dominis ſuis.*

Ab illis tamen excipiuntur ſerui, qui dominis ſuis ſcientibus nec contradicentibus, & multo magis ipſis aſſentientibus, in Clericorum numerum aſſumuntur; cùm eo ipſo non tantùm liberi, ſed & ingenui fiant, extincto iure patronatus *n*.

n *§. ſi ſeruus. Nouel. de ſanctiſſ. Episc. c. ſi ſeruus ſciente. c. admittuntur diſtinct. 54.*

*De criminoſis non ordinandis.*

Quartò, à ſuſceptione Ordinum arcentur, adulteri, periuri, homicidæ, falſarij, vſurarij, fures, alióve graui crimine irretiti *o*; item ſcurræ, mimi, ſcenici, ludieri, ſeditioſi, iniuriarum vltores, adulatores, proditores, aleæ atque ebrietati dediti *p*, & his ſimiles *q*, dummodò hi omnes notorij ſint, *r*.

o *c. fin. ext. de temp. ord. c. ſi. Epiſc. diſt. 50. c. 1. & paſſim diſt. 81. c. 2. diſt. 33. c. 1. cũ ſeq. diſt. 47. c. 1. diſt. 48. c. ſi quis omnem. q. 1. 7.* p *c. 3. cum ſeq. diſt. 46. c. 2. diſt. 33. c. 1. c. ſi. d. 35.* q *Vide infames 6. q. 1. & 1. q. 7. per tot.*

Nam

Nam ob delictum occultum nemo iure ſubmouetur ab Ordinibus Eccleſiaſticis, *r*, cùm latentia delicta publicè vindicanda non ſint *s*, exceptis homicidis & ſimoniacis, qui & occulti ſubmouentur etiam poſt peractam ab ijs pœnitentiam *t*.

r c.4.c. *fin. ext. de temp. ord. Vide latius Panorm. ad d. c. fin.* s. *c. ſin.* 32. *q.* 5.

t *d. c. fin. ext. de tempor. ord. c. inquiſitio n.* 21. *circa princ. ext. de accuſ. c. niſi* 10. §. *propter conſcientiam ext. de renunc. vide Hoſtienſem in ſumma de temporibus ord. num.* 8. *verſ. Excipiuntur homicidiam, &c.*

### *Explicatio de homicidis.*

HOMICIDAS autem eos intelligimus, qui conſultò ſiue data opera homicidium perpetrarunt, vel ſaltem culpa eorum homicidium admiſſum eſt. Cæterùm ſi furioſus, ſi infans, ſi dormiens, ſi fortuitò quis, dum rei licitæ operam daret, aut dum defendendi ſui cauſa iniuriam propulſaret, homicidium admiſerit; non ideò ab Ordinibus reijcitur *u*, tametſi his duobus poſterioribus caſibus cognitio & diſpenſatio quodammodo requiratur ex decreto Concilij Tridentini *x*.

u *c. vnico de homicidio in Clem. c. lator* 9. *c. dilectus* 11. *cum ſeqq. extra. de homicid.* x *Vide ſeſſ.* 24. *cap.* 7. *de reform. vbi latius & Nauar. in Manual. ca.* 27. *num.* 239.

### *In homicida voluntario nihil intereſt, ipſe occidat, an cauſam præſtet homicidij.*

NE-

Neque intereſt in homicida voluntario, ipſe manu ſua occiderit, an mandato, ſiue conſilio *y*, ſiue opera ſua cauſam homicidii præſtiterit *z*. Cùm & hac ratione miles, iudex, aſſeſſor in cauſa homicidii etiam iuſta, hanc irregularitatis notam incurrant. *a*

*y c. ſi quis viduam diſt. 50. & ibi gloſſ. c. fin. de homicidio lib. 6. z c. ſuſcepimus 10. cũ c. ſeq. extr. de homicid. c. ſi. eod. tit. in 6. a d. c. ſi quis viduam. & ibi gloſſ. c. 1. c. 2. c. 4. diſt. 51. c. his à quibus 23. q. 8. c. 5. ext. ne Clerici vel Monachi. Rationem reddit Nauarrus in Manuali c. 17. num. 206.*

*De illegitimis non ordinandis, & de eorum diſpenſatione.*

Quintò, Ordines Eccleſiaſtici interdicuntur filiis presbyterorum, aliiſq́; ex quouis illicito concubitu natis; niſi Religionem ingrediantur, & à prælatura abſtineant *b*. Quibus tamen gratiam facere poterit Epiſcopus quoad minores Ordines & ſimplex beneficium. Ad maiores enim Ordines, vel ad curata beneficia, ſolus diſpenſat Summus Pontifex *c*.

*b c. 1. ext. de filiis presb.*

*c c. 1. de filiis presb. in 6.*

*De bigamis non ordinandis.*

Sextò, & bigamis interdicitur. Sunt autem bigami, qui duas vxores legitimas habuerunt, vel vnam tantùm, ſed viduam, ſiue anteà corruptam *d*: vel etiam vxorem vnam à ſe virginem ductam, ſed conſtante matrimonio ab alio, & deinde à ſe cognitam *e*.

*d c. maritũ diſt. 33. c. curandum, cum capp.*

ſeq. diſt. 34. c. 8. cap. 56. diſt. 50. & toto tit. ext. de bigamis debitum 5.

Hi enim omnes bigamorum numero cenſentur, & ordinari prohibentur propter defectum Sacramenti ſ. *

* vide c. 18. diſt. 34. e c. ſi cuius. cum c. ſeq. diſt. 34. fr. ext. de bigamis.

*De ſubdiacono, qui alteram vxorem duxit, vel viduam de facto.*

In eundem numerum reiicitur & is, qui cùm laicus priorem vxorem virginem duxiſſet, & in ſacris alteram. Quamuis enim hic propriè bigamus non ſit, quòd in ſacro ordine matrimonium perperam contrahatur g; tamen eadem bigamiæ nota afficitur, non propter Sacramenti defectum, ſed, *vt ait Innocentius III.* propter affectum intentionis cum opere ſubſecuto h.

g cap. 1. c. 2. ext. qui Clerici vel vouentes. c. vnico. de cõſang. & aff. in Clem. h in c. 4. & c. fin. ext de bigam. i. c. penult. ext. tam d. titul. vbi diſpenſari cum, eo poteſt tanquam cum ſimplici fornicario. k c. debitum ext. d. titul. adde gloſſ. ibidem. & quæ tradunt Theologi in 4. ſent. diſt. 26. & ſeq.

*De concubinario.*

Licet diuerſum obtineat in eo, qui pluribus concubinis vſus eſt i, quíve virginem quidem ab alio ductam, ſed nondum cognitam, vxorem duxit k. Cùm in neutro ſubſit Sacramenti defectus.

*De Eunuchis.*

Septimò; ab Ordinibus Eccleſiaſticis ſubmouentur Eunuchi; ij ſcilicet, qui ſponte ſibi virilia præciderunt, etiam ſedandæ libidinis cauſa l. Cùm hi, *inquit canon Apoſtolicus,*

l c. 4. & c. 5. diſt. 55. c. 4. c. 5. ext. de corpore vitiatis.

*licus*, ſui homicidæ ſint, & Dei conditionis inimici *m*. Nam & in eoſdem iure ciuili animaduertitur *n*.

### *De his, qui digitum ſibi præciderunt.*

Quin & illi, qui partem digiti volentes ſibi præciderunt, eadem hac interdictione continentur *o*.

### *Qui alieno facto hoc paſſi ſunt.*

Qui verò à Medicis, vel à Barbaris ſiue à dominis ſuis exſectionem hanc paſſi ſunt *p*, aut qui fortuitò vel alieno facto digitum amiſerũt; hac interdictione liberantur *q*: ſicut enim in illis peruerſa voluntas iuſtè vindicatur; ita in his caſibus vel alienum factum meritò veniam tribuit *r*.

### *De corporis deformitate.*

Porrò, in quo corporis deformitas tanta eſt, vt in ſcandalum publicum rapi poſſit; diſtinguendum non videtur, ſponte an alieno facto ſiue fortuitò, ea deformitas obtigerit, ſicut à Gelaſio reſponſum eſt in eo, cui per vim oculus ab alio excuſſus fuit; ne ad ſacerdotii gradum eueheretur *s*.

### *De claudis.*

Sanè claudis minimè Ordinibus interdictum eſt *t*; vt tamen ordinati ad ſolemnia Miſſarum celebranda baculo non incedant *u*.

m *d. c.* 4 *diſt.* 55.
n *l.* 4. §. *fi. Digeſtis ad legem Corn. de ſicar.*
o *c. qui partem. diſt.* 55.
p *c. ſi quis à medicis. cum* 3 *ſeq. d.* 55.
q *d. c. quæ partem. iuncto c.* 1. *ext. de corpore vitiat.*
r *d. c. quia partem & c. lator diſt.* 55.
s *c. fi. diſt.* 55. *adde & c.* 2. *& ibid. Panor. ext. de corp. vitiat.*
t *c.* 10. *diſt.* 55.
u *c. nullus. Epiſcopus.* 57. *de conſecr. diſt.* 1.

### *De publicis pœnitentibus, apoſtatis, olim furioſis aliiſq;.*

Octauò, ab Ordinibus arcentur, qui publicam & ſolemnem pœnitentiam egerunt *x*, item apoſtatæ *y*, & qui aliquando in furorem acti, vel à diabolo exagitati fuerunt *z*, item rebaptizati, baptizati apud hæreticos *a*, neophyti & epileptici *b*. Dummodò baptizati illi apud hæreticos, adulti fuerint, non infantes; nam his parentum error nihil officit *c*.

*x c. ex pœnitentibus c. illud quoque c. placuit, iuncto c. in capite. diſt.* 50.
*y c. ſi di.* 50.
*z c. maritu. cũ* 33. *ſeqq. diſt.* 33.

*a c. qui in qualibet.* 1. *q.* 7. *c. ventum.* 18. *in fin.* 1. *q.* 1. *c. qui bis* 117. *de conſecrat. diſt.* 4. *& vtrobique gloſſ.* b *De quibus vide c. communiter, diſt.* 33. *c. fin. diſt.* 51. *c. placuit, cum c. ſeq.* 1. *q.* 4.

### *De baptizatis in ægritudine.*

De baptizatis in ægritudine hic canon extat Concilii Neocæſarienſis: „Si quis in ægritudine conſtitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet: non enim fides illius voluntaria, ſed ex neceſſitate eſt: niſi forte poſteà ipſius ſtudium & fides probabilis fuerit, aut hominum raritas exegerit *d*.

*d tex. eſt in c.* 1. *diſt.* 57.

### *De Clerico non ordinato miniſtrante.*

Et Hormiſda Pontifex; Si quis, *ait*, baptizauerit, aut aliquod diuinum officium exercuerit non ordinatus, propter temeritatem abiiciatur de Eccleſia, & nunquam ordinetur *e*.

*e tex. eſt in c. text. de cler. non ord. iuncto c.* 2. *ibid.*

De

*De vxoratis & illiteratis.*

Poſtremò, reiiciuntur à receptione Ordinum Eccleſiaſticorũ vxorati, præterquam, ſi ab vxore continentiam vouente fuerint abſoluti *f*. Item literarũ ignari *g*. Si in laicis, *inquit Leo Pontifex*, vix tolerabilis videtur inſcitia; quantò magis in iis, qui pręſunt, nec excuſatione digna eſt nec venia *h*.

*Quæ & quanta literarum cognitio in ordinandis requiratur ex Concilio Tridentino.*

Non tamen in omnibus ordinandis vna eademque literarum cognitio exigitur; ſed in quibuſdam maior, in quibuſdam minor pro ratione Ordinum ſuſcipiendorum, ſicut poſt antiquos canones *i* explicatè à Concilio Tridentino definitum eſt; cuius verba, cùm alia præterea contineant, hîc à nobis repetenda ſunt. Itaque de prima tonſura initiandis ita conſtituit: Prima tonſura non » initientur, qui Sacramentum Confirmatio- » nis non ſuſceperint, & fidei rudimenta edo- » cti non fuerint, quique legere & ſcribere ne- » ſciant, & de quibus probabilis coniectura » non ſit, eos non ſecularis iudicii fugiendi » fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent, » hoc vitæ genus elegiſſe *k*. *De aliis Ordinibus* » *ita ſtatuit*: Minores ordines iis, qui ſaltem » linguam latinam intelligant, per temporum » interſtitia (niſi aliud Epiſcopo expedire ma- » gis

*f c. fin. de temp. ord. in 6. iuncto c. 4. c. 5. ext. de conuerſ. coniug. & quæ ibi tradunt DD.*

*g d. c. fin.*

*h tex. eſt in c. ſi in laicis. diſt. 38.*

*i vt videre eſt diſt. 38. per totam.*

*k Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 4. de reformat.*

gis videretur) conferantur *l*. *Et paucis interie-*
*l Id. ſeſ. 23. cap. 11. de reform.* „ *ctis.* Cumque hinc ad altiores gradus & ſa-
„ cratiſſima myſteria ſit ingreſſus: nemo iis ini-
tietur, quem non ſcientiæ ſpes maioribus
„ Ordinibus dignum oſtendat *m*. Subdiaconi
„ & Diaconi ordinentur, habentes bonum
*m d. c. 11.* „ teſtimoniũ, & in minoribus ordinibus iam
„ probati ac literis, & iis quæ ad Ordinem ex-
„ ercendum pertinent, inſtructi *n*. Qui piè &
„ fideliter in miniſteriis antè actis ſe geſſerint,
*n ibi. c. 13.* „ & ad presbyteratus Ordinem aſſumuntur;
„ bonum habeant teſtimonium, & hi ſint, qui
„ modò in Diaconatu ad minus annum inte-
„ grum, niſi ob Eccleſiæ vtilitatem ac neceſſi-
tatem aliud Epiſcopo videretur, miniſtraue-
„ rint; ſed etiam ad populum docendum ea,
„ quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalu-
tem, ac ad miniſtranda Sacramenta, diligen-
*o ib. c. 14.* „ ti examine præcedenti idonei comproben-
tur *o*. *De Epiſcopis ita cenſuit idem Concilium*
„ *Tridentinum*: Ad Cathedralium Eccleſiarum
„ regimẽ nullus niſi ex legitimo matrimonio
natus & ętate matura, grauitate morum, li-
„ terarumq́; ſcientia, iuxta conſtitutionẽ Ale-
*p ext. in c. 7. ext. de electio.* xandri III. quæ incipit: Cùm in cunctis, in
Concilio Lateranenſi promulgatam *p*, præ-
*q Cõc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 1. de reform.* ditus aſſumatur *q*.

*Cautio ad ſuperiora.*

Quare ne temerè quis ad ſacros Ordi-
nes recipiatur contra præſcripta SS. Cano-
num

num & Concilii Tridentini, Ordinarii partes erunt, adſcitis ſibi ſacerdotibus, & aliis prudentibus viris peritis diuinæ legis, ac in Eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatis; ordinandorum genus, perſonam, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam & fidem diligenter explorarer. Nam & ex doctrina D. Pauli nemini manus temerè imponenda eſt ſ.

r c. quando cum 22. cc. ſeqq. diſt. 24. c. 14. ext. de æta. & qual. & Conc. Trid. d. ſeſſ. 23. c. 7. de refor. s 1. ad Tim. 5. e iunge c. 3. diſt. 78.

## Notatio in Tit. 7.

*α Non obſtat quòd apud Antiquos Patres, tum etiam in iure ſæpè mentio fiat Diaconiſſarum, Presbyterarum & Epiſcoparum; veluti apud Clementem Conſtitutionum lib. 3. cap. 13. Epiphanium hæreſi 79. in generali 13. C. de SS. Eccleſ. in c. Presbyter, & in c. fin. diſt. 32. Concil. Turonenſ. II. can. 13. 14. & 20. Quia hæ mulieres non ex eo nomen ſortiebantur, quòd aliquo Ordine eſſent inſignitæ, ſed quòd vxores eſſent eorum qui vel Diaconi, vel Presbyteri, vel Epiſcopi facti erant, & ſeparatim vitam cœlibem agebant. d. c. Presbyter. Non minùs olim Presbyteræ dicebantur viduæ ſeniores, d. c. fin. Item Diaconiſſarum olim munus erat, præeſſe foribus Eccleſiæ, quibus ingrediebantur mulieres; de quibus latiùs Baronius, Annal. tomo 1. anno Chriſti XXXIV. num. 288. cum ſeq.*

*β Originarij dicuntur illi, qui nati ſunt ex adſcriptitiis, hoc eſt, qui colendo agro perpetuò addicti ſunt; de quibus in l. ne diutius 20. C. de agricol.*

*gricol. & cenſ. Curiales verò qui curiæ, id eſt, ſenatui adſcripti ſunt, l. ſi quis curiales 12. C. de Epiſc. & Cler. Cuiacius, ad titul. C. de decurion. & filiis.*

*y Notorij dicuntur tribus modis, aut per ſententiam, aut per confeßionem in iure, id eſt, in iudicio factam, aut per rei euidentiam, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poteſt. c. ſin. ext. de cohab. cleric. Martin. Nauar. in man. c. 27. num. 248. & c. 25. num. 72. putat ob crimen tunc incurri hanc irregularitatem, quando eſt notorium & depoſitione dignum, quibus adnumerat d. nu. 248. peccatum Sodomiæ, ex Extrauag. Pij. V. Atque hæc quò ad forum exterius. Nam quò ad forum interius; id eſt, conſcientiæ, etiam ex occulto crimine incurritur irregularitas occulta: in qua non minus diſpenſatio neceſſaria eſt: niſi quod hanc Epiſcopus per diſpenſationem ſuam poſsit tollere: excepta tamen ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentioſum; Ex diſpoſitione Concil. Trid. ſeß. 24. c. 6. de reformat. Adde latius Mart. Nauar. d. c. 27. num. 194.*

*z Eadem ratio eſt in mutilatione membri hominis; quia ea, quò ad irregularitatem, homicidio comparatur. c. his à quibus 23. quæſt. 8. c. ſin. de homicid. in 6. c. clericis, ext. ne cleric. vel monach. c. vnico. de homicid. in Clement. Quare. vbi Clerici apud Iudicem ſecularem de malefactoribus ſuis querelam inſtituunt, neceſſaria eſt proteſtatio; quòd, ſcilicet, non intendant ad vindictam vel pœnam*

*ſangui-*

ſanguinis; licet aliàs de Iure pœna ſanguinis irroganda ſit. cap. 1. de homicid. libro 6. Didac. Couarr. latè explicat ad d.c.vnic.part.2. relecti. § 5. Huius mentio fit in §. ſanè & hoc infr. de accuſat. Ratio huius irregularitatis hæc eſt: quòd viſum ſit Eccleſiæ, non poſſe eum referre lenitatem & manſuetudinem Chriſti (qui innocens propter nos ſanguinem ſuum effudit, & morti ſe tradidit) qui occidit vel mutilat hominem, etiam licitè. Ita Martinus Nauar. in Manual. cap. 27. num. 260. ex ſententia D. Thomæ in 2.2.quæſt.40 art.2.

η Huic derogatum eſt per Extrauag. Sixti V. editam anno Domini M. D. LXXXVII. 6. Kal. Decemb. qua ex inceſtu in tetio gradu conſanguinitatis vel affinitatis nati, etiam legitimati ad regularem habitũ & profeſsionem admitti non poſſunt; niſi tantummodo ad habitum conuerſorum ſeu famulorum. Reliqui verò illegitimi etiam legitimati, non niſi certa forma ibidem expreſſa. Eadem Extrauag. prohibentur & criminoſi, vel ſuſpecti de criminibus, vel ære alieno grauati, vel reddendis rationibus obnoxij, in Religionem recipi, ſicut latiùs ibidem videre eſt. Extat in Bullario Romæ edito, anno M.D.LXXXVI.

ζ Addi poſſunt ex Canonibus Apoſt. illi qui ancillam, id eſt, non liberam vel ſpectaculis publicis mancipatam duxerunt, ex c. ſi quis viduam, diſt. 34. Verùm in his nullum vitium bigamiæ eſt; niſi velimus per ancillam intelligere, quæ & ab alio corrupta eſt, ex ſententia Turrecrematæ, ibidem. Qui

 autem

*autem hoc §. numerantur, ij ſecundùm proprietatem nominis Bigami dicuntur, qui ſecundas contraxerunt nuptias; cæteri impropriè, & quadam ſimilitudine, gloß. recepta in c. 2. de Bigam. & probat tex. in c. debitum. extr. eodem. Huius autem irregularitatis ratio eſt; quòd licet matrimonium contractum cum corrupta verum ſit Sacramentum, repræſentans per mutuum conſenſum coniunctionem Chriſti & animæ iuſtæ; non eſt tamen quoad ſignificationem omninò perfectum Sacramentum: Siquidem non ſignificat coniunctionem Chriſti cum vnica & immaculata ſponſa Eccleſia. c. Acutius, diſt. 26. & d. c. debitum. Vnde bigamus, cùm patiatur defectum quoad ſignificationem in Sacramento Matrimonij, prohibetur itidem à Sacramento Ordinis. Deinde pati non debet defectum in Sacramento qui Sacramenta adminiſtraturus eſt. Ita ex Theologis & Canoniſtis Did. Couarr. ad c. ſi furioſus in 1. parte relect. §. 2. n. 3. verſ. huius; de homicid. in Clement.*

DE

# DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM, ET DE ÆTATE Ordinandorum.

## TITVLVS VIII.

*Quibus temporibus ſint ordines conferendi.*

SEd & certa tempora Ordinibus conferendis à ſacris canonibus præſtituta ſunt. Etenim minoribus Ordinibus vni vel duobus conferendis dies Dominici & alii feſtiui *a*; ſacris quatuor tempora, & dies Sabbati ſancti, & qui Dominicam de paſsione antecedit, deſtinati ſunt, nihil impediente contraria conſuetudine *b*.

a *c. 3. ext. de temp. ordin.*

b *c. 1. c. 2. c. 3. c. 8. c. 18. c. 36. ext. de tit. adde c. 3. 5. 7. diſt. 75. & Concil. Triden. ſeſſ. 23. c. 8. de reform.*

*Plures ordines ſacri eodem die vni non ſunt conferendi.*

Non tamen vno eodemq; die, vel etiam duobus continuato ieiunio ad binos Ordines ſacros quis admitti debet. in tranſgreſſores pœna ſuſpenſionis conſtituta eſt *c*.

c *c. literas 12. c. dilectus 15. extr. de tem ordin. Conc Trid. d. ſeſſ. 23. ca. 13. in fin.*

*Qua ætate ordines recipiendi.*

Nec minùs ætatis ratio habetur: qui enim ad primam tonſuram, & ad tres ſequentes Ordines minores admitti deſide-

rat; ipſam infantiam *d*: qui ad Acolytatum, duodecimum ætatis annum neceſſe eſt expleuerit *e*. Poſt hoc tempus omnes Ordines minores rectè recipiuntur, ſed per temporum interſtitia; niſi aliud Epiſcopo expedire magis videatur *f*. Quoad Subdiaconatum, Diaconatum & Presbyteratũ, diuerſa olim tempora conſtituta erant *g*. Verùm hodie ex Concilii Tridentini decreto, nullus ad Subdiaconatus Ordinem ante XXII. ad Diaconatus ante XXIII. ad Presbyteratus, ante XXV. ætatis ſuæ annum promoueri poteſt *h*. In Epiſcopo ordinando, ætas XXX. annorum exactorum, vt minimum, exigitur *i*.

d *c. fi. de temp. ordin. in 6. c. 2. diſtinct. 77. iuncto §. non tamen ſup. tit. prox.*

e *d. c. 2. vide ibidem gloſſ. & Card. à Turre crem. c. 3. diſt. 28.*

f *c. 3. & ibid. gloſſ. ext. de temp. ord. Conc. Trident. d. 23. cap. 78. 11.* g *ſicut videre eſt in c. 2. cum ſeqq. diſt. 77. in c. 1. cum ſeq. diſt. in c. fi. de ætate & qual. in Clem.* h *d. ſeſſ. 23. cap. 12. de refor.* i *c. cum in cunctis. 70. in prin. ext. de electio. iuncto Concil. Trident. ſeſſ. 7. c. 1. de reform.*

# DE CLERICO FVRTIVE VEL PER SALTVM PROMOTO.

## TITVLVS IX.

### *De promoto furtiuè.*

QVòd ſi quis furtiuè, id eſt, clam Epiſcopo ordinante, ad aliquem Ordinem ſub-

ſubrepſerit;tã ab vſu recepti Ordinis; quàm ab aliis in poſterum recipiendis, ſubmouetur; donec diſpenſationis gratiam obtinuerit *k*.

*k tot.titul. ext.de eo qui furtiuè ord. vbi latius.*

*De promoto per ſaltum.*

De eo verò, qui non gradatim ſicut Canones iubent *l*, ſed per ſaltum, id eſt, prætermiſſo Ordine inferiore, ad ſuperiorem ſuâ negligentiâ aſcendit, cõſtitutum eſt, vt tamdiu ab executione ſuſcepti Ordinis ceſſet, donec omiſſus ab eo Ordo reſtituatur *m*. Extat & Concilii Tridentini hac de re ſanctio: Cùm promotis, *inquit*, per ſaltum, ſi non miniſtrauerint, Epiſcopus ex legitima cauſa poſſit diſpenſare *n* *a*.

*l e.1.c. 2.c. 3.diſt 77.*
*m iuxta c. vnic.diſt. 52. & c.vnic.ext. de clerico per ſaltum.*
*n tex. eſt in c.14. in fin. de reform. ſeſſ.23.*

## Notatio in Tit. 9.

*a. Aliud, ſi ſcienter aſcenderit. Nam grauius in eum ſtatuitur; vti videre eſt apud Bernardum Diaz, in pract. crimin. can. c.29.*

DE

*Officia maiorum ſiue ſacrorum Ordinum.*

Reliquorum offi ia his verbis deſcribuntur ab Iſidoro: Ad Subdiaconum, *inquit*, pertinet, calicem & patenam ad altare Chriſti deferre, & Leuitis tradere, eiſq; miniſtrare; vrceolum quoque & aquam, mantile & manutergium tenere, Epiſcopoque & Presbytero, & Leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam præbere.

Ad Diaconum pertinet, aſſiſtere ſacerdotibus & miniſtrare in omnibus, quæ aguntur in Sacramentis Chriſti, in Baptiſmo ſcilicet, in Chriſmate, & patena & calice; oblationes quoque inferre & diſponere in altario, componere etiam menſam Domini atque veſtire, crucem ferre, prædicare Euangelium & Epiſtolam: nam ſicut Lectoribus vetus Teſtamentum, ita Diaconis nouum prædicare præceptum eſt, &c.

Ad Presbyterum pertinet, Sacramentum corporis & ſanguinis Domini in altario Dei conficere, orationes dicere, & benedicere dona Dei.

Ad Epiſcopum pertinet, Baſilicarũ conſecratio, vnctio altaris, & confectio Chriſmatis: ipſe prædicta officia & ordines Eccleſiaſticos diſtribuit: ipſe ſacras virgines benedicit, & dum præceſſit vnuſquiſq; in ſingulis; ipſe tamen eſt præordinator in cunctis s.

Hoc s *tex. eſt in*

*c. 1. §. ad Subdiaconum. vſque ad §. hi ſunt ordines. diſtin. 25. adde & c. 1. diſt. 21. & Pontificale Roman. t c.*

Hoc tamen amplius in presbytero eſt, quòd & hic annunciet verbum Dei *t*, baptizet *u*, abſoluat pœnitentes *x*, & extremam Vnctionem ægrotis conferat *y*. Et in Epiſcopo quòd hic Sacramentum Confirmationis adminiſtret *z*, publicam & ſolemnem pœnitentiam iniungat *a*, Eccleſias pollutas repurget, reconciliet *b*.

*ſeſſ. 14. cap. 6. diſt. 95. u c. 19. de conſecrat. diſt. 4. x Conc. Tridentin. ſeſſ. 6. in doctrina de ſanctiſſ. pœnitent. y idem Concil. Triduis. diſt. 68 1 4. c. 3. de Sacram. extremæ Vnct. c. 6. diſt 95. z c. quam-* ordinariè,. *Concil. Trident. ſeſſ. 7. can. 3. de Confirmat.* Intellige *uis c. 2. 26. iuxta § fin. infrà de Confirmat. Sacrament. a d. c. quamſecrat. eccleſ. quæſt. 5. iuncta c. in capite diſt. 50. b c. aqua. 9. ext. de con-*

## *De aliis officiis Clericorum.*

Cætera verò officia, quæ non ratione ordinum à Clericis, vt dictum eſt, ſed iuriſdictionis, ſiue alterius muneris Eccleſiaſtici cauſa exercentur; ea rurſus variè & à diuerſis explicantur: alia enim ab Epiſcopo, alia ab Archidiacono, alia ab Archipresbytero, alia ab aliis exercentur, de quibus ex ordine diſpiciamus. Prius tamen de electione, poſtulatione, & confirmatione acturi; quibus ad huiuſmodi officia aditus aperitur.

DE

# DE ELECTIONE.

## TITVLVS XI.

### *De notione nominis.*

ELectionis nomen vi quidem ſua denotat delectum rei alicuius vel perſonæ ex duabus vel pluribus *a*; verùm nos in præſenti argumento Electionem ad perſonas dirigemus, quatenus quis ad certam Eccleſiæ functionem ſeligitur *b*. quod quandoque fit à Collegio, quandoque à perſonis ſingularibus, vti hic & ſequentes tituli declarabunt.

*a c. in alternatiuis. de reg. iur. libr. 6. c. in cauſis. cum c. ſeq. ext. de elect. c. cum ſpeciali. 61. ext. de appell. l. plerumque. 10. Dig. de iure dot. l. ſi quis ſtipulatus. 112. Dig. de verb. oblig.* b *vt paſſim toto tit. ext. & in 6. de electio. & in Clem. eod. tit.*

### *De forma eligendi Epiſcopum.*

Ac in primis à Collegio ſiue Capitulo eligitur Epiſcopus, non qualicunque modo, ſed ſeruata forma, ab Innocentio III. in Concilio generali Lateranenſi edita, quam hîc integram ſubiiciam.

" Quia propter diuerſas Electionum formas, quas quidam inuenire conãtur, & multa impedimenta proueniunt, & magna pericula imminent Eccleſiis viduatis; Statuimus, vt cùm Electio fuerit celebranda, præſentibus omnibus, qui debent & volunt, &



poſ-

„ poſſunt commodè intereſſe, aſſumantur tres
„ de Collegio fide digni, qui ſecretè & ſigilla-
„ tim vota cunctorum diligenter exquirant,
„ & in ſcriptis redacta mox publicent in com-
„ muni; nullo prorſus appellationis obſtaculo
„ interiecto: vt is collatione habita eligatur, in
„ quem omnes, vel maior & ſanior pars Capi-
„ tuli conſentit; vel ſaltem eligendi poteſtas
„ aliquibus viris idoneis committatur, qui vi-
„ ce omnium Eccleſiæ viduatæ prouideant de
„ Paſtore. Aliter electio facta non valeat: niſi
„ fortè communiter eſſet ab omnibus quaſi
„ per inſpirationem abſque vitio celebrata.
„ Qui verò contra præſcriptas formas eligere
attentauerint, eligendi ea vice poteſtate pri-
uentur *c*.

*c text. eſt in c. quia propter. 42. ex. de electio.*

Triplex itaque eligendi modus hac Con-
ſtitutione Innocentiana præſcribitur; vnus
per ſcrutinium, alter per compromiſſum,
& tertius per quaſi inſpirationem diuinam.
Quibus & quartus rectè adiici poterit, qui
miſtus eſt ex ſcrutinio & compromiſſo *d*;
quamuis hic ſub prioribus quodammodo
contineatur. Sed rem paululum illuſtremus.

*d vt infr. eodem §. interdum.*

*Explicatio formæ ſuperioris.*

Quod ad illa verba attinet Innocentia-
næ Conſtitut. *præſentibus omnibus qui debent*;
hanc ſignificationem habent, quòd ad ele-
ctionem inſtituendam, non ſolùm ipſum
Colle-

Collegium ( de cuius Prælato ſurrogando agitur, & ad quod iure Decretalium electio pertinet *e*.) ſimul conueniat, ſed & illi adſciſcantur, qui vel ex conuentione *f*, vel ex preſcriptione ius eligendi ſibi adquiſiuerunt, vel ſaltem in eius quaſi poſſeſſione ſunt *g*.

e *c.3. circa fi. ext. de cauſa poſſeſſ. c. 1. c. cum terra. 13. ext. h. titul. Aliter enim iure antiquo. diſt. 60. 61. 62. 63. paſſim per tot.* Adde ne quidem in Italia hoc ius poſterius obſeruari; in Germania verò in vſu eſt. f *c. ſcriptum 40. ext. h. t.* g *c. 8. ext. de cauſa poſſeſſ.*

*Laici eligere non poſſunt, & qui ex Clericis.*

Exceptis tamen laicis, quibus eligendi poteſtas permitti non poteſt, ne quidem ex conſuetudine *h*: item Clericis ſuſpenſis *i*, excommunicatis *k*, irregularibus *l*, etiamſi eiuſdem Collegij ſint *m*.

h *c. Meſſana. 56. c. ſacroſancta. 51. ext. h. tit.* i *c. cum dilectus 8. ext. de conſuetud. c. cum inter. 16. ext. h. tit.* k *c. fi. ext. de cler. excom. iuncto c. penult. ext. de ſentent. excom.* l. *de quibus in c. is qui. 18. ext. de ſentent. excom. lib. 6.* m *iam dictis iurib.*

*Abſentes quando ad electionem vocandi.*

In abſentium vocatione eo iure vtimur, vt & hi, ſi commodè fieri poteſt, ad electionem vocentur *n*; alioqui ſi quiſpiam ex iis, qui electioni intereſſe debent, præteritus fuerit; ob ſui contemptum agere, & infirmare poterit electionem: niſi malit electioni accedere *o*; vel conſuetudo loci dictitaret abſentes non vocandos eſſe; qua ſpecie impunè abſentes negligerentur *p*.

n *c. quod ſicut 28. c. coram 35. cum ſeq. c. cum inter 18. iuncto c. quia propter. 42. in verbo, commodè. ext. de electio.* o *d. c. quod ſicut. in fi. princ. arg. c. 3. ext. de his quæ fi. à præl. & l. 3. C. De rei vind.* p *Panor. ad d. c. coram per tex. in c. cum in Eccleſiis 31. de præb. libr. 6. facit c. cùm dilectus. c. cùm in Gen. 55. ext. h. tit.*

*An abſens impeditus poßit eligere.*

Sed quæſtionis eſt, ſi quis legitimè impeditus Electioni intereſſe nequit, ánne per litteras ſuffragium ſuum conferre poſſit? Minimè; quippe in electione ſecretè & ſigillatim omnium vota exprimenda ſunt *q*. Sed an per procuratorem? Vtique, dummodo hic ex Collegis aſſumatur *r*; & ſi plures procuratores ex Collegis conſtituantur, non aliter admittuntur, quàm ſi ſinguli in ſolidum conſtituti ſint, quorum & occupantis melior conditio erit *s*. Vt tamen procurator eundem, non diuerſos, ſuo & procuratorio nomine in ſcrutinio nominet; alioqui nihil agit *t*: niſi fortè certa perſona eligenda mandato ſuo comprehenſa eſſet, à qua procurator, licet ſuo nomine diſſentire poſſit, non tamen procuratorio *u*: cùm mandati fines diligenter cuſtodiendi ſint *x*. Receptum tamen eſt, Collegis hoc mandatum detrectantibus, extraneum procuratorem conſtitui poſſe, ſed permittente Capitulo *y*.

*Inuitus Electioni intereſſe nemo cogitur.*

Nemo verò inuitus Electioni intereſſe cogiur *z*.

q *c. ſi quis iuſto 46. §. abſens: h. titul. in 6. d. c. quia propter. in verbis, qui ſecretè & ſigillatim.*

r *d. c. quia propter. §. illud.*

s *d. c. ſi quis iuſto. in princip. d. §. abſens.*

t *d. c. ſi quis iuſto. §. porro.*

u *d. §. porro*

x *l. diligenter 5. Dig. Mandati c. cum dilecta. 22. ext. de reſcript.*

y *d. §. abſens.*

z *d. c. quia propter. in verbo, volunt. c. quod ſicut. 28. ext. h. tit. adde Panorm. ad d. c. quia propter. num. 4. & 5.*

Ordo

*Ordo ſcrutinij in electione.*

Hic igitur ordo ſcrutinij eſt: vt tres ſeligantur de Collegio fide digni, qui præſentium vota ſecretè, & ſigillatim diligenter excipiant, eaq; certa, pura, nulla adiecta conditione vel alternatione *a*: deinde in ſcripturam redacta, ſtatim in communi publicent *b*. Qua publicatione facta, nullius ſuffragii mutatio admittitur *c*; ſed ex ſuffragiorum collatione, is vnus eligitur, in quem omnes vel maior & ſanior pars conſenſerit *d*; Eſtque, hęc electio per vnum aliquem vice omnium pronuncianda; vt eo ſignificetur, electionem vnicam & communem eſſe *e*. Vnde & idem pronunciandi modus in electione per compromiſſum obſeruatur *f*.

a *c. 2. eod. lib. 6. iuncta d. c. quia propter.* b *d. c. quia propter.* c *c. ante pen. extr. eod.* d *d. c. quia propter. d. c. ante pen. c. Eccleſia veſtra 48. c. in Gen. 56. ext. de elect.* e *c. ſicut 21. eod. in 6. c. 4. de ſent. & reiudic. in 6.* Forma pronuntiádi hæc eſſe poteſt per eũ cui Capitulũ cõmiſerit: Ego talẽ nomine meo, & Cap. eligo. *Vt in caſu d. c. 4.* f *d. c. ſicut. & d. c. 4.* Forma in compromiſſo hęc eſſe poſſet; Ego cõpromiſſarius talem eligo. *vide latius gloßam ad d c. 4.*

*Explicatio de maiore & ſaniore parte Capituli.*

Porrò quæ in eadem Conſtitutio. ſequuntur: *in quem maior & ſanior pars Capituli conſenſerit*: coniunctim accipienda ſunt. Neque enim ſatis eſt, maiorem numerum ſuffragantium in eandem perſonam concurriſſe, ſi ſanior abſit. Vt verbi gratiâ; ſi duodecim Canonici in Titium eligendum conuenerint;

rint; nouem in Sempronium, qui tamen ſint ſanioris iudicij: certè neutra electio ſubſiſtet, quòd in vtroq; alterum deſideretur g: præterquam ſi numerus eligentium alterius partis alteram in duplum exceſſerit; quo ſanè caſu nulla ratio habetur alterius partis, licet ſanioris: tametſi huic ſaluum ius maneat impugnandi aliorum vota ex alio capite, quòd vel excommunicati, vel ſuſpenſi, vel irregulares alterum elegerint h.

*De electione per compromiſſum.*

Cæterum in electione per compromiſſum, etſi Conſtit. Innocentiana i, *aliquorum*, meminerit; nihilominus ſatis erit, vel in vnū compromiſſum eſſe k. Quod & interdum expeditius eſt propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem l. Cuius ratio pendet ex hac iuris regula: Qui facit per aliū, perinde eſt ac ſi faciat per ſeipſum m.

*In compromiſſo omnium conſenſum requiri.*

In compromittendo autem omnium cōſenſus exigitur. Licet enim regulariter in Collegii negotiis explicandis, ſufficiat conſenſus maioris partis Collegii n: attamen in hoc compromiſſo vnius etiam diſſenſus compromiſſum impedit o.

g *c. Eccleſia veſtra 57. ext. eodem.*
h *c. ſi quando 9. eod. in 6. iuncto §. exceptis ſup. eod.*
i *in d. c. quia propter 42. ext. de elect.*
k *c. ſi compromiſſarius 37. c. ſicut 23. eod. in 6. c. cauſam 8. ext. eod. gloſ. & Imola ad d. c. quia propter. n. 9*
l *l. item ſi vnus 17. §. principaliter Digeſtis de recep. arb.*
m *c. quæ facit. 72. de iur. in 6. reg.*
n *c. 1. c. fin. ext. de his quæ fiunt, à Prælat.*
o *Probat ex communi ſententia Panorm. ad d. c. quia propter. in verb. vel ſaltem num. 2.* Et ratio eſt, quia compromiſſū eſt voluntarium: ergo ab hominibus recipi debet. *c quod omnes. de reg. iur. lib. 6.*

Item

*Item in electione per quaſi inſpirationem.*

Item in electione per quaſi inſpirationem, quæ & omnium concurſum requirit *p*.

*p per tex. in d.c.quia propter.in fin.princ.*

*De concurſu compromiſſi cum ſcrutinio.*

Interdum compromiſſum ſimul concurrit cum ſcrutinio, & permixtim exercentur: puta, ſi ita compromiſſum ſit, vt compromiſſarii ſiue vnus, ſiue plures, ſecretò & ſigillatim ſingulorum vota exquirant; illumq́; eligant, in quem maior & ſanior pars Capituli conſenſerit *q*. Vnde quæ in ſcrutinio obſeruatu neceſſaria ſunt, eadem & hac ſpecie adhibenda erunt *r*.

*q c.cum expediat.26. h.tit.lib.6. iuncto c. cum dilectus 32. ext.eod.*
*r c.ſi cui 23 eod.in 6.*

De *electione aliorum Prælatorum.*

Et hæc de Epiſcopi electione. De aliis Prælatis inferioribus paſſim controuertitur: An hęc eadē eligendi forma ab Innocentio præſcripta, in aliis obſeruari debeat: Quod quidam exiſtimant *s*: ſed minùs rectè, cùm id iure cautum non ſit præterquam in Prælatis Eccleſiarum regularium, ad quos eadem forma rectè producitur ex ſententia eiuſdem Innocentii III.*t*. Verùm ſacra Tridentina Synodus hanc diſputationem nobis ſuſtulit dum his verbis decernit: In electione Superiorum quorumcunque, Abbatū temporalium, & aliorum Officialium ac Generalium,

*s apud Hoſt. in ſumma huius tituli, num.19.*
*t in d.c.quia propter. in verbo.Eccleſiæ viduatæ. iuncto c. ne pro defectu. 41. extr. eod. c. indemnitatib.§.ſanè cum.§§. ſeqq.e.od. & tit. lib.6*

» & Abbatiſſarum, atque aliarum Præpoſitarũ; quo omnia rectè & ſine vlla fraude fiant; » inprimis ſancta Synodus diſtrictè præcipit, » omnes ſuprà dictos eligi debere per vota ſe» creta; ita vt ſingulorum eligentium nomina » nunquam publicentur: nec in poſterum li» ceat Prouinciales aut Abbates, Priores aut » alios quoſcunq; Titulares, ad effectum ele» ctionis faciendæ conſtituere, aut voces & » ſuffragia abſentium ſupplere. Si verò contra » huius Decreti conſtitutionem aliquis electus » fuerit, electio irrita ſit, & is qui ad hunc effe» ctum ſe in Prouincialem, Abbatem, aut Prio» rem creari permiſerit, deinceps ad omnia » officia in religione obtinenda inhabilis exi» ſtat, facultateſque ſuper his conceſſę eo ipſo » abrogatæ cenſeantur, & ſi in poſterum aliæ » concedantur, tanquam ſubreptitiæ habean» tur *u*.

*u Seſſ. 25. c. 6. de regularib.*

*De electione Summi Pontificis.*

Singulari verò iure receptum eſt in S. Pontificis electione, quæ à Collegio Cardinalium fit: vt ad eam Cardinales abſentes non vocentur, ſed tantùm expectentur ad decem dies; neque hic maior & ſanior pars eligentium ſpectatur, ſed quæ conſenſu duarum partium facta eſt; aliaq; ſpecialia huic electioni inſunt, quæ hîc repetere longum eſſet, ſed ex ſuis locis petenda ſunt *x*.

*x c. licet 6. ext. hôc tit. c. vbi periculum 3. eod. in c. vide. & c. 1. diſt. 23. c. 1. cùm ſeqq. diſt. 79. c. conſtit. diſt. 63.*

De

*De Epiſcopis auctoritate S. Pontificis aſſumptis.*

Neque dubium eſt, quos S. Pontifex pro ſuprema in omnes Eccleſias poteſtate, Epiſcopos, omiſſa electione Collegii ſiue Capituli, aſſumit (vt paſſim in Italia) eos veros eſſe Epiſcopos *y*.

*Qui rectè eligatur in Epiſcopum.*

Iam quod attinet ad perſonas eligendorum: in Epiſcopum nemo eligitur, niſi qui legitimè natus, trigeſimũ ætatis ſuæ annum exceſſerit, ſitque probatæ vitæ & ſcientiæ *a*, & vt minimùm in ſubdiaconatus ordine ſex menſium ſpacio conſtitutus *b*.

*Quis in Decanum, Archidiaconum, &c.*

Ad alia inferiora miniſteria, vtpote, ad Decanatum, Archidiaconatum, cæteraque quæ curam animarum annexam habent, nemo aſſumitur, niſi qui vigeſimum quintum ætatis annum attigerit, & à ſcientia ac moribus commendetur. Aſſumptus verò, cum Ordinem, quem miniſterium requirit (niſi eo antè inſignitus ſit) intra tempus à Canonibus præfixum ſuſcipere tenetur, ſub pœna priuationis officii, ſi monitus non paruerit *c*. Ad cæteras autem dignitates vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, clerici, alioqui idonei & XXII. annis non minores, rectè admittuntur *d*.

*y* Cõcil. Tr. ſeſ. 23. can. 8. de Sacra. Ordinis, regula 2. Cancell. Apoſtoli. iuncto c. 2. de præbend. lib. 6.

*a* c. cum in cunctis 7. ext. de ætat. & qual. Conc. Trid. ſeſſ. 7. c. 1. de reform. & ſeſſ. 22. c. 2. de reform. vbi latius hæc perſequere.

*b* d. c. 2. Cõcil. Tridenti.

*c* d. c. cùm in cunctis. §. inferiora. adde Conc. Trid. ſeß. 22. c. 12. de reform. & ſeß. 7. c. 13. ſeß. 22. c. 4.

*d* Conc. Tri-

*dent. d.c.12.§. ad ceteras adde c. vnico de ætat. & qualit. in.6* vbi permittitur Epiſcop. diſpenſare cum maiore 20. annis in dignitatibus & perſonatibus non curatis.

## *Quæ in Abbatiſſam & Prioriſſam eligi poſſit.*

In Abbatiſſam aut Prioriſſam (vbi Monaſterium per Prioriſſam gubernatur) nulla eligitur, niſi trigeſimum annum compleuerit, & expreſſè profeſſa ſit ordinem regularem: Ex conſtitutione Bonifacij VIII. *e*. Aliter verò ex præſcripto Concilii Tridentini, cuius hæc verba ſunt: Abbatiſſa & Prioriſſa, & quocunque alio nomine Præfecta vel Præpoſita appelletur, eligatur non minor annis quadraginta, & quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit. Quòd ſi his qualitatibus non reperiatur in eodem monaſterio, ex alio eiuſdem Ordinis eligi poſſit. Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præeſt, videatur, ex iis, quæ in eodem monaſterio annum trigeſimum exceſſerint, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerint, Epiſcopo vel alio Superiore conſentiente, eligatur *f*. In Abbate retinemus quod proximo §. dictum eſt *g*.

*e. in c. indemnitatib. 43. circa princip. de elect. lib.6.*

*f Conc. Trident. in ſeſſ. 25. c. 7. de regularibus.* *g Gloſſa ad d. c. indemnitatibus. in verbo, triceſimum. Panorm. ad d. §. inferiora.*

DE

# DE POSTVLATIONE.

## TITVLVS XII.

*Poſtulatio quare introducta, & qui rectè poſtulentur.*

POſtulatio in ſubſidium electionis introducta eſt, vt ſcilicet is, qui per Canones eligi prohibetur, ſaltem poſtulationis ſubſidio iuuetur: per hanc enim à Superiore petitur gratia impedimēti Canonici remittendi, quod eligendo obſtat *a*. Veluti ſi de laico in Epiſcopum aſſumendo agatur *b*, vel de eo qui illegitimè natus *c*; aut ætate minor eſt *d*. Hi enim, cùm eligi prohibeantur, poſtulationis ope ſubleuandi ſunt *e*; dum tamen is, qui ætate minor eſt, XXVII. annum attigerit, ex conſtitutione Ioannis XXII. qua & illi, qui ordinis Mendicantium ſunt, ad Eccleſias inferiores Cathedralibus, & ad monaſteria extra ſuos Ordines, poſtulari prohibentur: adiecta clauſula irritante aliiſq; pœnis in tranſgreſſores *f*.

a *c. 3. c. penult. ext. de poſtulat. Prælat.*
b *c. Oſius. & §. è contra. diſt. 61.*
c *c. innotuit. 20. ext. de elect.*
d *c. vnico. hoc titul. in Extrauag. communib.*
e *c. cùm in cunctis 7. ext. de elect. §. iam quod ſuprà titul. prox.*
f *d. c. vnico hoc tit.*

*Epiſcopus vnius loci ad alium poſtulari, non eligi poteſt.*

Similiter Epiſcopus, cùm Eccleſiæ ſuæ

ſuæ ſpirituali matrimonio alligatus ſit *g*, ad alium Epiſcopatum non eligi, ſed poſtulari debet *h*. Idem obſeruandum eſt & in cæteris impedimentis Canonicis; dummodò eorum diſpenſatio neque difficilis, neque dura Eccleſiæ futura ſit *i*.

g *c.2. & c.3. ext. de tranſlat. Epiſcop.*
h *c.4. c. fin. ext. hoc tit.*
i *Panorm. ad c. fin. 8. circa fi. ext. de poſtulat. prælat. vbi eleganter diſtingnit.*

*Cautio circa poſtulationem.*

Cauendum verò in poſtulatione eſt; ne is, qui poſtulandus eſt, eligatur, ſeu poſtuletur, huius verbi, *poſtulo*, mentione facta *k*. Licet enim iure antiquo promiſcuus vſus eſſet verborum, Poſtulationis & Electionis *l*; hodie tamen à ſe inuicem planè diſtincta ſunt *m*; adeò, vt ne quidem hæ formulæ admittantur: Eligo poſtulando, vel, Poſtulo eligendo; aut, Eligo poſtulandum, ſeu, Poſtulo eligendum: cùm nec vera electio, nec vera poſtulatio reſultet ex ipſis, quin ſibi potiùs inuicem aduerſentur: aut Eligo in poſtulandum; vel Poſtulo in eligendum; cùm rem imperfectam ſignificare noſcantur. Item Eligo & Poſtulo prout poteſt melius de iure valere (cùm incertitudinem contineant *n*) niſi poſtrema hac ſpecie probabiliter dubitaretur, vtrum quis eligendus an poſtulandus eſſet: Quo caſu poſtulatus aut electus, conſenſus tẽpore (quod menſtruum eſt poſt præſentationẽ ſibi factam *o*) viam electionis vel poſtulationis (ne in incerto vagetur) eligere neceſ-

k *d. c. fin.*
l *§. his omnibus. diſt. 61. c. literas diſt. 63.*
m *d. c. fin.*
n *tex. eſt in c. vnico de poſtul. lib. c. 6*
o *c. quàm ſit 6. de electio. lib. 6.*

neceſſariò tenetur, & vna electa ad alteram regreſſum non habet *p*.

*De votis poſtulantium.*

Sed de ſuffragiis poſtulantium videamus: Etenim, ſi omnium vota in vnum eundemque conueniunt; dubium non eſt, quin Poſtulatio legitimè celebrata ſit *q*. Idem, ſi pro maiore parte poſtulantium *r*. At ſi concurrat poſtulatio cum electione, hîc neceſſe eſt, numerus poſtulantium duplo maior ſit eligentium; alioqui electio præfertur *s*.

p *d.c.vnico.*

q *c.3.4. in fin.ext.eod. c, cupientes, 16.§.fi. de elect.libr.6.*

r *Goffredus, quem ſequitur Panor.ad d.c.3.n.12.& probatur per text. in l. quod maior. 19. Digeſtis Ad inunicip. in c.1.in fin. ext. de his quæ fin.à prælat.* s *c.ſcriptum 40. ext.de elect. & ibi latè Panorm. & Imola.* & ratio eſt, quia poſtulatio gratia nititur electio iure quod expugnatu difficilius eſt.

# DE CONFIRMATIONE.

## TITVLVS XIII.

*Electus confirmari debet.*

PEracta electione, non ſtatim electus adminiſtrandæ Eccleſiæ ſuæ ius habet, ſed neceſſe eſt, priùs confirmetur à ſuperiore ſuo *a*; Abbas enim aliique inferiores, à ſuo Epiſcopo *b*, Epiſcopus à ſuo Archiepiſpopo *c*; Archiepiſcopus à ſuo Patriarcha *d*.

a *c.nihil 44. ext.de elect.*

b *c.cum mo-*

&

nasteriũ 13. ext. de elect. c c. cum dilectus 33. ext. de elect. c. 2. ext. de transl. Episc. c. fi. dist. 64. d Panor. ad Priuileg. de Priuileg. le Rom. & §. cæterùm.

& hic conſequenter à S. Pontifice confirmandi ſunt: niſi ex his quiſpiam Romanæ Sedi immediatè ſubiectus ſit: aut S. Pontifex ſingulari iure ſibi reſeruauerit confirmationem; veluti in Epiſcopis Germaniæ vigore Concordatorum *e*. Nam his caſibus confirmatio petenda erit à Sede Apoſtolica *f*.

*d Panor. ad c. cùm Eccleſia 31. num. 8. ext. de elect. per cap. antiquam. Hoſtienſ. in ſumma huius tit. n. 27. Confer. & Pontificale Rom.* & quæ ad calcem huius ſummæ inuenies *f d. c. nihil. cap. cum venerabilis. 7. ext. de conſuetud.*

### *De neceſſitate confirmationis.*

Quæ vſque adeò obtinent; vt ſi electus omiſſa confirmatione, quouis etiam titulo aut prætextu, adminiſtrationi Eccleſiæ ſuæ ſe ingeſſerit, ius ex electione ſibi quæſitum ipſo facto amittat *g*. His tamen exceptis, qui extra Italiam in concordia electi, à S. Pontifice confirmandi ſunt; quibus ex conceſſione Concilij Lateranenſis propter neceſſitatem Eccleſiarum & vtilitatem, poteſtas facta eſt etiam ante confirmationem, adminiſtrandi tam ſpiritualia quàm temporalia Eccleſiæ ſuæ; dummodò ex rebus Eccleſiaſticis nihil prorſus alienent *h*. Idque à Bonifacio VII. & ad Abbatiſſas certo modo proiectum eſt *i*.

*g c. auaritia. de elect. lib. 6. d. c. nihil 44. circa prin. c. qualiter 17. ext. de elect.*
*h d. c. nihil 44. §. cæterũ ext. de elect.*
*i in c. indemnitatib. 43. §. ſi verò. §. cæterum. de elect. lib. 6.*

### *Ordo petendæ Confirmationis.*

Cæterùm petendæ Confirmationis ordo

do hic à Gregorio X. in Concilio Lugdunenſi præſcriptus eſt, vt electores, quamprimùm commodè poſſunt, electi aſſenſum habeant, quem electus intra menſem à tempore inſinuatæ electionis accommodare, & deinde intra tres alios menſes ſubſequentes, confirmationem petere tenetur, ſub pœna priuationis iuris per electionem ſibi adquiſiti, niſi iuſta cauſa electi moram excuſet *k*. Verùm poſteà Nicolaus III. hoc trimeſtre tempus immutaùit in electis ad Cathedrales vel Regulares Eccleſias, quorum confirmatio ad Summum Pontificem ſpectat, vel interiecta appellatione deuoluitur; vt infra vnum menſem poſt conſenſum vel notitiam electionis, ipſimet ad Sedem Apoſtolicam iter arripiant, & ad conficiendum, tantum temporis ſumant, quantum neceſſe erit pro locorum interuallo. Pleraque alia adiecit, quæ ex ipſo contextu Decretalis rectiùs petuntur *l*.

k *c. quàm ſit. 6. de elect. lib. 6.*

l *c. cupientes 16. de elect. lib. 6. iuncto. ſi poſtquam 33. eod. lib. 6*

*Confirmanti quid incumbat.*

Illud verò confirmanti cauendem eſt, ne præceps ſit in confirmando, ſed perſonam electi, & actum electionis diligenter exploret; & ſi ritè omnia confecta viderit, tunc confirmationis munus electo impendat *m*. Vnde ſi electus coëlectum, aut alium electionis ſuæ aduerſarium habet, is ante

m *d. c. nihil. c. cum nobis 19. c. venerabilem 34. ext. de elect.*

ante confirmationem omnino citandus erit: aliàs generale & peremptorium edictum in Eccleſia, in qua electio celebrata eſt, proponendum, quo contradictores, ſi qui ſint, moneantur & euocentur: cùm prætermiſſa hac obſeruatione, confirmatio nullius momenti ſit *n*.

n *c.fin.de elect. lib.6.*

# DE CONSECRATIONE EPISCOPI, ET VSV PALLII.

## TITVLVS VIX.

*Epiſcopi conſecratione matrimonium ſpirituale perficitur.*

ELecto Epiſcopo & confirmato, reſtat poſtremò conſecratio, qua matrimonium ſpirituale inter Epiſcopum & Eccleſiam ſuam, electione inchoatum & confirmatione contractum, conſecratione tandem perficitur *a*.

a *c.1.cap.4. ext.de tranſlat.Epiſc.*

*Conſecratio intra quod tempus adhibenda.*

Quæ poſt confirmationem vltra tres menſes protrahi non debet, niſi extrema neceſſitas cogat, tempus conſecrationis prorogari *b*, vt & Concilii Tridentini decreto pleniùs continetur *c*.

b *c.quoniam diſt.75.c.1. diſt.100.*

*vide gloſſam pen. ult. ad c. ſi. electio. 26. de elect. in 6. quem commen*

*Con-*

*dat Panor. ad c. cùm in cunctis. §. cùm verò. num. 5. ext. d. fin ſeſſ. 23. cap. 2. de reform.* 23. *electio.*

### *Conſecratio à quo & qua forma explicanda.*

Conſecratur verò Epiſcopus à tribus vt minimùm, eiuſdẽ prouinciæ Epiſcopis, iuſſu Metropolitani, cæteriſque Epiſcopis abſentibus aſſenſum ſuum accommodantibus: quamuis melius foret, ſi ipſe Archiepiſcopus vnà cum Suffraganeis ſuis hoc munus conſecrationis obiret *d*. At Archiepiſcopus ab omnibus Suffraganeis ſuis conſecrandus eſt *e*. Qua autem forma hæc conſecratio peragi debeat, ſuprà recenſuimus *f*.

d *c. ſi Archiepiſcopus, cum c. ſeq. ext. de temp. ord c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. diſt.*
*c. 4. e d. c. ſi Archiepiſc. c. 6. diſt. 64 c. Metropolitanum diſt. 63. adde Hen. Boich. ad c. nec Epiſcopi. d. tit. de temporibus.*
f *§. clericis ſuprà de ordin. & grad. clericor.*

### *Poſt conſecrationem beneficia conſecrati vacare.*

Vbi meminiſſe oportet, conſecratione Epiſcopi peracta, aut elapſo termino conſecrationi præſtituto; omnia beneficia Eccleſiaſtica, ſi quæ habet Epiſcopus, ipſo iure vacare; & ab eo, ad quem ſpectant, liberè conferri poſſe *g*. Neque enim antè vacant, cùm conſecratio Epiſcopi ex cauſa reiici poſſit à ſuperiore *h*.

a *c. cùm in cuncti 7. §. cum verò, & ibi Panor. n. 3. ext. de electio. c. cum noſtris. 6. circa fin. ext. de conceſſ. presb.* h *c.*

*ſuper his 16. ext. de accuſat. iuncto c. 2. diſt. 23. & cap. 1. diſt. 75. gloſſ. ad d. § cùm verò.*

De Pallio.

Illud præter conſecrationem ſingulare eſt in Archiepiſcopo; quod huic Pallium veluti dignitatis ſuæ inſigne communicetur à ſuo Patriarcha, vel à S. Pontifice *i*. Nam ſine eo, *k* nec ea, quæ Ordinis ſunt Epiſcopalis, rectè exequitur *l*.

*i c. antiqua 23. ext. de priuil. diſt. 100. per tot. Hoſtienſ. in ſumma de auctorit. & vſu Pallij.* *k c. 3. ext. de auct. & vſu Pallij.* *l c. quod ſicut. 28. §. penult. in fin. ext. de elect.*

*Quando vtendum Pallio.*

Non tamen eo Pallio ſemper & vbique vti poterit Archiepiſcopus, ſed certis dumtaxat diebus, & in Eccleſiis Prouinciæ ſuæ *m*.

*Epiſcopo interdum Pallium concedi.*

Interdum & Epiſcopo Pallium concedi- tur; verùm id extra ordinem, ſingulari S. Pontificis beneficio *n*.

*m c. 1. c. 4. c. 5. c. 6. & c. 7 ext. d. tit. de tit. de auct. & vſu Pallij.* Recenſentur autẽ dies in gloſſa ad d. *c. 4.* *n c. cùm in iuuentute. 15. ext. de præſumptio.*

DE

# DE TRANSLATIONE EPISCOPI, ET DE RENVNCIATIONE.

## TITVLVS XV.

TAmetſi Epiſcopus Eccleſiæ ſuæ ſpirituali coniugio alligatus ſit *a:* nihilominus apud SS. Canones obtinuit, vt ſuadente neceſſitate vel vtilitate Epiſcopus ad aliam Eccleſiam tranſire, vel Epiſcopatu ſuo ſe abdicare poſſit *b:* verùm vtroque caſu, S. Pontificis auctoritate opus eſt, ad quem ſpectat huius matrimonij diſſolutio *c.*

a *c. 2. c. 3 ext. de tranſlat. Epiſc.*
b *c. mutationes 34. cum. c. ſeq. 7. q. 1. c. niſi 10. ext. de renunciat.*
c *iam dict. iuribus.*

### *De pœna in Epiſcopos tranſeuntes ſponte ſua ad alium Epiſcopatum.*

In tranſeuntem ſponte ſua hoc Reſcriptum pœnale extat Leonis Papę ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem, in hæc verba: Si quis Epiſcopus, mediocritate « ciuitatis ſuæ deſpecta, adminiſtrationem « celebrioris loci ambierit, & ad maiorem « plebem ſe quacunque ratione tranſtulerit: « non ſolùm à cathedra quidem pellatur a- « liena, ſed carebit & propria; vt nec illis præ- « ſideat, quos per auaritiam concupiuit; nec « illis, quos per ſuperbiam ſpreuit *d.* Qui Re- ſcripti

d *c. x. eſt*

ſcripti pœna animaduerſum eſt ab Innocentio II. in Epiſcopum Heldeſimenſem *c*. Adeóque alieni Epiſcopatus affectatio odioſa eſt SS. Canonibus, vt ne quidem Archiepiſcopus auctoritate Patriarchæ, ne dicam priuata, ad inferiorem Epiſcopatum poſſit deſcendere *f* α.

*in c. ſi quis Epiſcopus. 7. q. 1.*
c *teſtatur tex. in c. 3. ext. de tranſlat. Epiſc.*
f *c. 1. ext. de tranſlat. Epiſc.*

*Epiſcopus ex quibus cauſis poſsit renunciare.*

Solet autem Epiſcopo abdicanti ſe Epiſcopatu, ex his cauſis annuere S. Pontifex: vel propter nimiam corporis imbecillitatem, vel propter conſcientiā admiſsi delicti, quod executionem officii, etiam peracta pœnitentia, impedit; vt ſunt homicidium & ſimonia: vel propter defectum ſcientiæ neceſſariæ: vel propter peruicaciam ſubditorum: vel propter graue ſcandalum: vel propter irregularitatem, veluti bigamiæ *g*: vel denique propter mortis metum imminentis *h*.

g *hæ cauſæ recenſentur & quidem latius in c. niſi 10. ext. de renunt. iunctis iis quæ ibidem DD. tradunt.*

*De Abbatibus & Clericis renunciantibus.*

In Abbatibus aliiſque Clericis, id iuris eſt; quòd nec hi dignitatibus vel beneficiis ſuis renunciare poſsint, inconſulto Epiſcopo ſuo *i*: niſi fortè aliud priuilegio, aut conſuetudine loci receptum ſit; quibus certum

h *ad ſupplicationem. 9. ext. de renunc.*

tum eſt, iuribus Epiſcopalibus derogari poſſe *k*.

*i c. Abb. pro humiliatione. 18. q. 2. c. 4. & c. fi. ext. de renunciat. iuncto c. fin. 16. q. 7. k per tex. in c. accedentib. 12. & ibi gloſſ. ext. de exceſſ. prælat. c. auditis. 15. cum olim. 18. ext. de præſcriptio.*

*Admiſſa renunciatione locus non eſt pœnitentiæ.*

Semel verò cedendi licentia impetrata à Superiore etiam per procuratorem, nullus amplius pœnitentiæ locus eſt *l*, etiamſi procuratoris mandatum medio tempore reuocatum fuerit; dummodò procurator vel is, cui ceſſio inſinuanda erat, reuocationem ignorauerint, neq; per fraudem ea ſuppreſſa fuerit *m*.

*l c. quidam 11. vbi & ratio redditur ext. de renunciat. m c. vnico. de renunc. in Clem.*

*De renunciatione Summi Pontificis.*

Cæterùm de S. Pontifice aliquando hæſitatum fuit, An is Pōtificatui ſuo renunciare poſſit? Sed obtinuit, poſſe, ex conſtitutione Cæleſtini V. *n*.

*n in c. 1. de renunciat. lib. 6.*

*Continuatio ad ſequentia.*

His itaq; præmiſſis, ad Clericorum officia, prout ſuprà promiſimus *o*, digrediamur: quorum primum & maximum eſt Epiſcoporum, qui & Ordinarij propriè vocantur.

*o de officiis cleric. in princ. iunct. §. vlt. in fi.*

## Notatio in tit. 15.

*a Licet tex. in d. c. 1. ext. de tranſl. Epiſcop. nullius pœnæ meminit; tamen ex ratione eiuſdem textus conſtat, tranſlationem fuiſſe nullius*

*momentuaut certè Summum Pontificem eam tacitè permiſiſſe, arg. c. nonne, ext. de præſumpt. & l. cum prætor. ff. de iud.*

# DE OFFICIO ET POTESTATE ORDINARII.

## TITVLVS XVI.

*Ordinarius quis hic intelligatur, & quod ipſius officium?*

ORdinarium intelligimus, Epiſcopum, cuius Officium latiſſimè patet: nam præter ea, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis; puta, ordinare clericos, conſecrare eccleſias & altaria, & id genus alia *a*; etiam iuriſdictionem Eccleſiaſticam in omnes Diœceſis ſuæ ſubditos exercet, atque adeò in ipſos Principes ſeculares *b*. Proinde iure ſuo eccleſias & monaſteria Diœceſis ſuæ viſitat, corrigit, reformat *c*, beneficia eccleſiaſtica confert *d*; item vnit & diuidit, vbi euidens neceſſitas vel vtilitas Eccleſię poſtulat *e*. Sed & in adulteros alioſque facinoroſos inquirit & animaduertit, iuxta preſcripta Canonum, implorato etiam, ſi opus ſit, publico auxilio *f*.

*a de quibus in §. ad Epiſcopum cũ §. ſeq. ſupra de offic. clericorum.*

*b c. omnes. 4. ext. de maior. & obed. c. cum Epiſcopus. 7. de officio ord. lib. 6. c. duo cum 2. cc. ſeq. diſt. 96. c. conquerente. 16. ext. de off.*

Com-

*iud. ord. in c. abbates prae. c. monaster. c. visitandi c. non ſemel. 18. q. 2. in c. omnes, cum c. ſeq. 16. q. 7. De modo & ſcopo viſitationis vide Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. de reform. & infrà, § quis autem de cenſib. d. c. conquerente. 16. ext. de off. iud. ord. d. c. omnes cum c. ſeq. 16. q. 7. adde infr. tit. de conceſſ. presb. vbi latius traditur. e c. expoſuiſti 33. ext. de presb. c. ſicut 8. ext. de exceſſ. Prælat. c. vacante. 26. ext. de presb. Vide Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 6. & 7. ſeſſ. 14. cap. 9. ſeſſ. 21. cap. 5. ſeſſ. 24. cap. 13. & 15. de reform. f c. 1. ext. de off. iud. ord.*

### *Comminatio in Prælatos negligentes.*

Hinc illa comminatio Innocentij III. in generali Concilio Lateranenſi: Irrefragabili, inquit, conſtitutione ſancimus, ut eccleſiarum Prælati ad corrigendum ſubditorum exceſſus, maximè Clericorum, & reformandos mores prudẽter ac diligenter intendant, ne ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur *g*. Nec enim poteſt eſſe Paſtoris excuſatio, ſi lupus ouem comedit, & Paſtor neſcit *h*.

*g tex. eſt in c. irrefragabili 13. ext. de off. iud. ord. Adde Conc. Trident. ſeſſ. 6. c. de reform. h c. quamuis e. dextr. reg. iur.*

### *De exceſſibus Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ.*

Exceſſus tamen, *inquit idem Innocent.* Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ, qui conſueuerunt corrigi per Capitulũ, per ipſum, in illis Eccleſiis (quæ talem hactenus conſuetudinem habuerunt) ad commonitionem vel iuſsionem Epiſcopi corrigantur infra terminum competentem ab eo præfigen-

"figendum: alioqui ex tunc Epiſcopus Deum "habens præ oculis, ipſos (vt animarum cura "requirit) per cenſuram Eccleſiaſticam cor"rigere non poſtponat i; idque iure Decretalium. Hodie enim ex conſtitutionibus Concil. Trid. Capitula Cathedralium & aliarum Eccleſiarum, illorumque perſonæ, nullis exemptionibus, conſuetudinibus, ſententiis, iuramentis obſtantibus, à ſuis Epiſcopis, & aliis maioribus Prælatis per ſeipſos ſolos, vel illis, quibus ſibi videtur, adiunctis, iuxta canonicas ſanctiones, toties quoties opus fuerit, viſitari, corrigi, & emendari, etiam auctoritate Apoſtólica, poſſunt k; ita tamen vt cùm extra viſitationem proceditur, initio cuiuslibet anni eligantur ex Capitulo duo, ex quorum conſilio & aſſenſu, Epiſcopus vel eius Vicarius, proceſſum inſtituat, & perſequatur l; prout pleniùs videre eſt iam indicatis locis.

i *text. eſt in d. c. irrefragabili. §. excessus.*

k *Conc. Trident. ſeſſ. 6. cap. 4. & ſeſſ. 14. cap. 4. de reform.*

l *idem Conc. ſeſſ. 25. c. 6. de refor.*

*Subditi ad quid* Epiſcopo *teneantur.*

Quare & ſubditorum partes erunt, Epiſcopo præſtare & exhibere Canonicam obedientiam, reuerentiam; item procurationem ratione viſitationis, cenſum Eccleſiaſticum, quartum decimationum & mortuariorum, Synodaticum ſiue Cathedraticum, moderatum auxilium m.

m *d. c. conquerẽte. iũge tit. infrà de cenſibus. vbi hæc latius traduntur.*

De

*De Archiepiſcopi poteſtate.*

Hæc omnia non minùs Archiepiſcopo competunt in ſubditos ſuæ Diœceſis, non item in ceteros Prouinciæ ſuæ ſubditos, in quos nihil iuris habet Archiepiſcopus; niſi quantum ipſi à ſacris Canonibus permiſſum eſt *n*, vt eſt, viſitare Prouinciam ſuam *o*; ſed cauſa cognita & probata in Concilio Prouinciali *p*: quo caſu & ſubditorum Suffraganeorum ſuorum confeſſiones audire, abſoluere & pœnitentiam ipſis iniungere poteſt *q*. Item appellationem à ſententia Suffraganei ſui vel Officialis eius, ipſe rectè recipit *r*. Et licet à ſententia excommunicationis à Suffraganeo lata, nulla prouocatio detur; tamen rectè ad Archiepiſcopum recurritur pro ea remittenda, ſeruata tamen iuris formas.

n *c. paſtoralis* 11. *ext. de offic. iud. ord. c. Archiepiſcopus cùm* 3. *c. c. ſeqq.* 9 *q. & c.* 1. *in verb. cùm id non inueniatur. de ſupplen. negligentia. in* 6.

o *c.* 1. *& c. fi. de cenſibus. lib.* 6. p. *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 3. *§. à Metropolit. de reform.* q. *d. c. fi. in fi.* r *c.* 3. *in princ. de appellat. lib.* 6. *c.* 2. *de conſuet. in* 6. s *in c. ad reprimendam.* 8. *ext. de off. iud. ord c. qua fronte* 25. *ext. de appellat. c. per tuas.* 40. *ex. de ſentent. excomm. Vide ſi quæ alia ſint, quæ competunt Archiepiſcopo, in gloſſa, & apud Panor. ad c. paſtoralis.* 11. *ext. de off. iud. ord. & Hoſt. in ſumma de off. ord. num.* 3.

*De poteſtate Romani Pontificis.*

Solus Románus Pontifex hac prærogatiua vtitur; vt is omnia iura Epiſcopalia, non ſolùm Romæ, ſed & vbilibet locorum in omnes Eccleſias & Chriſtianos exerceat: ſi quidem Romana Eccleſia, *vt diſertè inquit canon*

t *c. patet. c. ipſi* 9. *q.* 3. *c. qui ſe ſcit.* 2. *q.* 6 *c.* 2. *de præb. lib.* 6.

# DE OFFICIO LEGATI.

## TITVLVS XVII.

*Cur Legati introducti.*

QVia verò Summus Pontifex pro cura ſua in Chriſtianum gregem, ſingulis Eccleſiis adeſſe non poteſt, multaq; perſæpè accidunt, quæ eius iudicium & auctoritatem deſiderant; idcircò in Prouincias interdum vel Legatos ſuos mittit, vel ibidem aliis demandat legationis officium *a*.

*De triplici genere Legatorum.*

Horum itaque Legatorum triplex genus eſt: Aut enim ſunt Legati Cardinales, qui cùm de latere S. Pontificis ſumantur, vocantur *Legati de latere*; aut ſunt *Legati miſſi*, qui extra ordinem Cardinalium cõſtituuntur; aut ſunt *Legati nati*, qui legationis munus ſingulari priuilegio S. Pontificis, ſuæ dignitati annexum habeant *b*; ita dicti, quòd quaſi nati vnà cum dignitate videantur: cuiuſmodi ſunt in Anglia, Cantuarienſis *c*; in Germania, Salisburgenſis, Archiepiſcopi.

*Quæ ſpectant ad officium Legatorum.*

Itaque officium Legatorum eſt, vt in Prouin-

a *c.1. de cõſuetud. in extrauag. commun.*

b *de triplici genere horum Legatorũ eſt text. in c.1. hoc tit. in 6. & in c.9. ext. eod.*

c *c.1. ext. eod.*

Prouinciis ſibi decretis, vice S. Pontificis, noxia euellant & diſſipent, ſalutaria inducant & promoueant *d*, & Prouincialium cauſas veluti iudices ordinarii audiãt & cognoſcant *e*. Nam & ad eos à Prouincialibus rectè appellatur *f*.

*d c.2.hoc tit.in 6.d.c. 1.de conſuet. c. mandat. 6.ext.de præſumptio. e c. 1. ext. hoc tit. iuncto d. c. 2. in verb. ordinarios reputantes. f. d. c. 1. eod. & ibi explic. Panorm. vide & Hoſtienſem hic in ſumma num. 3*

*Legati in quibus à ſe inuicem diſtant.*

Inter Legatos verò hoc diſcriminis eſt: quòd Legato de latere Prouinciam ſuam ingrediente, ſuſpendatur aliorum Legatorum, ſi qui in eadem Prouincia ſunt, officiũ, donec ipſe rurſus egrediatur *g*. Item quòd Legatus de latere poſſit abſoluere quoſuis excommunicatos propter iniectionem manuum in Clericos *h*, nec non beneficia vacantia conferre, etiam ſi ſpectent ad præſentationem patroni Clerici *i*. Quæ non æquè permiſſa ſunt aliis Legatis, abſque ſpeciali mandato Summi Pontificis *k*.

*g c. volentes 8.ext.eod. h c. excommunicatos. 9.ext.eod. & ibi Panorm. c. ad eminentiam. 20.ext. de ſent. excom. i c. eod.in 6. c. dilectus 6. ext. eod. k dictis cc.*

*Exceptio in Legato de latere.*

A Prælaturis tamen Cathedralium, Regularium, & Collegiatarum Eccleſiarum; item dignitatibus Eccleſiarum Cathedraliũ maioribus, quæ per electionẽ conferũtur, abſtinere oportet Legatum etiam de latere *l*; ſicut & à tranſlatione Epiſcoporum, ab vnione & diuiſione Epiſcopatuum *m*.

*l c. penult. eod. in 6. m c. 3. c. 4. ext. eod. in c.*

Col-

*Collatio beneficij Eccleſiaſtici per legatum vel alium Ordinarium facta habenti aliud beneficium, an valeat.*

Sanè ſi Legatus Sedis Apoſtolicæ illi conferat beneficium, qui aliud obtinet beneficium, nullâ eius mentione factâ, nullius momenti eſt collatio *n*: cùm & idem obtineat in collatione S. Pontificis *o*; licet diuerſum ſit in aliis collatoribus inferioribus *p*.

n c. fi. eod. in 9. c. 2. de offic. ord. in Clem. o c. ſi motu proprio 23. de præbend. lib. 6. p d. c. 2. in Clem. vide inf. de conceſ. præb. §. illud cum ſeqq. q c. 2. ext. hoc tit. vbi & ratio redditur. r c. 5. ext. eod. vbi & ratio.

*De cauſa ſpecialiter mandata alteri, aut ad S. Pontificem remiſſa per Legatum.*

Neque poteſt Legatus cauſam ſpecialiter à S. Pontifice alteri demandatam, ad ſuam notionem trahere *q*; neque etiam de ea cognoſcere, quam remiſit ad S. Pontificem *r*.

## Notatio in Tit. 17.

*a. Niſi quòd legatis miſsis permiſſum ſit, abſoluere ſubditos in Prouincia. c. 9. & ibi latius Panorm. ext. eod. Ideoq; in text. additum eſt, Non æquè.*

DE

*Omnes actus iudiciales ſigillatim vel coniunctim demandari poſſunt.*

Non minus tamen rectè omnes actus iudiciales expreſſè demandantur, ſiue coniunctim ſiue ſigillatim *e*, adeò vt & executio rei iudicatæ *f*: licet aliud innuere videatur Iuſtiniani conſtitutio g.

e c. 7. de off. ord. in 6. c. 4. hoc tit. in 6. c. ſuper quæſt. 27. c. paſtoral. 28. §. 1. cùm te. 18. ext. eod. f d. c. paſtoralis. §. quia verò. c. 5. ext. de ſent. & re iud. l. 6. l. 8. C. de execut. rei iud. g Nouell. 60. vt defuncti ſeu funer. §. illud. Auth. adhæc. C. de iud. cuius mentio fit in d. c. ſuper quæſt. §. intentionis.

*An quæ meri Imperij ſunt, delegari poßint?*

Hinc quæſitum eſt, An ea, quæ meri Imperij ſunt, hoc eſt, quæ concernunt publicorum iudiciorum cognitionem vel coërcitionem *h*, poſſint alteri delegari? Si ius Ciuile conſulamus, negandum quidem videretur *i*: at aliud iure Canonico receptum eſt, quo permittitur Epiſcopis aliiſque Prælatis & Clericis, iuriſdictionem temporalem habentibus, mandare laico criminũ cognitionem & coërcitionem, ne ſi per ſe exerceant, irregularitatis notam incurrant *k*. β

h l. 1. ff. de off. eius & l. ſolet. 6. ff. de offic. procons.

i per tex. in l. 1. de off. eius in §. illud. Nouel. 128. de collatorib.

k c. ſi. ne clerici vel monachi lib. 6.

*Vna vel etiam plures res, vni vel pluribus rectè delegantur.*

Prætereà non tantùm vna, ſed & plures ſimul cauſæ, imò & vniuerſitas cauſarum, id eſt, omnis iuriſdictio à iudice Ordinario rectè demandatur vni vel pluribus *l*.

l paßim toto h. tit. noſtro. ext. & in 6. & l. ſolet. 16. Dig. de iuriſd. om. iud. c. cum Epiſcopus c. de offic. ord. in 6.

De

*De variis formulis delegationis.*

Ita tamen vt in pluribus delegatis, diligens formulæ delegationis habeatur ratio: ſi enim tribus v. g. ſimpliciter delegatio facta ſit, omnes conuenire neceſſe eſt; ac proinde ſi vnus eorum rebus humanis exemptus, aut aliter abſens fuerit; reliqui in eadem cauſa procedere non poterunt *m*; ſin adiecta hac clauſula; *Quòd ſi omnes intereſſe non poſſint, alij nihilominus in cauſa procedant:* duo præſentes ita demùm procedent, ſi de impedimento tertij per certum nuncium, aut aliter legitimè conſtiterit; neq; intererit, hoc impedimentum iuris, an facti ſit: iuris, vt quia tertius ille vel ſeruus, vel infamis, vel excommunicatus eſt, vel aliter à iure prohibitus: Facti; puta, quia mortuus, infirmus, aut alia neceſsitate præpeditus cauſæ adeſſe non poteſt *n*. Quod & eò productum eſt, vt etiam is, qui non vult intereſſe, cùm aliàs poſsit, eadem clauſula contineatur; quod attinet ad cõſolidandam aliorum iuriſdictionem *o*. Vbi verò formula delegationis hoc modo concepta eſt: *vt omnes, aut duo, vel vnus eorum procedat.* cuius delatorum poteſtas facta intelligitur in ſolidum, ita vt inter eos præuentioni locus ſit; neque alii vlteriùs cœptæ ab alio cauſæ ſe immiſcere poſsint: niſi is, qui præuenit, infirmitate aut alia iuſta ex cauſa impediatur, aut nollet eam proſequi *p*.

*m c. cauſam matrimonij 16. ext. tribus. Digeſtis de re iudic.*

*n c. prudentiam 21. circa princ. ext. eod. iuncto c. ſuſcitatus. 13 de reſcript. l. cum prætor. 12. §. non autem. Digeſtis de iudic. vide & Hoſtienſ. in ſumma huius tit. noſtri. §. 3. d. c. prudentiam. §. adiicimus.*

*o c. cum plures 8. eod. tit. lib. 6.*

*Diſſe-*

*Differentia inter Delegatos à Summo Pontifice, & ab alio Ordinario.*

Illud diſcriminis eſt inter Delegatos à S. Pontifice, & ab alio Ordinario iudice: quòd illi ſubdelegare poſſint ſiue extraneo, ſiue adiuncto ſibi Delegato: cùm hanc poteſtatem à iure habeant *q*; Delegati verò ab alio Ordinario non item *r*, niſi cui vniuerſa iuriſdictio mandata eſt. Qua ſpecie & hic ſubdelegare poterit *s*.

q c. paſtoralis. 28. ext. eod. l. à iudice 5. C. de iudic. r l. mandatum. 5. Dig. de off. eius. l. more. 5. cum l. ſeq. Dig. de iuriſ. om. iudic. s l. cum prætor. 12. §. is quoque. Dig. de ind. l. 1. §. 1. Dig. quis & à quo appell. adde gloſſ. & Bart. ad d. l. more

*Delegati à S. Pontifice, quibus caſibus ſubdelegare non poſſunt.*

Sed quid, ſi Delegato Sedis Apoſtolicæ mandatũ ſit, vt perſonaliter ipſe negotium exequatur? Adhuc ſubdelegationi locus erit, dummodò partes conſentiant: præterquam ſi inquiſitionem fieri, vel Eccleſiis de Prælatis, vel aliis miniſtris prouideri, mandatum ſit; cùm in his omnibus caſibus, induſtria & fides perſonæ ſpectata & electa videatur *t*. Idem eſt, ſi mandatum ſit nudum miniſterium: puta, vt excommunicet, abſoluat, diſpenſet, aut ſimile quid: ſalua tamen hac in re Legatorum Sedis Apoſtolicæ authoritate *u*. Res quoque grauiores, quæ magis præſentiam Delegati deſiderant, per Subdelegatum ſolum explicari non poſſunt *x*.

t c. fi. §. 1. ext. hoc tit. c. is cui. 12. eod. in 6. u d. c. fi. §. fi.

x cap. 3. ext. eodem. Vide Decium ib.

*Altera differentia Delegatorum S. Pontificis & aliorum.*

Alterum diſcrimen eſt, quod Delegati S. Pontificis poſſint ſententiam ſuam exequi intra annum y; vel etiam ordinario iudici eam exequendam demandare; qui & cogetur eam exequi, licèt ſciat iniuſtam eſſe; niſi efficere poſſit apud Delegatum, vt hoc onere liberetur z. Secùs eſt in Delegatis ab Ordinario, quorum officium cùm lata ſententia exſpiret, executio in ipſum Ordinarium rejicitur a.

*Tertia differentia Delegatorum.*

Tertium diſcrimen eſt; quod etſi ab Epiſcopo, Clericus etiam ſimplex, iudex dari poſſit b, modò hic vigeſimum annum peregerit c, & nullo alio iure prohibeatur d; aliud tamen eſt in S. Pontifice & Legato Sedis Apoſtolicæ, qui non aliis ex præſcripto iuris cauſas delegant, quàm Clericis in dignitate vel perſonatu conſtitutis, vel Eccleſiarum Cathedralium Canonicis e, vel Prioribus Conuentualibus, vel Epiſcoporum Officialibus principalibus, non foraneis f, prout Bonifaciana conſtitutione latiùs continetur g. Cui tamen, ne fraus fiat propter malitioſam petentium ſuggeſtionem, aut error committatur ob locorum interuallum; prudenter additum eſt ex decreto

y c. quærenti 26. ext. eod.
z c. paſtoralis 28. §. quia verò. extra. eod.
a l. à Diuo Pio 15. in princ. Dig. de re iud. c. 4. & ibi latius DD. ext. de foro comp.
b c. cum Epiſcopus 7. de offic. ord. in 6. gloſſ. ad c. ſtatutum. in verb. Sedis Apoſtolicæ. de reſcrip. in 6.
c c. cum vigeſimum. 51. ext. hoc tit. ibi lat.
d de quo ſuprà eod. in §. ita vt in.
e c. ſtatutum. 11. de reſcri. in 6.
f c. 2. de reſcrip. in Clement.
g in d. c. ſtatutum.

creto Concilii Tridentini; vt in ſingulis Synodis Prouincialibus aut Diœceſanis, quatuor perſonæ, aut etiam plures conformes eidem conſtitutioni Bonifacianæ, & alioquin ad id idoneæ, deſignentur, quibus præter Ordinarios locorum, cauſæ Eccleſiaſticæ ac ſpirituales, & ad forum Eccleſiaſticum pertinentes, à Sede Apoſtolica, & eius Legato demandari poſſint: ita vt ſi aliquem ex deſignatis interim mori contigerit, Ordinarius loci cum conſilio Capituli in demortui locum alium ſubſtituat, vſque ad futuram Prouincialem, aut Diœceſanam Synodum. Quâ deſignatione factâ (quæ ſtatim ab Epiſcopo tranſmittenda eſt ad S. Pontificem) aliorum iudicum delegationes, ſi quæ factæ fuerint, vti ſubreptitiæ cenſebuntur *h*.

*Delegatorum iuriſdictio quibus modis expiret.*

Exſpirat verò Delegatorum iuriſdictio variis modis; Aut ſententia lata ſiue finito negotio *i*: aut re integra morte delegantis *k*, vel delegati *l*: niſi ſub nomine dignitatis delegatio facta ſit *m*: aut reuocatione mandati *n*, aut elapſo termino ad decidendā cauſam præſtituto; niſi hic terminus conſenſu partium prorogatus fuerit *o*. Item reuocatur, per poſteriorem delegationem ab aduer-

h Cōc. *Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 10. *de refor-*

i *c. in literis* 9. *c. venerabili.* 37. *ext. h. titul. l. index* 55. *Dig. de re iudic. iuncto* §. *alterum ſup. eod.* vbi dixerimeobſcruaquoad executionem inter delegatos S. Pontifi is & aliorum.

 ſario

ſario impetratam; facta tamen mentione prioris delegationis *p*.

k *c. gratum* 20. *c. licet* 30. *ext. eod. l. & quia* 6. *Digeſtis de iuriſdict. om. iud.* l *c. vno* 42. *ext. eod.* m *c. quoniam Abbas.* 14. *& ibi latius* DD. *ext. eodem.* n *l. iudicium ſoluitur. Digeſtis de iudic.* o *c.* 4. *ext. hoc tit. noſtro.* p *c. caterùm.* 3. *ext. de reſcript. Vide latius gloſſ. & DD. ad c. in literis.*

*De Delegatis à iure conſtitutis.*

Atque hęc de Delegatis ab homine (vt ita loquar) conſtitutis. Sunt enim & Delegati iuris, hoc eſt, qui à iure delegatam iuriſdictionem habent, ſicut Epiſcopi pluribus caſibus reſeruatis alioqui Sedi Apoſtolicæ, præſertim in Eccleſias & monaſteria exempta, eorumq́; perſonas: quibus ipſi auctoritate Canonum, tanquam Delegati Sedis Apoſtolicæ nonnunquam procedunt, abſque vllo alio mandato: vt multis locis videre eſt in Decretalibus, & in Decretis Concilij Tridentini *q*.

q *Vide text. in c. irrefragabili.* 13. §. *caterum. ext. de. off. iud. ord. c. ad abolendam* 9. *in fi. ext. de hæret. c. vnico. de clerico ægrot. in* 6. *& Concil. Trid. pluribus locis Seſſ.* 5. *c.* 2. *de reformat. Seſſ.* 6. *c.* 2. *&* 3. *de reformat. Seſſ.* 4. *c.* 4. *de reforma. Seſſ.* 21. *c.* 6. *&* 8. *de reformat. Seſſ.* 22. *in decreto obſeruandis & euitandis in celeb. & c.* 8. *de reformat. Seſſ.* 24. *c.* 9. 10 *c.* 11. *&* 14. *de reformat. Seſſ.* 25. *cap.* 5. 8. *&* 9. *de regularibus tum alibi.*

## Notatio in Tit. 18.

*a.* De *Iuſtiniani conſtitutione, in* §. *illud. Nouell.* 60. *vt defuncti ſeu funera, & in Auth. ad*

hac

*hac C. de iud. variè ſentiunt interpretes, ſicut videre eſt apud Salicetum ad d. authent. Sed placet Bartholo & Iaſoni ibidem Vltramontanorum ſententia; quòd dicti textus non de Delegato loquantur, ſed de Aſſeſſoribus, vt per hos quidem proceſſus cauſæ expediri poßit; verùm non omnino abſque iudice: cùm coram eo lis conteſtanda, audienda cauſa non ſolum in medio, ſed & in fine omnia, quæ in iudicio agitata ſuerunt. Denique ab eodem ſententia ferenda, & appellatio recipienda ſit. Atque hæc interpretatio, quæ verior videtur, arridet quoque Panormitano, ad c. ſuper quæſtionum. num. 16. ext. de off. & poteſt. iud. deleg.*

*β. In his enim duobus, in cognitione, ſcilicet, & coërcitione criminum publicorum, conſiſtit merum imperium, l. 1. Dig. de offic. eius. & l. ſolet. 6. ff. de off. Proconſ. Nam quòd attinet ad l. 3. ff. de juriſdict. om. jud. ibi non tam definitur merum imperium, quàm allato exemplo declaratur: licèt ſint qui aliter ſentiant.*

# DE OFFICIO ARCHIDIACONI

## TITVLVS XIX.

ARchidiaconus, Latinè Princeps Diaconorùm dicitur. His etenim imperat; nec non Archipresbyteris, Presbyte-

 ris,

ris,aliiſque Clericis, quorum Eccleſiarum curam & ipſe agit, eaque, quæ corrigenda ſunt, corrigit, niſi maioris ſint momenti, vt ad Epiſcopum referri debeant. Item examinat promouendos ad ſacros Ordines & ad beneficia, quos & corporaliter inſtituit *a*; vt hinc meritò oculus Epiſcopi appelletur *b*.

a *c. adhæc. & paſsim. ext. h. titul. c. 1. §. Archidiaconus & §. Archipresbyter. diſt. 25. cap. Diaconi diſtinct. 93.* b *d. c. adhæc. verſ. item in epiſtola. & Concil. Trident. Seſſ. 23. capitul. 12. de reformation. & vbi quales eligi debeant. Quatenus autem viſitent, vide infra titul. de cenſibus. §. vlt.*

# DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

## TITVLVS XX.

Archipresbyter, id eſt, Princeps ſiue primus Presbyterorum, à pleriſque Decanus appellatur *a*; hic ex decreto Concilii Toletani ſuper omnes Presbyteros in ordine Presbyterali poſitos, curam agit animarum: huius eſt aſſiduè in Eccleſia ſtare, & in Epiſcopi ſui abſentia ad vicem eius Miſſarum ſolemnia celebrare, & collectam dicere, aut cui ipſe iniunxerit *b*. quæ explicatiùs recenſentur *in cap. 2. & c. 3. ext. eod.*

a *c. adhæc §. Archipresbyteri. ext. de officio Archidiacon.* b *c. 2. ext. de officio Archipresbyter.*

*Archipresbyterorum duplex genus, & de Officio vtriuſque.*

Quæ quidem propria ſunt Archipresbyteri Vrbani, id eſt, in vrbe conſtituti. De Rurali verò, ſiue ruri conſtituto, ita Synodus Rauennatenſis; Vt ſingulæ, *inquit*, plebes « Archipresbyterum habeant propter aſſiduam erga populum Dei curam, qui non « ſolùm imperiti vulgi ſolicitudinem gerat; « verùm etiam Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam iugi circumſpe- « ctione cuſtodiat, & qua vnuſquiſque indu- « ſtria diuinum opus exerceat, Epiſcopo ſuo « renunciet *c*.

c *tex. in c. fi. ext. eod.*

# DE OFFICIO PRIMICERII, SACRISTÆ ET CVSTODIS.

## TITVLVS XXI.

*Quæ ſpectant ad officium Primicerij.*

AD Primicerij [qui & Cantor ſiue Præcentor dicitur *a*,] curam pertinet; vt in docendo præſit Diaconis & aliis Eccleſiæ miniſtris, lectioneſque diſtribuat Diaconis ad nocturna clericorum officia *b*.

a *Hoſtienſ. in ſumma huius titul.*
b *ex c. vnico ext. de offic. Primicerij, vbi & latius.*

*Quæ ad Sacriſtam.*

Sacriſtę [ qui & Theſaurarius dicitur ] incumbit cuſtodia ſacrorum vaſorum, veſtimentorum Eccleſiaſticorum, ſiue totius theſauri Eccleſiaſtici, nec non eorum, quæ ad luminaria pertinent *c*.

*c text. eſt in c. 1. ext. de offic. Sacriſtæ.*

*Quæ ad Cuſtodem.*

AdCuſtodem verò reliquarum rerum Eccleſię cura ſpectat: ſpeciatim verò, vt Archidiaconi iuſſu ad Canonicas horas ſigna tintinnabulorum det, item pallia & lintcamina altaris ſeu cuncta vtenſilia Eccleſiæ indeſinenter cuſtodiat, lampades & laternam accendendo ſeu extinguendo peruigil exiſtat *d*: nec non panem & vinum omni tempore præparatum ad Miſſam habeat *e*.

*d text. eſt in c. 1. ext. de offic. cuſtod.*
*e c. 2. ext. eod.*

*Clauſula ad hunc & duos præcedentes Titulos.*

Hic tamen meminiſſe oportet ea, quæ de officiis Archidiaconi, Archipresbyteri, aliorumque diximus, & ſi quæ ſimilia ſunt; in quibuſdam Eccleſiis aliter quandoque obſeruari: quod minimè abſurdum videri debet, cùm locorum conſuetudines, vbi rationabiles ſunt, iuri ſcripto derogare poſſunt *f*.

*f c. dilecti. 4. ext. de arbitris c. 2. ext. de conſuet. d. l. fi. C. de emancipatio. ad. de quæ diximus de conſuetudin. ſuper tit. de iuris non ſcripti partibus.*

DE

# DE OFFICIO VICARII.

## TITVLVS XXII.

*Vicarius quis dicatur?*

VIcarius is dicitur, qui vicem alterius gerit; qualis quidem eſt & Archidiaconus, aliique, de quibus proximè egimus *a*; ſed cùm hi nomen proprium & adminiſtrationem ex Canonum præſcripto habeant, non ſolent appellari Vicarij: non enim eos ſolos Vicarios intelligimus, qui ab Epiſcopo, vel eius auctoritate ab alio conſtituuntur, & recepto loquendi more, ſimpliciter Vicarij nominantur *b*.

*De triplici genere Vicariorum.*

Atque horum quidam in Spiritualibus, id eſt, ad obeunda Spiritualia *c*; quidam in temporalibus; quidam in vtriſq; ſimul, conſtituuntur *d*.

*De Vicariis in Spiritualibus.*

Vicarij in Spiritualibus rurſus, aut deſtinantur ad diuina miniſteria peragenda, aut ad exercendam iuriſdictionem rerum ſpiritualium.

a *per tex. in c. 1. ext. de off. Archipresb.*

b *de quibus agitur ext. & in 6. de off. Vicarij, & in c. vnico. in Clement. eod.*

c *Spiritualium Vicariorum mentio fit in c. 3. verſ. Epiſcopo autem. de temp. ord. in 6. in 4. c. ext. de offic. iud. ord.*

b *cap. 2. c. 3. hoc tit. in 6. c. 3. de prebend. in 6.*

*De Vicariis ad diuina miniſteria.*

Etenim receptum eſt apud ſacros Canones; vt is, qui parochialem Eccleſiam ſuo beneficio annexam habet, ſubſtituere ſibi poſſit & debeat Vicarium idoneum & perpetuum; idque auctoritate Epiſcopi *e*. Idem conſtitutum eſt in Cathedralibus, Collegiatis, aliiſque Eccleſiis & piis locis quibuſcunque, quæ beneficia Eccleſiaſtica curata ſibi perpetuò vnita & annexa habent *f*. Quin & in ipſis parochis, aliiſque curatum beneficium habentibus obtentum eſt; vt & hi, vbi & quouſque cognita & probata cauſa per Epiſcopum abfuturi ſint, Vicarium temporalem conſtituere poſſint, ab ipſo Ordinario approbandum *g*: aut certè Ordinarius ipſe conſtituet *h*; ita vt prædictis caſibus merces aut ſuſtentatio congrua Vicario aſſignetur *i*.

*e* *c. exſtirpanda. 30. §. quia verò. ext. de præbend. c. ad hæc 3. ext. hoc tit. iuncto cap. cum ſatis. ext. de off. Archid.*

*f* *vt videre eſt in Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 7. de reformat. & ſeſſ. 15. cap. 16. de reformat.*

*g* *Cōc. Trid. ſeſſ. 23. c. 1. Parà. eadem exeod. 24. §. omnino, de reform.* *h* *c. peruenit 28. ext. de appellat.* *c. cum porro de elect. in 6.* *i* *prout habent præd. iura.*

*De Vicariis quoad iuriſdictionem rerum ſpiritualium & temporalium.*

Quæ autem concernunt iuriſdictionem rerum ſpiritualium; veluti ſunt, inquirere, punire, corrigere exceſſus ſubditorum, conferre beneficia & officia Eccleſiaſtica vel adimere, aliaque huiuſmodi, ea ab Epiſcopo rectè alteri committuntur, ſed ſpeciali mandato *k*. Quem licet vocare Vicarium in ſpiritua-

*k* *c. 2. & c. 3. in fi. hoc. tit. in 6.*

ritualibus. At quæ temporalis iuriſdictionis ſunt, id eſt, fori contentioſi, vt ſunt cauſæ matrimoniales, beneficiales, decimales, & id genus aliæ, etiam generaliter ab Epiſcopo alteri rectè demandantur *l*, vt tamen vtroque caſu cui mandatur iuriſdictio, Eccleſiaſticus ſit *m*. Quem Vicarium diſtincto nomine licet appellare Officialem; qui etſi mandata ſibi ab Epiſcopo iuriſdictione vtatur, tamen vbi cauſam cognoſcit, fingitur eadem cum Epiſcopo perſona; idem vtriuſque adiutorium *n*. Nec enim ab Officiali ad Epiſcopum, ſed ad Archiepiſcopum appellatur *o*; quamuis ab Archidiacono aliiſque Prælatis inferioribus rectè prouocetur Epiſcopus, non Archiepiſcopus: niſi aliud conſuetudine loci receptum eſſet *p*. *x*. Vbi autem Vicarius rerum ſpiritualium & temporalium iuriſdictionem ſimul habeat ex mandato Epiſcopi, hic meritò generalis Vicarius dicitur *q*.

l *d.c.2. ſ. cũ Epiſcopus. 7. ibi. per ſe vel per aliũ de offic. ord. in 6.*

m *c. 2. ext. de Iudiciis*

n *cap. 2. de conſuetud. in 6.*

o *d.c.2. de conſuetud.*

p *c. Rom. §, ab Archidiaconis, de appel. lib. 6. cum l. ſeq.*

q nihil enim prohibet talem conſtitui *ex l. ſolet. 16. Digeſtis de iuriſdict. omn. ind.*

## Notatio in Tit. 22.

*Hæc accipienda ſunt de Officiali principali, hoc eſt, qui conſtitutus eſt ab Epiſcopo in curia ſua per commiſſionem officij generaliter factam; non verò de Officiali, qui in certa parte Diœceſeos quandoque conſtituitur,*

*qui*

*qui idcirco foraneus, id eſt, extraneus appellatur; qui cùm non habeat idem, ſed diuerſum ab Epiſcopo conſiſtorium, rectè ab eo ad Epiſcopi conſiſtorium prouocatio fit, cap 2. & ibi gloſſ. & Panormit. de reſcriptis, in Clement.*

# DE OFFICIO COADIVTORIS.

## TITVLVS XXIII.

COadiutor is dicitur, qui alteri in ſubſidium adiungitur explendi officii cauſa: iſque interdum Epiſcopo datur, interdum aliis Clericis.

### *Quibus ex cauſis, & qua forma Epiſcopo & aliis Superioribus Coadiutor datur.*

Epiſcopo ex his cauſis, & hac forma Coadiutor datur, ex conſtitutione Bonifacii VIII. quam hîc integram adſcribam. „Paſtoralis, *inquit*, officii debitum exequentes, „declaramus atque ſtatuimus, Coadiutorum „Epiſcoporum & Superiorum Prælatorum „dationem intelligendam eſſe de cauſis ma„ioribus, & referendam ad Sedem Apo„ſtolicam, ac ab ea [ conſuetudine non ob„ſtante contraria] tantummodò poſtulandam.

Verùm

Verùm ne hoc prætextu Eccleſiæ [exiſtentes "
præcipuè in remotis ] diſpendia patiantur: "
nos earum in hac parte indemnitatibus præ- "
cauere volentes, hac generali conſtitutione "
ſancimus; vt Epiſcopus ſenio aut valetudine "
corporali grauatus, vel etiam aliàs adeò im- "
peditus perpetuò, vt officium ſuum nequeat "
exercere; poſſit de ſui conſilio & aſſenſu "
Capituli, vel maioris partis ipſius, vnum "
vel duos auctoritate Apoſtolica Coadiuto- "
res aſſumere ad dictum officium exequen- "
dum. Si verò Epiſcopus demens fuerit, & "
quid velit aut nolit exprimere neſciat, vel "
non poſſit; tunc eius Capitulum, vel duæ "
ipſius partes, eadem auctoritate vnum vel "
duos Coadiutores aſſumat idoneos, qui "
eius officium exequantur. Si autem Epiſco- "
pus ſenio aut incurabili morbo grauatus, "
vel perpetuo impedimento detentus, ad ſui "
executionem officij reddatur inutilis, & "
Coadiutorem aſſumere vel habere nolue- "
rit, licèt à Capitulo requiſitus, proprio ſe il- "
lius non indigere ſuffragio forſitan aſſeren- "
do, tunc nihil per Capitulum innouetur, "
ſed hoc caſu & etiam proximo, idem Ca- "
pitulum Epiſcopi & Eccleſiæ ſuæ condi- "
tionem & ſtatum ac facti circumſtan- "
tias vniuerſas, quàm citò poterit, expli- "
citè referat ad notitiam dictæ Sedis, re- "
cepturi humiliter & efficaciter impleturi, "
quod "

quod ſuper hoc per Sedem ipſam contigerit ordinari. Præſenti quoque adijcimus ſanctioni, vt Coadiutores huiuſmodi de prouentibus Prælatorum, in quorum aſſumentur auxilium, ſumptus recipiant moderatos, ab alienatione qualibet de bonis Eccleſiaſticis Prælatorum ipſorum vel Eccleſiarum ſuarum quomolibet facienda penitus abſtinentes, rationem non ſolùm in diſtricto examine, ſed & Prælatis iiſdem [ ſi ſanæ mentis extiterint ] ac Capitulis eorundem ſeu etiam ipſorum Prælatorum ſucceſſoribus (ſi hoc anteà non fecerint) plenariam reddituri. Cæterùm quod de Epiſcopis præmittitur, ad ſuperiores etiam Prælatos eſſe volumus & intelligimus referendum *a*.

### *De Coadiutore inferiorum Clericorum.*

Aliis verò inferiorbus Clericis Coadiutor adiungitur, vbi & hi morbo impediti, muneri ſuo ſupereſſe non poſſunt: vt in Rectore Eccleſię lepra, & in Archidiacono paralyſi laborantibus à SS. Pontificibus reſcriptum eſt *b*. Nec enim morbo implicitos mouerì loco conuenit *c*, ne afflictis (quod dici ſolet) addatur afflictio *d*.

a *text. in c. vnico de clerico ægrot. lib. 6.*

b *in c. 3. & in c. fi. ext. de clerico ægrot. vide panormitius ad d. c. fin.*

c *c. Pont. 7.*

d *1. d. c. ex part. 5. extr. de cleric. ægrot. c. cum percuſſ. 7. q. l. 1. diuus. ff. de offic. præſid.*

### *De Coadiutore cum futura ſucceſſione.*

Nullus verò Coadiutor cuiuſcunque generis, cum futura ſucceſſione dari poteſt

reſt

teſt *e*; ne inducatur votum captandæ mortis alienæ, contra iuris vtriuſque regulas *f*; præterquam, ſi Eccleſiæ Cathedralis ſiue Monaſterii vrgens neceſſitas, aut euidens vtilitas poſtulauerit, Prælato dari Coadiutorem; qui tamen non aliter cum futura ſucceſſione dabitur, quàm cauſa prius à Summo Pontifice diligenter cognita, & cõcurrentibus in illo qualitatibus, quæ à iure & decretis Concilij Tridentini, in Epiſcopo & Prælato requiruntur; alioqui conceſsio Coadiutoris ſurreptitia cenſebitur *g*.

e Cõc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. de reform.
f cap 2. ext. de conceſſ. preb. in l. ſi. C. de pac.
g Cõc. Trid. d. c. 7.

# DE OFFICIO CAPITVLI, SEDE VACANTE, ET DE ADMINISTRATORE & Oeconomo.

## TITVLVS XXIV.

*Mortuo vel capto Epiſcopo ſuccedit interea Capitulum.*

QVia verò Epiſcopo ab hac luce ſubtracto, non ſtatim illi alius ſufficitur; idcircò, ne mora hæc damnoſa ſit Eccleſiæ vacanti, conſtitutum eſt à SS. Canonibus, vti intereà adminiſtratio tam ſpiritualium quàm temporalium rerum, penes Capitulum

lum ſit eiuſdem Eccleſiæ *a*. Idem obtinet, vbi Epiſcopus à Paganis vel Schiſmaticis captus & nondum Eccleſiæ ſuæ reſtitutus eſt: niſi hac de re conſultus S. Pontifex aliter cenſuerit *b*.

a c. 3. de ſupp. negl. prælat. in 6. ibi, ac ſi ſedes per mortem. c. cum olim. 14. ext. de maior. & obed. c. l. d. titul. in 6.

*In qua non ſuccedat Capitulum.*

Hinc tamen excipiuntur beneficia Eccleſiaſtica, quæ ad Epiſcopi collationem pertinent: nam hæc ſucceſſori Epiſcopo reſeruantur ab eodem conferenda *c*. Item quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis; puta, ordinare Clericos, conſecrare Eccleſias, & ſimilia; quæ neque per Capitulum, ſed per vicinos Epiſcopos expleri debent *d*. Cæterùm an Capitulum Sede vacante dimiſſorias dare poſſit, alibi retulimus *e*.

b d. c. 3. c. is cui 42. de elect. in 6.

c cap. 2. ext. Ne ſede vacante. c. fin. in fi. de ſup. negl. in 6.

*iuncto c. vnico, Ne ſede vacante in 6.* d *c. is cui 42. in fi. de elect. in 6. gloſſ. ad d. c. 3. in verbo, ſpiritualibus iuncto. c. 4. diſtinct. 68. Vide quæ de adminiſtratione fuſius tradunt Panorm. & alij ad c. cum olim. ext. de maior. & obed.* e *in §. vbi tamen ſupra. Qui ordin. Eccleſiaſtic. conferant.*

*De Adminiſtratore Eccleſiæ Cathedrali conſtituendo.*

Porrò, ſi Capitulum in hac adminiſtratione perperam aut negligenter ſe gesserit: tunc Archiepiſcopo poteſtas fit, vocato ad ſe Capitulo, cauſęque cognitione adhibita, Viſitatorem ſiue Adminiſtratorem, vacanti præficere Eccleſiæ *f*. Qui certè caſus ſingu-

f c. fi. iuncto c. 3. de ſupp.

ſingularis eſt: cùm aliàs Eccleſiæ Cathedrali vacanti Viſitator ſiue Adminiſtrator ab alio quàm à Romano Pontifice conſtitui non poſſit g.

*negl. præl. in 6.*
g *c. ſi. d. tit. eu 6.*

*De OEconomo, Officiali ſeu Vicario, & Adminiſtratoribus, Sede vacante; Concilio Tridentino.*

Cæterùm Concilium Tridentinum hac in re ita cenſuit: Capitulum, *inquit*, Sede vacante, vbi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, OEconomum vnum vel plures fideles & diligentes decernat, qui rerum Eccleſiaſticarum & prouentuum curam gerant, quorum rationem ei, ad quem pertinebit, ſint reddituri. Item, Officialem ſeu Vicarium infra octo dies poſt mortem Epiſcopi conſtituere vel exiſtentem confirmare omnino teneatur, qui ſaltem in iure Canonico ſit Doctor vel Licentiatus, vel aliâs, quantùm fieri potuerit, idoneus: ſi ſecus factum fuerit, ad Metropolitanum deputatio huiuſmodi deuoluatur; & ſi Eccleſia ipſa Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulumque, vt præfertur, negligens fuerit, tunc antiquior Epiſcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Epiſcopus in exempta, OEconomum & Vicarium idoneos poſſit conſtituere. Epiſcopus verò ad eandem Eccleſiam vacantem promotus ex ijs, quæ ad eum ſpectant, ab

eiſdem Oeconomo, Vicario, & aliis quibuſcunq; Officialibus, & Adminiſtratoribus, qui Sede vacante fuerunt à Capitulo, vel ab aliis in eius locum conſtituti, etiamſi fuerint ex eodem Capitulo; rationem exigat officiorum, iuriſdictionis, adminiſtrationis aut cuiuſcunque eorum muneris, poſsitque eos punire, qui in officio ſeu adminiſtratione deliquerint, etiamſi prædicti Officiales, redditis rationibus, à Capitulo vel à deputatis ab eodem, abſolutionem aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque Epiſcopo teneatur Capitulum de ſcripturis ad Eccleſiam pertinentibus, ſi quę ad Capitulum peruenerunt, rationem reddere *h*.

h ex Conc. Trid ſeſſ. 24. cap. 16. de reform.

### *Sede vacante nihil innouandum.*

i tit. ext. ne ſede vacant.
k c. ſi ext. d tit.
l c. 4. c. 10. c. 15. extra de præſcript.
m c. 1. ext. de tit. ne ſede vacante.

Et cùm Sede vacante nihil innouari Canones iubeant *i*; ſubſequens eſt, neque iudicium *k*, neque præſcriptionem aduerſùs Eccleſiam vacantem valere *l*; neque vnitam Eccleſiam illi interim adimi poſſe *m*.

DE

# DE REGVLARIBVS ET MONACHIS.

## TITVLVS XXV.

### *Qui Regulares?*

NVnc ad tertium genus perſonarum tranſeamus: has Regulares ſuprà diximus *a*, eò quòd certæ viuendi regulæ ſingulariter, id eſt, præter communem aliorum Chriſtianorum morem adſcriptæ ſint. Sunt autem Monachi, Moniales, Canonici Regulares, Milites, Hoſpitalarii & Teutonici, Religioſi Societatis Ieſu, aliiq́ue his ſimiles, qui ſub certa & probata à Sede Apoſtolica regula, ad tria vota, paupertatis ſcilicet, caſtitatis, & obedientiæ ſe ohſtrinxerunt *b*.

### *Monachi vnde dicti?*

Ac in primis Monachi & Moniales à ſolitudine clauſtri, cui ſe addixerunt, nomen ſortiti ſunt *c*; Monachus enim Græcè, Latinè ſingularis dicitur *d*; non quòd ſeparatim extra aliorum fratrum conſortium viuat (id enim Monacho à SS. Canonibus interdictum eſt *e*) ſed quod ſemotus à vita & moribus ſecularium, ſoli Deo, quaſi mundo mortuus, vacare debea *f*.

a *tit. de iure perſonar.*

b *c. fi. ext. de relig. domib. iuncto c. vnico. eod. tit. in 6. c. cùm ad monaſt. 6. ext. de ſtatu monach.*

c *c. 1. c. 8. placuit 16. q. 1.* d *d. c. 1.*

e *c. 2. ext. de ſtat monach. c. penult. & vlt. in Clement. extr. de capell. monach. cap. 1. §. adhæc de ſtatu monach.*

f *s. qui verè iuncto d. c. placuit. 16. q. 1.*

*Monachi aut fiunt oblatione parentum, aut propria profeſſione.*

Fiunt autem Monachi, aut parentum oblatione, aut propria profeſsione g; Oblatione parentũ puta, ſi pater vel mater filium filiámve impuberem intra ſepta Monaſterij in diſciplinam regularem tradat h. Quo tamen caſu, filius vel filia adultior facta, id eſt, pubertatis annos ingreſſa, diſſentire poterit, & ad ſecularem vitam redire i. Neque enim Religionis monaſticæ profeſsio ante pubertatem emiſſa obligat, propter defectum iudicij k.

*Propria profeſſio aut eſt expreſſa, aut tacita.*

Propria profeſsione quis Monachus efficitur, vel expreſſè, vel tacitè. Expreſſè, ſi pubes Religioni nominatim ſe deuoueat in manus Abbatis vel alterius Superioris, aut factam anteà profeſsionem, expreſſè ratam habeat, etiam habitum monaſticum non aſſumendo. Non enim Monachum facit habitus, ſed profeſsio l.

*De anno probationis.*

Neque impedit, quòd profeſsionem præcedere debeat annus probationis m. Quia id obtinet, vbi nondum profeſsio emiſſa eſt; at ea emiſſa, nulla alia probatio exigitur: cùm multa fieri prohibeantur, quæ tamen facta valent n.

g c. Monachum. 20. q. 1. c. cum virum. 12. ext. de regularib.
h c. 2. d. q. 1.
i c. illud iuncto c. 10 q. 1. c. ſignificaſti 11. c. cum ſimus 14. & vtrobique Panor. ext. de regularibus.
k c. 1. de regularib. l. 6.
l c. porrectum 13. iuncto c. ad Apoſtolicam 16. & c. ex parte 22. e t. de regularib. c. 1. eod. in 6.
m d. c. ad Apoſtolicam Adde c. Conſalvus 17. q. 1. & iura ibid. in gloſ.

De

Quibus interdum annus, interdum biennium, triennīū datur ad probandū, & idcirco arbitriū ad d. c. ad Apoſtolicam. n c. ad Apoſtolicam. c. ad

interdum eſt. *Panorm. noſtram 8. c. ſtatuimus. 23. de Regularib.*

*De anno probationis Mendicantium.*

Planè in Ordinibus Mendicantium, videlicet, Minorum, Dominicanorum, & ſimilium; ſingulariter conſtitutum eſt, ne quis abſque probationis anno ad profeſsionem Ordinis admittatur. Quod ſi ſecùs factum fuerit, non tantùm admiſſus eorum Ordini non alligatur, verumetiam ipſi receptores ſuſpenſione ab aliorum receptione, aliaque grauiori Ordinis ſui pœna coërcentur o.

*o vti latius videre eſt in c. 2. & c. 3. de Regularibus lib. 6.*

*Tacita profeſſio.*

Tacita profeſsio inducitur, quando quis non verbis, ſed alio indicio mentem ſuam explicat Religionis à ſe tacitè ſuſceptæ; velluti, ſi maior quatuordecim annis Religionis habitum per annum geſtet, vbi is Nouitiis & Profeſſis communis & indiſtinctus eſt: at vbi diſtinctus eſt, ſufficit Profeſſorum habitum triduo geſtaſſe p.

*Correctio ex Concilio Tridentino.*

p *c. 1. c. 3. vbi latius de Regularib. lib. 6. c. 1. eod. in Clement. c. ad noſtram 8. ext. eod. tit.*

Verùm hodie ex pręſcripto Concilii Tridentini hoc iure vtimur, quòd profeſsio cuiuſlibet Religionis fieri non poſsit, ante expletum decimum ſextum annum & probationem annuam; nullamque antè facta obligationem inducat. Verba Concilij

„ cilij hæc ſunt: In quacunque Religione tam „ virorum quàm mulierum profeſſio non fiat „ ante decimum ſextum annum expletum; „ nec qui minore tempore, quàm per annum „ poſt ſuſceptum habitum in probatione ſte- „ terit, ad profeſsionem admittatur. Profeſ- „ ſio autem anteà facta, ſit nulla, nullamque „ inducat obligationem ad alicuius Regulæ „ vel Religionis vel Ordinis obſeruationem, „ aut alios quoſcunque effectus *q*. Nulla „ quoque renunciatio aut obligatio antea fa- „ cta, etiam cum iuramento, vel in fauorem „ cuiuſcunque cauſæ piæ, valeat: niſi cum li- „ centia Epiſcopi ſiue eius Vicarii fiat intra „ duos menſes proximos ante profeſsionem: „ ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſor- „ tiri, niſi ſecuta profeſsione: aliter verò facta, „ etiamſi cum huius fauoris expreſſa renun- „ tiatione, etiam iurata, ſit irrita & nullius ef- „ fectus *r*.

q *text. eſt in cap. 15 ſeſſ. 25. de regular. bus.*

r *text. eſt in cap. 16. eiuſdem ſeſſ. 25. de regul. 9.*

*Noua Religio nec inſtitui, nec ſuſcipi debet.*

Sed & cautum eſt in Concilio Lugdu- „ nenſi generali; ne quis nouum Ordinem „ aut Religionem inueniat, vel habitum no- „ uæ Religionis aſſumat, ſed quicunque ad „ Religionem conuerti voluerit, vnam de „ approbatis aſſumat. Similiter qui voluerit „ religioſam domum de nouo fundare, Re- „ gulam

gnlam & inſtitutionem accipiac de approbatis *s*.

*De Monacho diuerſorum Monaſteriorum.*

Quin additum eſt in eodem Lugdunenſi Concilio; ne quis in diuerſis Monaſteriis locum Monachi habere præſumat: nec vnus Abbas pluribus Monaſteriis præſideat *t*.

*De migratione Monachi ad aliud Monaſterium, & de bonis Monachorum.*

Adhæc, interdictum eſt Monacho, priuata auctoritate commigrare ab vno Monaſterio ad aliud, aut aliquid proprii ſibi vſurpare *u*, cùm vtrumque profeſsioni ſuæ aduerſetur *x*. Licet alioqui ipſi permiſſum ſit ad arctiorem Religionem tranſire; petita tamen à Prælato ſuo licentia, quamuis nō obtenta *y*. Exceptis Religioſis Ordinum Mendicantium, quibus omnis ad alium Ordinem (præterquam Carthuſienſium) tranſitus intercluſus eſt, abſque ſpeciali gratia Sedis Apoſtolicæ *z*.

*s text. eſt in c. fi. ext. de religioſ. domibus, iuncto. c. vnic. eodem tit. in 6.*

*t d. c. fin. in fi. Idem in Præfectis Monialium ſtatutum eſt à Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. de regularib.*

*u c. Ioan. 5. ext. de regularib. c. cùm ad monaſterium 6. ext. de ſtatu monach. c. non dicatis. 12. q. 1. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 2. c. 3. & c. 19. in fi. de Regularib. & ſeſſ. 14. c. 11. de reform. x d. c. cùm ad monaſt. y c. licet. 18. ext. de regularib. z c. 1. de regularib. extr. comm.*

*Abdicatio proprietatis quàm ſit propria Religioſo.*

Proprietatis verò abdicatio ita Religioſo propria eſt, vt ne quidem S. Pontifex hu-

a d. c. cùm ad monaſt.

ius gratiam facere poſſit *a*, adeoque iubetur Religioſus, qui proprium poſſediſſe ſub mortem deprehenſus eſt, extra Monaſterium, vnà cum eo quod poſſedit, in ſterquilinio humari; exemplo D. Gregorij *b*. Vt hinc prudenter ſtatutum ſit ab Innocentio III. vt ſi quid Monacho ſpecialiter deſtinetur ab alio, id non ipſe recipiat, ſed Abbati, vel Priori, vel Cellario Monaſterii conſignetur *c*. Explicatiùs verò Concil. Tridentinum: Nemini, *inquit*, Regularium tam virorum quàm mulierum, liceat bona immobilia vel mobilia, cuiuſcunq; qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis adquiſita, tanquam propria, aut etiam nomine Conuentus poſſidere vel tenere; ſed ſtatim ea ſuperiori tradantur, Conuentuiq; incorporentur. Nec deinceps liceat Superioribus bona ſtabilia alicui Regulari concedere, etiam ad vſumfructum vel vſum, adminiſtrationem aut commendam. Adminiſtratio autem bonorum Monaſteriorum ſeu Conuentuum, ad ſolos Officiales eorundem, ad nutum Superiorum amouibiles, pertineat. Mobilium verò vſum ita Superiores permittant, vt eorum ſupellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt, conueniat; nihilq; ſuperflui in ea ſit, nihil etiam quod ſit neceſſarium eis denegetur. Quòd ſi quis aliter quidquam tenere deprehenſus aut conuictus fuerit, is bien-

b d. c. cùm ad monaſt.

c in ſæpè d. c. cùm ad monaſt. verſ. vnde ſi quicquam alicui.

biennio actiua & paſsiua voce priuatus ſit; "
atque etiam iuxta ſuæ Regulæ & Ordinis "
conſtitutiones puniatur *d*.

De bonis in communi poſsidendis à Monaſterio, eiuſdem Concilii Tridentini hoc decretum extat:

*d tex. eſt Concil. Trid in c. 2. ſeſſ. 25. de regularib.*

Concedit ſancta Synodus omnibus Mo- "
naſteriis & domibus, tam virorum quàm "
mulierum & mendicantium; exceptis do- "
mibus fratrum ſancti Franciſci Capucino- "
rum, & eorum, qui Minorum de obſeruan- "
tia vocantur, etiam quibus aut ex conſtitu- "
tionibus ſuis erat prohibitum, aut ex priui- "
legio Apoſtolico non erat conceſſum; vt "
deinceps bona immobilia eis poſsidere liceat *e*.

*e d. ſeſſ. 25. de regularibus c. 3.*

*De Monialium egreſſu, & de externorum ingreſſu in Monaſterium.*

Porrò illud prætereundum non eſt; ne- "
mini Sanctimonialium licere poſt profeſ- "
ſionem exire è Monaſterio, etiam ad bre- "
ue tempus, quocunque prætextu, niſi ex ali- "
qua legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda; indultis quibuſcunq; & priuilegiis non obſtantibus *f*. Sed nec ingredi inter ſepta Monaſterii alicui licet, cuiuſcunque ſit generis, vel conditionis, ſexus, vel ætatis, ſine Epiſcopi vel Superioris licentia in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna ipſo

*f Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. de regularibus. adde & c. vnic. de ſtatu regularium in 6.*

*qui idcirco foraneus, id eſt, extraneus appellatur; qui cùm non habeat idem, ſed diuerſum ab Epiſcopo conſiſtorium, rectè ab eo ad Epiſcopi conſiſtorium prouocatio ſit, cap 2. & ibi gloſſ. & Panormit. de reſcriptis, in Clement.*

# DE OFFICIO COADIVTORIS.

## TITVLVS XXIII.

COadiutor is dicitur, qui alteri in ſubſidium adiungitur explendi officii cauſa: iſque interdum Epiſcopo datur, interdum aliis Clericis.

### *Quibus ex cauſis, & qua forma Epiſcopo & aliis Superioribus Coadiutor datur.*

Epiſcopo ex his cauſis, & hac forma Coadiutor datur, ex conſtitutione Bonifacii VIII. quam hîc integram adſcribam. „Paſtoralis, *inquit*, officii debitum exequentes, „declaramus atque ſtatuimus, Coadiutorum „Epiſcoporum & Superiorum Prælatorum „dationem intelligendam eſſe de cauſis ma„ioribus, & referendam ad Sedem Apo„ſtolicam, ac ab ea [ conſuetudine non ob„ſtante contraria] tantummodò poſtulandam.

Verùm

Verùm ne hoc prætextu Eccleſiæ [exiſtentes " præcipuè in remotis ] diſpendia patiantur: " nos earum in hac parte indemnitatibus præ- " cauere volentes, hac generali conſtitutione " ſancimus; vt Epiſcopus ſenio aut valetudine " corporali grauatus, vel etiam aliàs adeò im- " peditus perpetuò, vt officium ſuum nequeat " exercere; poſſit de ſui conſilio & aſſenſu " Capituli, vel maioris partis ipſius, vnum " vel duos auctoritate Apoſtolica Coadiuto- " res aſſumere ad dictum officium exequen- " dum. Si verò Epiſcopus demens fuerit, & " quid velit aut nolit exprimere neſciat, vel " non poſſit; tunc eius Capitulum, vel duæ " ipſius partes, eadem auctoritate vnum vel " duos Coadiutores aſſumat idoneos, qui " eius officium exequantur. Si autem Epiſco- " pus ſenio aut incurabili morbo grauatus, " vel perpetuo impedimento detentus, ad ſui " executionem officij reddatur inutilis, & " Coadiutorem aſſumere vel habere nolue- " rit, licèt à Capitulo requiſitus, proprio ſe il- " lius non indigere ſuffragio forſitan aſſeren- " do, tunc nihil per Capitulum innouetur, " ſed hoc caſu & etiam proximo, idem Ca- " pitulum Epiſcopi & Eccleſiæ ſuæ condi- " tionem & ſtatum ac facti circumſtan- " tias vniuerſas, quàm citò poterit, expli- " citè referat ad notitiam dictæ Sedis, re- " cepturi humiliter & efficaciter impleturi, " quod "

» quod ſuper hoc per Sedem ipſam contige-
» rit ordinari. Præſenti quoque adijcimus
» ſanctioni, vt Coadiutores huiuſmodi de
» prouentibus Prælatorum, in quorum aſſu-
» mentur auxilium, ſumptus recipiant mo-
» deratos, ab alienatione qualibet de bonis
» Eccleſiaſticis Prælatorum ipſorum vel Ec-
» cleſiarum ſuarum quomolibet facienda pe-
» nitus abſtinentes, rationem non ſolùm in
» diſtricto examine, ſed & Prælatis iiſdem [ ſi
» ſanæ mentis extiterint ] ac Capitulis eorun-
» dem ſeu etiam ipſorum Prælatorum ſucceſ-
» ſoribus (ſi hoc anteà non fecerint) plena-
» riam reddituri. Cæterùm quod de Epiſcopis
» præmittitur, ad ſuperiores etiam Prælatos
» eſſe volumus & intelligimus referendum *a*.

*a text. in c. vnico de clerico ægrot. lib. 6.*

*De Coadiutore inferiorum Clericorum.*

Aliis verò inferiorbus Clericis Coadiutor adiungitur, vbi & hi morbo impediti, muneri ſuo ſupereſſe non poſſunt: vt in Rectore Eccleſię lepra, & in Archidiacono paralyſi laborantibus à SS. Pontificibus reſcriptum eſt *b*. Nec enim morbo implicitos moueri loco conuenit *c*, ne afflictis (quod dici ſolet) addatur afflictio *d*.

*b in c. 3. & in c. fi. ext. de clerico ægrot. vide panormit. tius ad. d. c. fin.*

*c c. Pont. 7. d. 1. d. c. ex part. 5. extr. de cleric. ægrot. c. cum percuſſ. 7. q. l. 1. dinus. ff. de offic. præſid.*

*De Coadiutore cum futura ſucceſſione.*

Nullus verò Coadiutor cuiuſcunque generis, cum futura ſucceſſione dari po-

teſt

teſt e; ne inducatur votum captandæ mortis alienæ, contra iuris vtriuſque regulas f; præterquam, ſi Eccleſiæ Cathedralis ſiue Monaſterii vrgens neceſſitas, aut euidens vtilitas poſtulauerit, Prælato dari Coadiutorem; qui tamen non aliter cum futura ſucceſſione dabitur, quàm cauſa prius à Summo Pontifice diligenter cognita, & cõcurrentibus in illo qualitatibus, quæ à iure & decretis Concilij Tridentini, in Epiſcopo & Prælato requiruntur; alioqui conceſsio Coadiutoris ſurreptitia cenſebitur g.

e Cõc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. de reform. f cap. 2. ext. de conceſſ. præb. in l. fi. C. de pac.

g Cõc. Trid. d. c. 7.

# DE OFFICIO CAPITVLI, SEDE VACANTE, ET DE ADMINISTRATORE & Oeconomo.

## TITVLVS XXIV.

*Mortuo vel capto Epiſcopo ſuccedit interea Capitulum.*

QVia verò Epiſcopo ab hac luce ſubtracto, non ſtatim illi alius ſufficitur; idcircò, ne mora hæc damnoſa ſit Eccleſiæ vacanti, conſtitutum eſt à SS. Canonibus, vti intereà adminiſtratio tam ſpiritualium quàm temporalium rerum, penes Capitulum

lum ſit eiuſdem Eccleſiæ *a*. Idem obtinet, vbi Epiſcopus à Paganis vel Schiſmaticis captus & nondum Eccleſiæ ſuæ reſtitutus eſt: niſi hac de re conſultus S. Pontifex aliter cenſuerit *b*.

*a c. 3. de ſupp. negl. prælat. in 6. ibi; ac ſi ſedes per mortem. c. cum olim. 14. ext. de maior. & obed. c. l. d. titul. in 6.*

*b d. c. 3. c. is cui 42. de elect. in 6.*

*In quæ non ſuccedat Capitulum.*

Hinc tamen excipiuntur beneficia Eccleſiaſtica, quæ ad Epiſcopi collationem pertinent: nam hæc ſucceſſori Epiſcopo reſeruantur ab eodem conferenda *c*. Item quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis; puta, ordinare Clericos, conſecrare Eccleſias, & ſimilia; quæ neque per Capitulum, ſed per vicinos Epiſcopos expleri debent *d*. Cæterùm an Capitulum Sede vacante dimiſſorias dare poſſit, alibi retulimus *e*.

*c cap. 2. ext. Ne ſede vacante. c. fin. in fi. de ſup. negl. in 6. iuncto c. vnico, Ne ſede vacante in 6.* d *c. is cui 42. in fi. de elect. in 6. gloſſ. ad d. c. 3. in verbo, ſpiritualibus iuncto. c. 4. diſtinct. 68. Vide quæ de adminiſtratione fuſius tradunt Panorm. & alij ad c. cum olim. ext. de maior. & obed.* e *in §. vbi tamen ſupra. Qui ordin. Eccleſiaſtic. conferant.*

*De Adminiſtratore Eccleſiæ Cathedrali conſtituendo.*

Porrò, ſi Capitulum in hac adminiſtratione perperam aut negligenter ſe geſſerit: tunc Archiepiſcopo poteſtas ſit, vocato ad ſe Capitulo, cauſæque cognitione adhibita, Viſitatorem ſiue Adminiſtratorem, vacanti præficere Eccleſiæ *f*. Qui certè caſus ſingu-

*f c. fi. iuncto c. 3. de ſupp.*

ſingularis eſt:cùm aliàs Eccleſiæ Cathedrali vacanti Viſitator ſiue Adminiſtrator ab alio quàm à Romano Pontifice conſtitui non poſſit g.

negl. præl. in 6.
g c. ſi. d. tit. eu 6.

*De OEconomo, Officiali ſeu Vicario, & Adminiſtratoribus, Sede vacante; Concilio Tridentino.*

Cæterùm Concilium Tridentinum hac in re ita cenſuit: Capitulum, *inquit*, Sede vacante, vbi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, OEconomum vnum vel plures fideles & diligentes decernat, qui rerum Eccleſiaſticarum & prouentuum curam gerant, quorum rationem ei, ad quem pertinebit, ſint reddituri. Item, Officialem ſeu Vicarium infra octo dies poſt mortem Epiſcopi conſtituere vel exiſtentem confirmare omnino teneatur, qui ſaltem in iure Canonico ſit Doctor vel Licentiatus, vel aliâs, quantùm fieri potuerit, idoneus: ſi ſecus factum fuerit, ad Metropolitanum deputatio huiuſmodi deuoluatur; & ſi Eccleſia ipſa Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulumque, vt præfertur, negligens fuerit, tunc antiquior Epiſcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Epiſcopus in exempta, OEconomum & Vicarium idoneos poſſit conſtituere. Epiſcopus verò ad eandem Eccleſiam vacantem promotus ex ijs, quæ ad eum ſpectant, ab

eiſdem Oeconomo, Vicario, & aliis quibuſcunq; Officialibus, & Adminiſtratoribus, qui Sede vacante fuerunt à Capitulo, vel ab aliis in eius locum conſtituti, etiamſi fuerint ex eodem Capitulo; rationem exigat officiorum, iuriſdictionis, adminiſtrationis aut cuiuſcunque eorum muneris, poſsitque eos punire, qui in officio ſeu adminiſtratione deliquerint, etiamſi prædicti Officiales, redditis rationibus, à Capitulo vel à deputatis ab eodem, abſolutionem aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque Epiſcopo teneatur Capitulum de ſcripturis ad Eccleſiam pertinentibus, ſi quę ad Capitulum peruenerunt, rationem reddere *b*.

*Sede vacante nihil innouandum.*

Et cùm Sede vacante nihil innouari Canones iubeant *i*; ſubſequens eſt, neque iudicium *k*, neque præſcriptionem aduersùs Eccleſiam vacantem valere *l*; neque vnitam Eccleſiam illi interim adimi poſſe *m*.

*h ex Conc. Trid ſeß. 24. cap. 16. de reform.*

*i tit. ext. ne ſede vacante.*

*k c. ſi ext. d tit.*

*l c. 4 c. 10. c. 15. extra de præſcript.*

*m c. 1. ext. de tit. ne ſede vacante.*

DE

# DE REGVLARIBVS ET MONACHIS.

## TITVLVS XXV.

### *Qui Regulares?*

NVnc ad tertium genus perſonarum tranſeamus: has Regulares ſuprà diximus *a*, eò quòd certæ viuendi regulæ ſingulariter, id eſt, præter communem aliorum Chriſtianorum morem adſcriptæ ſint. Sunt autem Monachi, Moniales, Canonici Regulares, Milites, Hoſpitalarii & Teutonici, Religioſi Societatis Ieſu, alijque his ſimiles, qui ſub certa & probata à Sede Apoſtolica regula, ad tria vota, paupertatis ſcilicet, caſtitatis, & obedientiæ ſe obſtrinxerunt *b*.

### *Monachi vnde dicti?*

Ac in primis Monachi & Moniales à ſolitudine clauſtri, cui ſe addixerunt, nomen ſortiti ſunt *c*; Monachus enim Græcè, Latinè ſingularis dicitur *d*; non quòd ſeparatim extra aliorum fratrum conſortium viuat (id enim Monacho à SS. Canonibus interdictum eſt *e*) ſed quod ſemotus à vita & moribus ſecularium, ſoli Deo, quaſi mundo mortuus, vacare debea *f*.

a tit. de iure perſonar.

b c. fi. ext. de relig. domib. iuncto c. vnico. eod. tit. in 6. c. cùm ad monaſt. 6. ext. de ſtatu monach.

c c. 1. c. 8. placuit 16. q. 1.

d d. c. 1.

e c. 2. ext. de ſtat monach. c. penult. & vlt. in Clement. extr. de capell. monach. cap. 1. §. adhæc de ſtatu monach.

f s. qui verè iuncto d. c. placuit. 16. q. 1.

*Monachi aut fiunt oblatione parentum, aut propria profeſſione.*

Fiunt autem Monachi, aut parentum oblatione, aut propria profeſsione *g*; Oblatione parentũ puta, ſi pater vel mater filium filiámve impuberem intra ſepta Monaſterij in diſciplinam regularem tradat *h*. Quo tamen caſu, filius vel filia adultior facta, id eſt, pubertatis annos ingreſſa, diſſentire poterit, & ad ſecularem vitam redire *i*. Neque enim Religionis monaſticæ profeſsio ante pubertatem emiſſa obligat, propter defectum iudicij *k*.

*Propria profeſſio aut eſt expreſſa, aut tacita.*

Propria profeſsione quis Monachus efficitur, vel expreſſè, vel tacitè. Expreſſè, ſi pubes Religioni nominatim ſe deuoueat in manus Abbatis vel alterius Superioris, aut factam anteà profeſsionem, expreſſè ratam habeat, etiam habitum monaſticum non aſſumendo. Non enim Monachum facit habitus, ſed profeſsio *l*.

*De anno probationis.*

Neque impedit, quòd profeſsionem præcedere debeat annus probationis *m*. Quia id obtinet, vbi nondum profeſsio emiſſa eſt; at ea emiſſa, nulla alia probatio exigitur: cùm multa fieri prohibeantur, quæ tamen facta valent *n*.

*g* c. Monachum. 20. q. 1. c. cum viuum. 12. ext. de regularib.
*h* c. 2. d. q. 1.
*i* c. illud iuncto c. 10 q. 1. c. ſignificatũ 11. c. cum ſimus 14. & vtrobique Panor. ext. de regularibus.
*k* c. 1. de regularib. l. 6.
*l* c. porrectum 13. iuncto c. ad Apoſtolicam 16. & c. ex parte 22. ext. de regularib. c. 1. eod. in 6.
*m* d. c. ad Apoſtolicam Addec. Conſaluus 17. q. 1. & iura ibid. in gloſ.

De

Quibus interdum annus, interdum biennium, trienniũ datur ad probandũ, & idcirco arbitriũ interdum eſt. *Panorm. ad d. c. ad Apoſtolicam.* n *c. ad Apoſtolicam. c. ad noſtram 8. c. ſtatuimus. 23. de Regularib.*

*De anno probationis Mendicantium.*

Planè in Ordinibus Mendicantium, videlicet, Minorum, Dominicanorum, & ſimilium; ſingulariter conſtitutum eſt, ne quis abſque probationis anno ad profeſsionem Ordinis admittatur. Quod ſi ſecùs factum fuerit, non tantùm admiſſus eorum Ordini non alligatur, verumetiam ipſi receptores ſuſpenſione ab aliorum receptione, aliaque grauiori Ordinis ſui pœna coërcentur *o*.

o *vti latius videre eſt in c. 2. & c. 3. de Regularibus lib. 6.*

*Tacita profeſſio.*

Tacita profeſsio inducitur, quando quis non verbis, ſed alio indicio mentem ſuam explicat Religionis à ſe tacitè ſuſceptæ; velúti, ſi maior quatuordecim annis Religionis habitum per annum geſtet, vbi is Nouitiis & Profeſſis communis & indiſtinctus eſt: at vbi diſtinctus eſt, ſufficit Profeſſorum habitum triduo geſtaſſe *p*.

p *c. 1. c. 3. vbi latius de Regularib. lib. 6. c. 1. eod. in Clement. c. ad noſtram 8. ext. eod. tit.*

*Correctio ex Concilio Tridentino.*

Verùm hodie ex pręſcripto Concilii Tridentini hoc iure vtimur, quòd profeſsio cuiuſlibet Religionis fieri non poſsit, ante expletum decimum ſextum annum & probationem annuam; nullamque antè facta obligationem inducat. Verba Concilij

„ cilij hæc ſunt: In quacunque Religione tam „ virorum quàm mulierum profeſſio non fiat „ ante decimum ſextum annum expletum; „ nec qui minore tempore, quàm per annum „ poſt ſuſceptum habitum in probatione ſte- „ terit, ad profeſsionem admittatur. Profeſ- „ ſio autem anteà facta, ſit nulla, nullamque „ inducat obligationem ad alicuius Regulæ „ vel Religionis vel Ordinis obſeruationem, „ aut alios quoſcunque effectus *q*. Nulla „ quoque renunciatio aut obligatio anteà fa- „ cta, etiam cum iuramento, vel in fauorem „ cuiuſcunque cauſæ piæ, valeat: niſi cum li- „ centia Epiſcopi ſiue eius Vicarii fiat intra „ duos menſes proximos ante profeſsionem: „ ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſor- „ tiri, niſi ſecuta profeſsione: aliter verò facta, „ etiamſi cum huius fauoris expreſſa renun- „ tiatione, etiam iurata, ſit irrita & nullius ef- „ fectus *r*.

*q text. eſt in cap. 15. ſeſſ. 25. de regular. bus.*

*r text. eſt in cap. 16. eiuſdem ſeſſ. 25. de regul. 9.*

### *Noua Religio nec inſtitui, nec ſuſcipi debet.*

Sed & cautum eſt in Concilio Lugdu- „ nenſi generali; ne quis nouum Ordinem „ aut Religionem inueniat, vel habitum no- „ uæ Religionis aſſumat, ſed quicunque ad „ Religionem conuerti voluerit, vnam de „ approbatis aſſumat. Similiter qui voluerit „ religioſam domum de nouo fundare, Re-

gulam

gulam & inſtitutionem accipiat de approbatis *s*.

*De Monacho diuerſorum Monaſteriorum.*

Quin additum eſt in eodem Lugdunenſi Concilio; ne quis in diuerſis Monaſteriis locumẽ Monachi habere præſumat: nec vnus Abbas pluribus Monaſteriis prҿſideat *t*.

*De migratione Monachi ad aliud Monaſterium, & de bonis Monachorum.*

Adhæc, interdictum eſt Monacho, priuata auctoritate commigrare ab vno Monaſterio ad aliud, aut aliquid proprii ſibi vſurpare *u*, cùm vtrumque profeſsioni ſuæ aduerſetur *x*. Licet alioqui ipſi permiſſum ſit ad arctiorem Religionem tranſire; petita tamen à Prælato ſuo licentia, quamuis nõ obtenta *y*. Exceptis Religioſis Ordinum Mendicantium, quibus omnis ad alium Ordinem (præterquam Carthuſienſium) tranſitus interclusus eſt, abſque ſpeciali gratia Sedis Apoſtolicæ *z*.

"*s text. eſt* " *in c. fi. ext. de religioſ. domibus, iuncto c. vnic. eodem tit. in 6.* "*t d. c. fin. in* " *fi. Idem in* " *Præfectis Monialium ſtatutum eſt à Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. de regularib.* *u c. Ioan. 5. ext. de regularib. c. cùm ad monaſterium 6. ext. de ſtatu monach. c. non dicatis. 12. q. 1, Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 2. c. 3. & c. 19. in fi. de Regularib. & ſeſſ. 14. c. 11. de reform.* *x d. c. cùm ad monaſt.* *y c. licet. 18. ext. de regularib.* *z c. 1. de regularib. extr. comm.*

*Abdicatio proprietatis quàm ſit propria Religioſo.*

Proprietatis verò abdicatio ita Religioſo propria eſt, vt ne quidem S. Pontifex hu-

biennio actiua & paſsiua voce priuatus ſit; "
atque etiam iuxta ſuæ Regulæ & Ordinis "
conſtitutiones puniatur *d*.

*d tex. eſt Concil. Trid in c. 2. ſeſſ. 25. de regularib.*

De bonis in communi poſsidendis à Monaſterio, eiuſdem Concilii Tridentini hoc decretum extat:

Concedit ſancta Synodus omnibus Mo- "
naſteriis & domibus, tam virorum quàm "
mulierum & mendicantium; exceptis do- "
mibus fratrum ſancti Franciſci Capucino- "
rum, & eorum, qui Minorum de obſeruan- "
tia vocantur, etiam quibus aut ex conſtitu- "
tionibus ſuis erat prohibitum, aut ex priui- "
legio Apoſtolico non erat conceſſum; vt "
deinceps bona immobilia eis poſsidere li-
ceat *e*.

*e d. ſeſſ. 25. de regularibus c. 3.*

*De Monialiuus egreſſu, & de externorum ingreſſu in Monaſterium.*

Porrò illud prætereundum non eſt; ne- "
mini Sanctimonialium licere poſt profeſ- "
ſionem exire è Monaſterio, etiam ad bre- "
ue tempus, quocunque prætextu, niſi ex ali- "
qua legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda; indultis quibuſcunq; & priuilegiis non obſtantibus *f*. Sed nec ingredi inter ſepta Monaſterii alicui licet, cuiuſcunque ſit generis, vel conditionis, ſexus, vel ętatis, ſine Epiſcopi vel Superioris licentia in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna

*f Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. de regularibus. adde & c. vnic. de ſtatu regularium in 6.*

ipſo facto incurrenda g; vt hinc Moniales ad ſuſcipiendum in ſe iudicium, vel ad dicendum teſtimonium foris, à iudice euocari non poſsint. *h*

g d. ſeſſ. 25. c. 5. § nemini. ibi latius.
h d. c. vnico. § porrò. c. 2. de iud. lib. 6.

*Caſus quo Monialis licitè egreditur Monaſterium.*

Vbi tamen Monaſterium feudum recognoſcit à Principe, ſeu domino temporali, & homagium ſiue fidelitatis ſacramentum per Abbatiſſam aut Prioriſſam præſtandum ſit; hac quidem ſpecie licebit ipſis (niſi obtinere poſſint à domino, vt id per procuratorem fiat) honeſto & decente comitatu exire Monaſterium; vt tamen homagio ſiue fidelitatis iuramenro præſtito, è veſtigio ad Monaſterium reuertantur *i*.

i d. c. vnico § verum.

*De Biguinis.*

De Biguinis, quæ hoc nomine vulgò appellantur, diſputare hîc non attinet, cùm Monialium numero non cenſeantur, vtpote obedientiæ vel paupertatis voto minimè adſtrictæ, atque adeò nulli Regulæ à Sede Apoſtolica approbatæ. Has quidem Clemens V. quòd aliter de myſteriis fidei noſtræ ſentirent, vna quaſi clauſula obrrogauerat *k*. Verùm poſtea Ioannes XXII. eas, quæ culpa carent, nec ſuſpectæ ſunt, declarauit eadem Clementis conſtitutione non contineri; ac proinde nullo incommodo afficiendas

k c. 1. de relig. domibus. in Clemen. iunge c. 3. de hæreticis in Clemen.

das eſſe *l*. Hæc de Monachis, Monialibus *l* & Biguinis *m*.

*l c. vnico. de religioſis domibus in extrauag. communication.* *m qua latius perſequere indicatis locis, præcipuè in Concil. Trident.*

*De Canonicis Regularibus.*

Canonici verò Regulares, tametſi tria ſubſtantialia probatę Religionis vota inſtar aliorum Monachorum profiteantur; in hoc tamen à Monachis diſtant, quòd Eccleſiæ parochiali præfici poſsint, Monachi non item *n*: adhibito tamen temperamento Concilij Tridentini, quod hodie Canonici Regulares prohibeantur promoueri ad curata beneficia ſecularia *o*.

*n c. quod Dei 5. iuncto c. 2. ext. de ſtatu monach.*

*o ſeſſ. 14. c. 11. de reformat.*

*De Religioſis militibus, & Societatis Ieſu.*

Milites Hoſpitalarii (qui hodie Melitenſes ſunt) & Teutonici *p*: item Religioſi Societatis Ieſu *q*: licet hi omnes iiſdem, quibus Monachi, votis obſtricti ſint; tamen in plurimis quoad viuendi modum à cæteris Religioſis diſsident; vt teſtantur eorum Regulæ à Sede Apoſtolica approbatæ *r*.

*p de illorum origine vide Chaſſaneum in Catalogo gloriæ mundi 9. parte 4. conſid. cum ſeqq.* *q de his vide Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 16. de regularib.* *r vt videre eſt apud alios.*

DE

# DE VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

## TITVLVS XVIII.

POſtremò hic ſubjiciendum eſt de vita & honeſtate Clericorum: quam vel ipſa nominis notio indicat; Κλῆρος enim Græcè (vnde Clerici) Latinè ſors dicitur, eò quòd de ſorte ſint Domini, vel quia Dominus ſors, id eſt, pars illorum eſt *a*, ſicut & ſuprà meminimus *b*.

a *c. Clericus 12. q. 1.*
b *ſup. de iure perſonarum. §.*

*Clericorum vita ac mores in genere.*

Quapropter ſic decet omnino Clericos in ſortem Domini vocatos vitam moreſque ſuos omnes componere, vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, alijſque omnibus rebus nil niſi graue, moderatum ac religione plenum præ ſe ferant; leuia etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiant, vt eorum actiones cunctis adferant venerationem *c*. Nam & huc ſpectat illud Innocentij II. in Concilio Lateranenſi: Præcipimus, *inquit*, "vt tam Epiſcopi quàm Clerici in ſtatu mentis, in habitu corporis, Deo & hominibus placere ſtudeant, & nec in ſuperfluitate, ſciſſura aut colore veſtium, nec in tonſura,

c *ex Concil. Trid. Seſſ. 22. c. 1. de reformat.*

ſura, intuentium (quorum forma & exem- "
plum eſſe debent) offendant aſpectum; ſed "
potiùs, quod eorum deceat ſanctitatem, "
præ-ſe-ferant. Quod ſi moniti ab Epiſcopus ſe emendare noluerint, Eccleſiaſticis careant beneficiis *d*.

*d tex. eſt in c. ſi. 21. q. 4.*

*De habitu Clericorum in ſpecie.*

Quare & ſpeciatim Clericis interdicitur, ne pannis rubeis aut viridibus, aut habitu breuiore aut longiore vtantur, ſed qui con- "
uenit eorum Ordini, nullo alio admixto *e*. "
Omne quippe, quod non propter neceſsi- "
tatem ſuam, ſed propter venuſtatem accipi- "
tur, elationis habet calumniam, quemad- "
modum Magnus ait Baſilius *f*.

*e c. penul. ext. de vita & hon. neſt. cler. c. 2. eo. in 6*

*f citatus in c. 1. circa ſi. 21. q. 4.*

*De moribus Clericorum in ſpecie.*

Item, ne comam aut barbã nutriant *a*, ſed gerant coronam & tonſuram congruentem *g*: ſimiliter abſtineant ab armis, ab officijs & cõmercijs ciuilibus: à mimis, ioculatoribus, hiſtrionibus: à luſu alearum & taxillorum; adeò vt ne quidem his, ludentibus alijs, intereſſe poſsint: item à tabernis, annulorum geſtatione, niſi quibus ex officio dignitatis annulos deferre licet *h*: item à venationibus & ſyluaticis euagationibus: ab vſu Chirurgiæ, quæ aduſtionem vel incijſionem

*g c. 4. c. 5. c. 7. c. penult. ext. h. tit.*

*h de his & ſimilib. in t. 2. & penult. ext. eod. Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 6 de reform.*

*i toto tit. ext. de clerico venatore.*

ciſionem infert: nec non à iudicio ſanguinis, atque adeò à loco ſupplicij quod publicè exercetur *k*.

k c. penult. & c. clericis 5. ext. ne clerici vel monach.

*Clerici à ſuſpecta muliere abſtinere debent ſub pœnis hîc expreßis.*

Illud grauiſsimè interdicitur Clericis, nè cum muliere incontinentiæ ſuſpecta, conuerſationem ineant: alioqui excommunicandi, ſi contumaces ſint *l*. Multò verò minus, vt ſuſpectam domi foueant, etiamſi ea mater ſit, amita aut ſoror. Quia inſtigante diabolo; *inquit Concilium Moguntinenſe*, & in illis ſcelus perpetratū reperitur, aut etiam in pediſſequis earundem *m*. Atque hi licet per ſuſpenſionem à beneficiis & officio Eccleſiaſtico; item per depoſitionem & excommunicationem conſtringi poſsint, vt concubinam ſiue fornicariam domo eijciant; non tamen eam abiurare cogendi ſunt, propter metum periurii *n*.

l c. 2. ext. de cohabit. clericor.

m c. 1. ext. eod. de cohabitat.

n c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. ext. de cohab. clericor.

*Decretum Concilij Tridentini in Clericos incontinentes.*

Quam rem & Concilium Tridentinum » accuratiùs perſequens, hæc quæ ſequuntur, » conſtituit; Quàm turpe, *inquiens*, ac Cleri» corum nomine, qui ſe diuino cultui addi» xerunt ſit indignum, in impudicitiæ ſordi-

bus

bus immundoque concubinatu verſari, ſa- "
tis res ipſa communi fidelium omnium of- "
fenſione ſummoque Clericalis militiæ de- "
decore teſtatur. Vt igitur ad eam, quam de- "
cet, continentiam ac vitæ integritatem Mi- "
niſtri Eccleſiæ reuocentur, populuſque hinc "
eos magis diſcat reuereri, quò illos vita ho- "
neſtiores cognouerit; prohibet ſancta Sy- "
nodus quibuſcunq; Clericis, ne concubinas "
aut alias mulieres, de quibus poſsit haberi ſu- "
ſpicio, in domo vel extrà, detinere, aut cum "
iis vllam conſuetudinem habere audeant; "
alioqui pœnis à ſacris Canonib. vel ſtatutis "
Eccleſiarum impoſitis puniantur. Quòd ſi à "
ſuperioribus moniti, ab iis ſe non abſtinue- "
rint, tertia parte fructuum, obuentionum, "
ac prouentuum beneficiorum ſuorum quo- "
rumcumque, & penſionum ipſo facto ſint "
priuati, quæ fabricæ Eccleſię aut alteri pio "
loco, arbitrio Epiſcopi applicetur. Sin ve- "
rò in delicto eodem, cum eadem vel alia "
fœmina perſeuerantes, ſecundæ monitioni "
adhuc non paruerint, non tantùm fructus "
omnes ac prouentus ſuorum beneficiorum "
& penſiones eo ipſo amittant, quæ prædictis "
locis applicentur, ſed etiam à beneficiorum "
ipſorum adminiſtratione quoad Ordinarius, "
etiã vti Sedis Apoſtolicę delegatus arbitrabi- "
tur, ſuſpẽdatur; & ſi ita ſuſpenſi nihilominus "

eas

eiſdem Oeconomo, Vicario, & aliis quibuſcunq; Officialibus, & Adminiſtratoribus, qui Sede vacante fuerunt à Capitulo, vel ab aliis in eius locum conſtituti, etiamſi fuerint ex eodem Capitulo; rationem exigat officiorum, iuriſdictionis, adminiſtrationis aut cuiuſcunque eorum muneris, poſsitque eos punire, qui in officio ſeu adminiſtratione deliquerint, etiamſi prædicti Officiales, redditis rationibus, à Capitulo vel à deputatis ab eodem, abſolutionem aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque Epiſcopo teneatur Capitulum de ſcripturis ad Eccleſiam pertinentibus, ſi quæ ad Capitulum peruenerunt, rationem reddere *h*.

*h ex Conc. Trid ſeſſ. 24. cap. 16. de reform.*

## *Sede vacante nihil innouandum.*

*i tit. ext. ne ſede vacante.*
*k c. ſi ext. d tit.*
*l c. 4. c. 10. c. 15. extra de præſcript.*
*m c. 1. ext. de tit. ne ſede vacante.*

Et cùm Sede vacante nihil innouari Canones iubeant *i*; ſubſequens eſt, neque iudicium *k*, neque præſcriptionem aduersùs Eccleſiam vacantem valere *l*; neque vnitam Eccleſiam illi interim adimi poſſe *m*.

DE

# DE REGVLARIBVS ET MONACHIS.

## TITVLVS XXV.

*Qui Regulares?*

NVnc ad tertium genus perſonarum tranſeamus: has Regulares ſuprà diximus *a*, eò quòd certæ viuendi regulæ ſingulariter, id eſt, præter communem aliorum Chriſtianorum morem adſcriptæ ſint. Sunt autem Monachi, Moniales, Canonici Regulares, Milites, Hoſpitalarii & Teutonici, Religioſi Societatis Ieſu, alijque his ſimiles, qui ſub certa & probata à Sede Apoſtolica regula, ad tria vota, paupertatis ſcilicet, caſtitatis, & obedientiæ ſe obſtrinxerunt *b*.

*Monachi vnde dicti?*

Ac in primis Monachi & Moniales à ſolitudine clauſtri, cui ſe addixerunt, nomen ſortiti ſunt *c*; Monachus enim Græcè, Latinè ſingularis dicitur *d*; non quòd ſeparatim extra aliorum fratrum conſortium viuat (id enim Monacho à SS. Canonibus interdictum eſt *e*) ſed quod ſemotus à vita & moribus ſecularium, ſoli Deo, quaſi mundo mortuus, vacare debeat *f*.

a *tit. de iure perſonar.*

b *c. fi. ext. de relig. domib. iuncto c. vnico. eod. tit. in 6. c. cùm ad monaſt. 6. ext. de ſtatu monach.*

c *c. 1. c. 8. placuit 16. q. 1.* d *d. c. 1.*

e *c. 2. ext. de ſtat monach. c. penult. & vlt. in Clement. extr. de capell. monach. cap. 1. §. adhæc de ſtatu monach.*

f *ſi qui verè iuncto d. c. placuit. 16. q. 1.*

*Monachi aut fiunt oblatione parentum, aut propria profeſſione.*

Fiunt autem Monachi, aut parentum oblatione, aut propria profeſsione g; Oblatione parentũ puta, ſi pater vel mater filium filiámve impuberem intra ſepta Monaſterij in diſciplinam regularem tradat h. Quo tamen caſu, filius vel filia adultior facta, id eſt, pubertatis annos ingreſſa, diſſentire poterit, & ad ſecularem vitam redire i. Neque enim Religionis monaſticæ profeſsio ante pubertatem emiſſa obligat, propter defectum iudicij k.

*Propria profeſſio aut eſt expreſſa, aut tacita.*

Propria profeſsione quis Monachus efficitur, vel expreſſè, vel tacitè. Expreſſè, ſi pubes Religioni nominatim ſe deuoueat in manus Abbatis vel alterius Superioris, aut factam anteà profeſsionem, expreſſè ratam habeat, etiam habitum monaſticum non aſſumendo. Non enim Monachum facit habitus, ſed profeſsio l.

*De anno probationis.*

Neque impedit, quòd profeſsionem præcedere debeat annus probationis m. Quia id obtinet, vbi nondum profeſsio emiſſa eſt; at ea emiſſa, nulla alia probatio exigitur: cùm multa fieri prohibeantur, quæ tamen facta valent n.

g c. Monachum. 20. q. 1. c. cum virum. 12. ext. de regularib.
h c. 2. d. q. 1.
i c. illud iunctoc. 10 q. 1.
k c. ſignificatũ 11. c. cum ſimus 14. & vtrobique Panor. ext. de regularibus.
k c. 1. de regularib. l. 6.
l c. porrectum 13. iuncto c. ad Apoſtolicam 16. & c. ex parte 22. e t. de regularib. c. 1. eod. in 6.
m d. c. ad Apoſtolicam Adde c. Conſaluus 17. q. 1. & iura ibid. in gloſ.

De

Quibus interdum annus, interdum biennium, trienniũ datur ad probandũ, & idcirco arbitriũ interdum eſt. *Panorm. ad d. c. ad Apoſtolicam.* n *c. ad Apoſtolicam. c. ad noſtram 8. c. ſtatuimus. 23. de Regularib.*

*De anno probationis Mendicantium.*

Planè in Ordinibus Mendicantium, videlicet, Minorum, Dominicanorum, & ſimilium; ſingulariter conſtitutum eſt, ne quis abſque probationis anno ad profeſsionem Ordinis admittatur. Quod ſi ſecùs factum fuerit, non tantùm admiſſus eorum Ordini non alligatur, verumetiam ipſi receptores ſuſpenſione ab aliorum receptione, aliaque grauiori Ordinis ſui pœna coërcentur *o*.

*o vti latius videre eſt in c. 2. & c. 3. de Regularibus lib. 6.*

*Tacita profeſſio.*

Tacita profeſsio inducitur, quando quis non verbis, ſed alio indicio mentem ſuam explicat Religionis à ſe tacitè ſuſceptæ; veluti, ſi maior quatuordecim annis Religionis habitum per annum geſtet, vbi is Nouitiis & Profeſſis communis & indiſtinctus eſt: at vbi diſtinctus eſt, ſufficit Profeſſorum habitum triduo geſtaſſe *p*.

*Correctio ex Concilio Tridentino.*

Verùm hodie ex pręſcripto Concilii Tridentini hoc iure vtimur, quòd profeſsio cuiuſlibet Religionis fieri non poſsit, ante expletum decimum ſextum annum & probationem annuam; nullamque antè facta obligationem inducat. Verba Concilij

*p c. 1. c. 3. vbi latius de Regularib. lib. 6. c. 1. eod. in Clement. c. ad noſtram 8. ext. eod. tit.*

„ cilij hæc ſunt: In quacunque Religione tam
„ virorum quàm mulierum profeſſio non fiat
„ ante decimum ſextum annum expletum;
„ nec qui minore tempore, quàm per annum
„ poſt ſuſceptum habitum in probatione ſte-
„ terit, ad profeſsionem admittatur. Profeſ-
„ ſio autem anteà facta, ſit nulla, nullamque
„ inducat obligationem ad alicuius Regulæ
„ vel Religionis vel Ordinis obſeruationem,
„ aut alios quoſcunque effectus *q*. Nulla
„ quoque renunciatio aut obligatio antea fa-
„ cta, etiam cum iuramento, vel in fauorem
„ cuiuſcunque cauſæ piæ, valeat: niſi cum li-
„ centia Epiſcopi ſiue eius Vicarii fiat intra
„ duos menſes proximos ante profeſsionem:
„ ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſor-
„ tiri, niſi ſecuta profeſsione: aliter verò facta,
„ etiamſi cum huius fauoris expreſſa renun-
„ tiatione, etiam iurata, ſit irrita & nullius ef-
„ fectus *r*.

*q text. eſt in cap. 15. ſeſſ. 25. de regularibus.*

*r text. eſt in cap. 16. eiuſdem ſeſſ. 25. de regul. 9.*

*Noua Religio neq; inſtitui, nec ſuſcipi debet.*

Sed & cautum eſt in Concilio Lugdu-
„ nenſi generali; ne quis nouum Ordinem
„ aut Religionem inueniat, vel habitum no-
„ uæ Religionis aſſumat, ſed quicunque ad
„ Religionem conuerti voluerit, vnam de
„ approbatis aſſumat. Similiter qui voluerit
„ religioſam domum de nouo fundare, Re-
gulam

gulam & inſtitutionem accipiat de approbatis *s*.

*De Monacho diuerſorum Monaſteriorum.*

Quin additum eſt in eodem Lugdunenſi Concilio; ne quis in diuerſis Monaſteriis locum Monachi habere præſumat: nec vnus Abbas pluribus Monaſteriis pręſideat *t*.

*De migratione Monachi ad aliud Monaſterium, & de bonis Monachorum.*

Adhæc, interdictum eſt Monacho, priuata auctoritate commigrare ab vno Monaſterio ad aliud, aut aliquid proprii ſibi vſurpare *u*, cùm vtrumque profeſsioni ſuæ aduerſetur *x*. Licet alioqui ipſi permiſſum ſit ad arctiorem Religionem tranſire; petita tamen à Prælato ſuo licentia, quamuis nõ obtenta *y*. Exceptis Religioſis Ordinum Mendicantium, quibus omnis ad alium Ordinem (præterquam Carthuſienſium) tranſitus interclusus eſt, abſque ſpeciali gratia Sedis Apoſtolicæ *z*.

*Abdicatio proprietatis quàm ſit propria Religioſo.*

Proprietatis verò abdicatio ita Religioſo propria eſt, vt ne quidem S. Pontifex huius

*s text. eſt in c. fi. ext. de religioſ. domibus, iuncto. c. vnic. eodem tit. in 6.*
*t d. c. fin. in fi. Idem in Præfectis Monialium ſtatutum eſt à Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. de regularib.*
*u c. Ioan. 5. ext. de regularib. c. cùm ad monaſterium 6. ext. de ſtatu monach. c. non dicatis. 12. q. 1. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 2. c. 3. & c. 19. in fi. de Regularib. & ſeſſ. 14. c. 11. de reform.*
*x d. c. cùm ad monaſt.*
*y c. licet. 18. ext. de regularib.*
*z c. 1. de regularib. extr. comm.*

bieɴnio actiua & paſsiua voce priuatus ſit; "
atque etiam iuxta ſuæ Regulæ & Ordinis "
conſtitutiones puniatur *d*.

*d tex. eſt Concil. Trid in c. 2. ſeſſ. 25. de regularib.*

De bonis in communi poſsidendis à Monaſterio, eiuſdem Concilii Tridentini hoc decretum extat:

Concedit ſancta Synodus omnibus Mo- "
naſteriis & domibus, tam virorum quàm "
mulierum & mendicantium; exceptis do- "
mibus fratrum ſancti Franciſci Capucino- "
rum, & eorum, qui Minorum de obſeruan- "
tia vocantur, etiam quibus aut ex conſtitu- "
tionibus ſuis erat prohibitum, aut ex priui- "
legio Apoſtolico non erat conceſſum; vt "
deinceps bona immobilia eis poſsidere li-
ceat *e*.

*e d. ſeſſ. 25. de regularibus c. 3.*

*De Monialium egreſſu, & de externorum ingreſſu in Monaſterium.*

Porrò illud prætereundum non eſt; ne- "
mini Sanctimonialium licere poſt profeſ- "
ſionem exire è Monaſterio, etiam ad bre- "
ue tempus, quocunque prætextu, niſi ex ali- "
qua legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda; indultis quibuſcunq; & priuilegiis non obſtantibus *f*. Sed nec ingredi inter ſepta Monaſterii alicui licet, cuiuſcunque ſit generis, vel conditionis, ſexus, vel ætatis, ſine Epiſcopi vel Superioris licentia in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna

*f Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. de regularibus. adde & c. vnic. de ſtatu regularium in 6.*

ipſo facto incurrendæ g; vt hinc Moniales
g d. ſeſſ. 25. c. 5. § moniali. ibi latius. ad ſuſcipiendum in ſe iudicium, vel ad dicendum teſtimonium foris, à iudice euocari non poſsint. h

h d. c. vnico. § porrò. c. 2. de iud. lib. 6.

*Caſus quo Monialis licitè egreditur Monaſterium.*

Vbi tamen Monaſterium feudum recognoſcit à Principe, ſeu domino temporali, & homagium ſiue fidelitatis ſacramentum per Abbatiſſam aut Prioriſſam præſtandum ſit; hac quidem ſpecie licebit ipſis (niſi obtinere poſſint à domino, vt id per procuratorem fiat) honeſto & decente comitatu exire Monaſterium; vt tamen homagio ſiue fidelitatis iuramenro præſtito, è veſtigio ad Monaſterium reuertantur i.

i d. c. vnico § verum.

*De Biguinis.*

De Biguinis, quæ hoc nomine vulgò appellantur, diſputare hîc non attinet, cùm Monialium numero non cenſeantur, vtpote obedientiæ vel paupertatis voto minimè adſtrictæ, atque adeò nulli Regulæ à Sede Apoſtolica approbatæ. Has quidem Clemens V. quòd aliter de myſteriis fidei noſtræ ſentirent, vna quaſi clauſula obrrogauerat k. Verùm poſtea Ioannes XXII. eas, quæ culpa carent, nec ſuſpectæ ſunt, declarauit eadem Clementis conſtitutione non contineri; ac proinde nullo incommodo afficiendas

k c. 1. de relig. domibus. in Clemen. iunge c. 3. de hæreticis in Clemen.

das eſſe *l.* Hæc de Monachis, Monialibus & Biguinis *m.*

*l c. vnico. de religioſis domibus in extrauag. communication.* *m qua latius perſequere indicatis locis, præcipuè in Concil. Trident.*

### *De Canonicis Regularibus.*

Canonici verò Regulares, tametſi tria ſubſtantialia probatę Religionis vota inſtar aliorum Monachorum profiteantur; in hoc tamen à Monachis diſtant, quòd Eccleſiæ parochiali præfici poſsint, Monachi non item *n*: adhibito tamen temperamento Concilij Tridentini, quod hodie Canonici Regulares prohibeantur promoueri ad curata beneficia ſecularia *o*.

*n c. quod Dei 5. iuncto c. 2. ext. de ſtatu monach.*

*o ſeſſ. 14. c. 11. de reformat.*

### *De Religioſis militibus, & Societatis Ieſu.*

Milites Hoſpitalarii (qui hodie Melitenſes ſunt) & Teutonici *p*: item Religioſi Societatis Ieſu *q*: licet hi omnes iiſdem, quibus Monachi, votis obſtricti ſint; tamen in plurimis quoad viuendi modum à cæteris Religioſis diſsident; vt teſtantur eorum Regulæ à Sede Apoſtolica approbatæ *r*.

*p de illorum origine vide Chaſſaneum in Catalogo gloriæ mundi 9. parte 4. conſid. cum ſeqq.* *q de his vide Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 16. de regularib.* *r vt videre eſt apud alios.*

DE

# DE VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

## TITVLVS XVIII.

POſtremò hic ſubjiciendum eſt de vita & honeſtate Clericorum: quam vel ipſa nominis notio indicat; Κλῆρος enim Græcè (vnde Clerici) Latinè ſors dicitur, eò quòd de ſorte ſint Domini, vel quia Dominus ſors, id eſt, pars illorum eſt *a*, ſicut & ſuprà meminimus *b*.

> a *c. Clericus* 12. q. 1.
> b *ſup. de iure perſonarum.* §.

### *Clericorum vita ac mores in genere.*

Quapropter ſic decet omnino Clericos in ſortem Domini vocatos vitam moreſque ſuos omnes componere, vt habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, alijſque omnibus rebus nil niſi graue, moderatum ac religione plenum præ ſe ferant; leuia etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiant, vt eorum actiones cunctis adferant venerationem *c*. Nam & huc ſpectat illud Innocentij II. in Concilio Lateranenſi: Præcipimus, *inquit*, "vt tam Epiſcopi quàm Clerici in ſtatu mentis, in habitu corporis, Deo & hominibus placere ſtudeant, & nec in ſuperfluitate, ſciſſura aut colore veſtium, nec in tonſura,

> c *ex Concil. Trid. Seſſ.* 22. c. 1. *de reformat.*

ſura, intuentium (quorum forma & exem- "
plum eſſe debent) offendant aſpectum; ſed "
potiùs, quod eorum deceat ſanctitatem, "
præ-ſe-ferant. Quod ſi moniti ab Epiſcopus ſemendáre noluerint, Eccleſiaſticis careant beneficiis *d*.

*d tex. eſt in c. ſi. 21. q. 4.*

*De habitu Clericorum in ſpecie.*

Quare & ſpeciatim Clericis interdicitur, ne pannis rubeis aut viridibus, aut habitu breuiore aut longiore vtantur, ſed qui conuenit eorum Ordini, nullo alio admixto *e*. Omne quippe, quod non propter neceſsitatem ſuam, ſed propter venuſtatem accipitur, elationis habet calumniam, quemadmodum Magnus ait Baſilius *f*.

"*e c. penul. ext. de vita & honeſt. cler.* "*c. 2. eo. in 6*

*f citatus in c. 1 circa fi. 21. q. 4.*

*De moribus Clericorum in ſpecie.*

Item, ne comam aut barbã nutriant *a*, ſed gerant coronam & tonſuram congruentem *g*: ſimiliter abſtineant ab armis, ab officijs & cõmercijs ciuilibus: à mimis, ioculatoribus, hiſtrionibus: à luſu alearum & taxillorum; adeò vt ne quidem his, ludentibus alijs, intereſſe poſsint: item à tabernis, annulorum geſtatione, niſi quibus ex officio dignitatis annulos deferre licet *h*: item à venationibus & ſyluaticis euagationibus: ab vſu Chirurgiæ, quæ aduſtionem vel in-

*g c. 4. c. 5. c. 7. c. penult. ext. h. tit.*

*h debitis & ſimilib. int. 2. & penult. ext. eod. Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 6 de reform.*

*i toto tit. ext. de clerico venatore.*

ciſionem

bus immundoque concubinatu verſari, ſatis res ipſa communi fidelium omnium offenſione ſummoque Clericalis militiæ dedecore teſtatur. Vt igitur ad eam, quam decet, continentiam ac vitæ integritatem Miniſtri Eccleſiæ reuocentur, populuſque hinc eos magis diſcat reueteri, quò illos vita honeſtiores cognouerit; prohibet ſancta Synodus quibuſcunq; Clericis, ne concubinas aut alias mulieres, de quibus poſsit haberi ſuſpicio, in domo vel extrà, detinere, aut cum iis vllam conſuetudinem habere audeant; alioqui pœnis à ſacris Canonib. vel ſtatutis Eccleſiarum impoſitis puniantur. Quòd ſi à ſuperioribus moniti, ab iis ſe non abſtinuerint, tertia parte fructuum, obuentionum, ac prouentuum beneficiorum ſuorum quorumcumque, & penſionum ipſo facto ſint priuati, quæ fabricæ Eccleſię aut alteri pio loco, arbittio Epiſcopi applicetur. Sin verò in delicto eodem, cum eadem vel alia fœmina perſeuerantes, ſecundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantùm fructus omnes ac prouentus ſuorum beneficiorum & penſiones eo ipſo amittant, quæ prædictis locis applicentur, ſed etiam à beneficiorum ipſorum adminiſtratione quoad Ordinarius, etiã vti Sedis Apoſtolicę delegatus arbitrabitur, ſuſpẽdatur; & ſi ita ſuſpenſi nihilominus

eas

„ eas non expellant, aut cum ijs etiam verſen-
„ tur, tunc beneficiis, portionibus ac officiis
„ & penſionibus quibuſcunque Eccleſiaſticis
„ perpetuò priuentur, atque inhabiles ac in-
„ digni quibuſcunque honoribus, dignitati-
„ bus, beneficiis ac officiis in poſterum red-
„ dantur; donec poſt manifeſtam vitæ emen-
„ dationem, ab eorum Superioribus cum ijs
„ ex cauſa viſum fuerit diſpenſandum. Sed ſi
„ poſtquam eas ſemel demiſerint, intermiſ-
„ ſum conſortium repetere, aut alias huiuſ-
„ modi ſcandaloſas mulieres ſibi adiungere
„ auſi fuerint, præter prędictas pœnas excom-
„ municationis gladio plectantur; nec quæ-
„ uis appellatio, aut exemptio prædictam exe-
„ cutionem impediat aut ſuſpendat: ſupra-
„ dictorumq; omnium cognitio non ad Ar-
„ chidiaconos, nec ad Decanos, aut alios infe-
„ riores, ſed ad Epiſcopos ipſos pertineat, qui
„ ſine ſtrepitu & figura iudicii, & ſola facti ve-
„ ritate inſpecta, procedere poſſint.

„ Clerici verò beneficia Eccleſiaſtica aut
„ penſiones non habentes, iuxta delicti &
„ contumaciæ perſeuerantiam & qualitatem
„ ab ipſo Epiſcopo carceris pœna, ſuſpenſio-
„ ne ab Ordine, ac inhabilitate ad beneficia
„ obtinenda, aliiſve modis iuxta ſacros Ca-
„ nones puniantur. Epiſcopi quoque, quod
„ abſit, ſi ab huiuſmodi crimine non abſti-
„ nuerint, & à Synodo Prouinciali admoniti,
„ ſe non

ſe non emendauerint, ipſo facto ſint ſuſpen- "
ſi ; & ſi perſeuerent , etiam ad Sanctiſſimum "
Romanum Pontificem ab eadem Synodo "
deferantur , qui pro qualitate culpæ etiam "
per priuationem , ſi opus erit, in eos animad-
uertat *o*.

*o text. eſt Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 14. de reformat.*

*Clericus concubinarius ſiue fornicator an in officio vitandus?*

His affinis quæſtio incidit; An Clerici con- "
cubinarij ſiue fornicatoris , officium audien- "
dum ſit , nondum peractâ ab eo pœnitentia? "
Et reſponſum eſt à Gregorio IX. quòd cùm "
hic , quoad ſe tantùm ſuſpenſus ſit, non verò "
quoad alios ; in officio nequaquam vitari "
debeat : niſi peccatum huiuſmodi ſit noto- "
rium per ſententiam , ſeu per confeſſionem "
factam in iure , aut per euidentiam rei , quæ "
tergiuerſatione aliqua cælari non poſſit *p*.

*p c. fi. ext. de cohab. cleric. cap. 5. & 6. diſt. 32. vide Nauarr. in Manual. c. 25. n. 77.*

*Quibus Clericis non eſt permiſſum audire Leges & Medicinam.*

Ad extremum : Cùm ab Alexandro III. interdictum eſſet Religioſis , ne poſt votum

& profeſſionem emiſſam, ad audiendas Leges ſeculares aut Phyſicam, Monaſterium egredi poſſint; conſtituta inter alia excommunicationis pœna in tranſgreſſores q. Idem poſteà traductum fuit ab Honorio III. ad Archidiaconos, Decanos, Plebanos, Præpoſitos, Cantores & alios Clericos perſonatus habentes; item ad Preſbyteros r; adhibita tamen moderatione Bonifacij VIII. qua Plebani nondum Sacerdotij Ordine inſigniti, neque Capellas ſub ſe habentes, in quibus Clerici perpetui inſtituuntur, hac interdictione Honoriana liberantur s.

q c.3. iuncto c. fi. extra. ne clerici vel monachi. Per Phyſicam intellige medicinam. Nauarr. in Man. c. 27. n. 116.

r cap. fin. extra. eod. d. titul.

s vt videre eſt in cap. 1. eod. titul. ne clerici. vide latius DD. ad d. cap. fin.

## Notatio in Tit. vlt. Lib. I.

a. *De coma aliter conſuetudine receptum eſt in Germania. Barbæ vtuntur Itali, vel ex conſuetudine, vel ex permiſſione S. Pōtificis. Ita vt hac in re conſuetudo valeat. c. fin. ext. de conſuet.*

FINIS LIBRI PRIMI.

SVM-

# SVMMÆ IVRIS CANONICI

## LIBER SECVNDVS.

*Qui eſt de rebus.*

## DE RERVM DIVISIONE.

### TITVLVS I.

SVPERIORE libro expoſuimus de iure perſonarum; modò de altera tripartitæ diuiſionis iuris parte, quæ eſt de rebus, pertractemus. Summa verò Eccleſiaſticarum rerum diuiſio hæc eſt; quòd aut ſunt corporales, aut incorporales. Corporales ſunt, quæ tangi aut alio corporis ſenſu percipi poſſunt, veluti ſunt Sacramenta, Eccleſiæ, templa, monaſteria, calices, prædia, ſyluæ, fructus & ſimilia. Incorporales ſunt, quæ nullo ſenſu corporis percipiuntur; vtpote, quę in iure con-

*Similis diuiſio extat apud Iuſtinianum tit. Inſtit. de reb. corpor. & incorporal.*

conſiſtũt; vt ſunt, electio, collatio, inſtitutio, ius patronatus, ius decimãdi, ſuccedẽdi, ſepeliẽdi, & obligationes quoquo modo cõtractę.

# DE SACRAMENTIS IN GENERE.

## TITVLVS II.

*De notione Sacramenti & eius definitione.*

SACRAMENTI varia acceptio eſt; Quandoq; idem ſignificat, quod iuſiurãdum *a*: quandoq; rem abditã ſiue occultã *b*; in propoſito autẽ argumẽto denotat ſignũ rei ſacrę. Qua ſignificatione ita vulgò definiri ſolet: Sacramentũ eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma *c*. Vel, vt explicatiùs in eandẽ ſentẽtiam: Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibile ſignum, ad noſtram iuſtificationẽ inſtitutũ *d*.

*a vt in Authent. Sacramenta puberum. C. Si aduerſus venditio. in l. miles. § ignominioſa. ff. de re militari. hinc ſacramentales, in vſibus feud. c. 1. circa fi. Tit. ſi de inueſtitura inter.* b *vt apud D. Paulum ad Epheſios 1. cap. & apud Thobiam c. 2.* c *extat in c. Sacrificium 32. de conſec. diſt. 2.* d *Catechiſmus Roma. n de Sacram. in genere c. 1. n. 3. in fi. adde c. multa. 83. circa med. 1. q. 1. & Bell. de Sac. lib. 1. c. 11.*

*Septem nouæ legis Sacramenta.*

Sunt autem nouæ legis Sacramenta ſeptẽ; videlicet, Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia,

ſtia, Pœnitentia, extrema Vnctio, Ordo & Matrimonium *e*.

e *Cōc. Flor. in inſt. Armen. ſub Eugenio IV & Trid. ſeſſ. 7. cā. 1. de Sacr.*

*Sacramentorum quædam neceſſaria, quædam arbitraria.*

Horum quædam ad ſalutem neceſſaria ſunt; quædam non ſunt, ſed voluntaria, id eſt, pro cujuſque arbitrio & voluntate ſuſcipiuntur *f*. Neceſſaria ſunt, Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitētia, & extrema Vnctio: hęc enim ſine periculo ſalutis prętermitti, aut certè temerè negligi non poſſunt *g*. Voluntaria ſunt, Ordo & Matrimonium *h*.

f *c. veniens. 8, ext. de tranſact. Conc. Trid. d. ſeſſ. can. 4.*

g *prob. text. in c. nulla præter. cum c. ſeq. de conſec. diſt. 4. in c. 1. cum c. ſeq de conſec. diſt. 5, in c. omnes vtriuſq. 12. ext. de pœnit. & remiſſ. & in c. 1. 26 q. 7.* h *c. 2. c. 14. ext. de ſponſal 1. ad Corint. 7. & latius docent tituli ſeq.*

*Quædam characterem imprimunt, quædam non imprimunt.*

Rurſus ex Sacramentis quædam charecterem imprimunt, id eſt, ſignum quoddam ſpirituale & indelebile; vnde nec iterari poſſunt abſq; ſacrilegio; veluti Baptiſmus, Cōfirmatio, & Ordo *i*: cętera repeti nō prohibētur *k*.

i *Concil. Trident in. d. ſeſſ. canon. 9.*

k *De extrema Vnctione probat Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 3. in doctrina de Sac. extremæ Vnctionis. De Euchariſtia, Pœnitētia & Matrimonio prob. præter alia, quotidanus vſus.*

*Ad quid ordinata ſunt nouæ legis Sacramenta?*

Et quidem per Baptiſmum ſpiritualiter renaſcimur; per Confirmationem augemur in gra-

„ gratia,& roboramur in fide: renati autem & „ roborati nutrimur diuina Euchariſtiæ alimo-„ nia. Quòd ſi per peccatum ægritudinem in-„ currimus animæ, per Pœnitentiam ſpirituali-ter ſanamur; ſpiritualiter etiam & corporali-„ ter (prout animæ expedit) per extremam Vn-„ ctionem: per Ordinem verò Eccleſia guber-„ natur & multiplicatur ſpiritualiter: per Ma-„ trimonium corporaliter augetur *l*.

*l Conc. Flor. in inſtr. Arm. de Sacr. ſub Eugenio IV.*

*De eſſentialibus Sacramentorum.*

„ Omnia autem Sacramenta tribus perfi-„ ciuntur, videlicet, rebus tanquam materia, „ verbis tanquam forma, & perſona miniſtri, „ conferentis Sacramentum, cum intentione „ faciendi quod facit Eccleſia: quorum ſi ali-„ quid deſit, non perficitur Sacramentum *m*.

*m Conc. Florent. d. loco. De intent. miniſtri &c. ex Conc. Trid. d. Seſſ. 7. can.* 11. In Sacramento tamẽ matrimonij loco verborum ſunt quãdoque literæ vel nutus, vel aliud ſignum, *vt infra tit. 9. in notat.*

*De Miniſtro Sacramentorum.*

Et quia Miniſtri in Sacramentorum functione non ſuam, ſed Chriſti perſonam ge-„ runt, ea re fit, vt ſiue boni, ſiue mali ſint (mo-„ dò ea forma & materia vtantur, quam ex „ Chriſti inſtituto ſemper Catholica Eccleſia „ ſeruauit, idque facere proponant, quod Ec-„ cleſia in ea adminiſtratione facit) verè Sacra-„ mentum conficiant & conferant; ita vt gra-„ tiæ fructum nulla res impedire poſſit, niſi qui

ea

ea ſuſcipiunt, ſeipſos tanto bono fraudare, & Spiritui ſancto velint obſiſtere *n*.

*n Catech. Rom. in 2. parte de Sac. n. 16. §. autē. c. Sacramenta. cum aliquot cc. ſeqq. 1. q. 1. c. ſecundam. diſt. 19. Cōc. Trid. Seſſ. 7. can. 12. de Sacramentis in genere.*

# DE BAPTISMO.

## TITVLVS III.

PRIMVM omnium Sacramentorum locum tenet Baptiſma, quod vitæ ſpiritualis ianua eſt. Per ipſum enim membra Chriſti ac de corpore efficimur Eccleſiæ *a*.

*a Conc. Flor in inſtructione Armen. §. primum. c. cum itaque in fin. 112. c. ad hoc 143. de conſecrat. diſt. 4.*

*Baptiſmus quid, & quæ eius materia?*

Eſt autem Baptiſmus, Sacramentum regenerationis per aquam in verbo vitæ *b*. Nec enim hoc Sacramentum confertur, niſi per aquam (vel ipſo Chriſto teſte apud Ioannem: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, &c. *c*) eamque veram & naturalem, ſiue ea frigida ſit, ſiue calida *d*. Vnde per aquam roſaceam aut per ſaliuam, aut per alium liquorem Baptiſmus perperam confertur *e*.

*b Catech. Rō. de Baptiſmi Sacramento. n. 4. ex duobus locis ſacræ Scripturæ, Ioan. 3. & ad Epheſ. 5. c. c. Ioan. c. 3. d Cōc. Flor. d. loco. Cōc. Trid. d. ſeſſ. 7. can. 2. de Baptiſmo. adde c. 22. de cōſec. diſt. 3. e c. pen. ext. de bapt. adde d. Thomā in 3. parte, q. 66. art. 4. & Sylueſt. in verbo, Baptiſmus 2.*

*De forma Baptiſmi, & quòd nemo ſeipſum baptizet.*

Baptiſmi forma hæc eſt; *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti f.* Vbi per pronomen, *Te*, diuerſitas perſonarū oſtenditur inter baptizantē & baptizatū; cùm nemo ſe ipſum baptizare poſſit g. Non tamē negandum eſt, quin & per illa verba: *Baptizetur talis ſeruus Chriſti, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; vel Baptizatur manibus meis talis, in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti.* verū perficiatur Baptiſma: ex declaratione Cōcilij Florētini *h.*

*f Conc. Flor. d. loco c. 1. c. 2. c. 4. ext. de bapt.* g *c. debitū 4. ext. eod.* h *ſup. alleg. loco in inſt. Armen. de hoc Sacramento.*

*Errorem ſyllabarum non officere Baptiſmo.*

Planè error in pronunciatione ſyllabarum damiſſus nihil officit Baptiſmo; vti à Zacharia Papa reſcriptum eſt de Sacerdote, qui ob imperitiam linguæ Latinæ hac baptizandi formula vſus erat: *Baptizo te in nomine Patria, & Filia, & Spiritu ſancta i.*

*i c. retulerūt 86. de cōſec. diſt. 4. facit l. qui habebat 54. Dig. de manu teſt.*

*An ſufficiat vnica ablutio.*

Neque intereſt vnica ablutio, an trina adhibeatur; quamuis vniuſcuiuſque Eccleſiæ conſuetudinem hac re ſeruari, & retineri magis conueniat *k.*

*k c. de trina 80. de conſec diſt 4. Catec. Rom. de hoc Sac. n. 14. Thom. in 3. p. q. 66. ar. 8. in reſpōſ.*

*De neceſſitate Baptiſmi.*

Eſt autem hoc Sacramentum omnibus hominibus planè neceſſarium, non tantùm adultis,

adultis, ſed & paruulis, propter originale peccatum, quod ex primo parente contraxerunt, eluendum *l*. Eſt enim certa Chriſti ſententia: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto non poteſt introire in regnum Dei m.*

l *c.3. de conſec. diſt.4. c. firmiſſime 15. q.1.* m *Ioan.3.c.*

*Martyrium & votum Baptiſmi vicem ſupplent.*

Creditum tamen ab Eccleſia eſt, vt ij, qui pro Chriſti nomine Martyrium ſubierunt, pro baptizatis habeantur *n*; quemadmodum & hi, quos Baptiſmum deſiderantes neceſſitas excluſit *o*.

n *c. catechumenum. 37. de conſerat. diſtinct.4.*
o *c. debitum 4. ex. de baptiſ. c.2. ext. de presb. non baptiz.*

*Presbyterum ſaluatum ſine Baptiſmo.*

Vt hinc reſcriptum ſit ab Innocentio III. de Presbytero, qui credens ſe baptizatũ, cùm non eſſet, ab hac luce deceſſerat: Quia, *inquit Innocentius*, in ſanctæ matris Eccleſiæ fide, & Chriſti nominis confeſſione perſeuerauit, ab originali peccato ſolutum, & cœleſtis Patriæ gaudium eſſe adeptum aſſerimus incunctanter. *Illud ex D. Auguſtino addens:* Baptiſmus inuiſibiliter miniſtratur, quem non contẽptus religionis, ſed terminus neceſsitatis excludit *p*. p *text. eſt in d.c.2.*

*De triplici Baptiſmo.*

VNDE vulgaris hæc diſtinctio nata eſt; quòd Baptiſmus alius fluminis ſit; alius flaminis; alius ſanguinis *q*. Sed primus veram

q *ext. c. baptiſmi vice. c. catech. de conſec. diſt.4 & d.c. debitũ*

naturam Sacramenti; reliqui duo effectum duntaxat Sacramenti habent r.

r D. Thom. 3. part. quæſt. 66. articul. 11

Si incertum, ſit aliquem eſſe baptizatum.

De quo incertum eſt, vtrum baptizatus ſit, his verbis abluendus eſt: *Si baptizatus es, non te* „ *baptizo; ſed ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo* „ *in nomine, &c.* s Certe de illo, *inquit Innocentius* „ III. qui natus de Chriſtianis parentibus, & „ inter Chriſtianos eſt fideliter conuerſatus, „ tam violenter præſumitur, quòd fuerit bapti- „ zatus, vt hæc præſumptio pro certitudine ſit „ habenda: donec euidentiſſimis forſitan ar- „ gumentis contrarium probaretur t.

s c. 2. ext. de Bapt. adde c. paruulos. 110. cum ſeqq. de cõſec. diſt. 4. t text. eſt in c. vlt. §. fin. ext. de presbyt. non baptiz.

De Miniſtro Baptiſmi.

„ Minister huius Sacramenti eſt Sacer- „ dos, cui ex officio competit baptizare. In cau- „ ſa autem neceſsitatis non ſolùm Sacerdos vel „ Diaconus, ſed etiam Laicus, & Mulier; imò „ etiam Paganus & Hæreticus baptizare po- „ teſt; dummodò formam ſeruet Eccleſiæ, & „ facere intendat, quod facit Eccleſia u. Idque „ receptum eſt, ne quis ſine lauacro regenera- „ tionis ex hoc ſeculo decedat x.

u Conc. Flor. in inſt. Arm. ſub Eugenio IV. c. conſtat c. in neceßitate cũ multis cc. ſeqq. de cõſec. diſt 4. c. ſi quis. 24. q. 1. c. ſuper 30. q. 3. D. Thom. part. 3. q. 67. per tot. Nauarr. in Manuali c. 22. n. 7. x d. c. conſtat. in fin.

De

De patre filium proprium baptizante.

Hinc Ioannes VIII. probat factum pij cuiuſdam parentis, qui filium ſuum corpore morientem aſpiciens, ne animam perpetuâ morte pereuntem dimitteret, ſacri vnda Baptiſmatis lauit, vt eum de poteſtate auctoris mortis & tenebrarum eriperet, & in regnum Chriſti iam regnaturum ſine dubitatione tranſmitteret y.

y text. eſt in cap. ad limina 30 quaſt. 1.

De loco Baptiſmatis.

Porrò de loco Baptiſmi conferendi ita ſtatuit Clemens V. in Concilio Viennenſi. Præſenti, *inquiens*, prohibemus edicto, ne quis de cætero in aulis vel cameris, aut alijs priuatis domibus, ſed duntaxat in Eccleſijs, in quibus ſunt ad hoc fontes ſpecialiter deputati, aliquos (niſi Regum vel Principum, quibus valeat in hoc caſu deferri, liberi extiterint, aut talis neceſsitas emerſerit, propter quam nequeat ad Eccleſiam abſque periculo propter hoc acceſſus haberi) audeat baptizare. Qui autem ſecùs præſumpſerit, aut ſuam in hoc præſentiam exhibuerit, taliter per Epiſcopum ſuum caſtigetur, quod alii attentare ſimilia non præſumant z.

z text. eſt in c. vnic. de Bapt. in Clement.

DE

# DE CONFIRMATIONIS SACRAMENTO.

## TITVLVS IV.

*Materia & forma Sacramenti Confirmationis.*

SECVNDVM Sacramentũ eſt Confirmatio, cuius materia eſt Chriſma confectum ex oleo (quod nitorem ſignificat cõſcientiæ) & balſamo (qui odorẽ ſignificat bonę famę) per Epiſcopum benedicto. Forma autem eſt: *Signo te ſigno crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti* a.

a Conc. Florent. in inſtruct. Arm. de hoc Sacram.

*Effectus huius Sacramenti.*

Effectus autẽ huius Sacramenti eſt; Quia in eo datur Spiritus ſanctus ad robur, ſicut datus eſt Apoſtolis in die Pentecoſtes, vt videlicet, Chriſtianus audacter Chriſti confiteatur nomẽ b. Quamuis, *inquit Melchiades Papa*, continuò tranſituris ſufficiant regenerationis beneficia: victuris tamen neceſſaria ſunt Confirmationis auxilia. Regeneratio per ſe ſaluat mox in pace beati ſeculi recipiendos: Confirmatio autem armat & inſtruit ad agones mundi huius & prælia reſeruandos c.

b idẽ Cõc. Flor. d. loco c. 1. c. 5. de cõſec. diſt. 5. c c. 2. d. diſt. 5.

Mini-

*Miniſter huius Sacramenti.*

Ordinarius Miniſter huius Sacramenti eſt Epiſcopus *d*. Nam quòd ſimplicem Sacerdotem aliquando Confirmationem contuliſſe accepimus; id planè extra ordinem fuit, ex diſpenſatione Pontificis *e*.

*d Conc. Flor. d. loco. Trid. ſeſſ. 7. can. 3. de Confirm. cap. 3. cum 2. cc. ſeq. de conſec. diſt. 5. c. quanto 4. ext. de conſuetud.*

*e Conc. Flor. d. loco. adde text. in c. 1. diſt. 95. & D. Thomam in 3. parte. q. 72. art. 11. ad 1. argumentum.*

# DE EVCHARISTIA.

## TITVLVS V.

*Euchariſtia quid? Chriſtum ipſum continet?*

TERTIVM Sacramentum eſt Euchariſtia, Latinè bona gratia dicta; quòd re ipſa Chriſtum cõtineat, qui eſt plenus gratia *a*. Et his verbis rectè deſcribitur: Euchariſtia eſt Sacramentum continens ſub ſpecie panis, & vini, vel alterius eorum, verum corpus & ſanguinem Chriſti *b*. Corpus quidem ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub vini ſpecie ex

*a c. multi §. 4. circa med. 1. q. 1. D. Thom. in 3. parte. q. 73. art. 4. in ſponſ. b probatur hæc definitio ex c. nos autem. 41. cum c. ſeq. de conſec. diſt. 2. & Concil. Flor. in inſtruct. Arm. de hoc Sacramento. Concil. Trident. ſeſſ. 3. cap. 1. & cap. 3. can. 1. & 3.*

vi

„vi verborum: ipſum autem corpus ſub ſpecie „vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, animamque ſub vtraque, vi naturalis illius connexionis & concomitantiæ, qua partes Chriſti Domini, qui iam ex mortuis reſurrexit, non amplius moriturus, inter ſe copulantur; Diuinitatem porrò propter admirabilem illam eius cum corpore & anima hypoſtaticam vnionem *c.* &c.

*c ex Conc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 3. in decreto de hoc Sacram. c. ſpecies. c. cum frangitur. cap. ante benedictionem. cum 3. cc. ſeqq. de conſec. diſt. 2.*

### *De materia & forma Euchariſtiæ.*

„ Quare materia Euchariſtiæ eſt panis triticeus, & vinũ de vite (vt loquitur Concilium Florentinum *d*) cui ante conſecrationem aqua modiciſſima admiſceri debet *e*. Et hæc, formâ verborum accedente, in corpus & ſanguinem Chriſti tranſſubſtantiantur ſiue conuertuntur *f*.

*d allegato loco.*

*e idem Concil. Florentin. d. loco, & cap. 1. de conſecrat. diſtinct. 2.*

*f cap. nos autem. 41. cap. panis. 55. cap. corpus. 60. de conſecrat. diſtinct. 2. cap. 1. §. vera, extrau. de ſumma Trinitate. Concil. Florentin. d. loco & Tridentin. cap. 4. adde cap. cum Marthæ 7. §. quæſiuiſti, extrau. de celeb. Miſſ. & D. Thom. quæſt. 74. articul. 8. in reſponſ. vbi agitur & de conuerſione aquæ.*

De

*De miniſtro huius Sacramenti.*

ET ſicut hoc Sacrametũ nemo alius cõficit quàm Sacerdos *g*: ita nemo alius præter Sacerdotẽ erogat *h*. Vbi tamẽ Epiſcopus & Preſbyter abſunt, poterit & Diaconus illud cõferre *i*. Imò & præſente Preſbytero, ſi neceſſitas cogat, & iubeatur Diaconus *k*. Religioſi verò abſque ſpeciali licentia Preſbyteri parochialis vel conceſſione Summi Põtificis, Clericis aut Laicis hoc Sacramẽtũ adminiſtrare nõ poſsũt ſub excõmunicatione ipſo facto incurrenda, cuius abſolutio Sũmo Põtifici reſeruata eſt *l*.

g *d. §. vera* h *c. peruenit. d. diſt.* 2. i *c. diaconos* 13. *diſt.* 93. k *c. præſente.* 18. *diſt.* 93. l *c.* 1. *de priu. in Clem.*

*De vſu Sacramenti.*

Et licet olim conſtitutum eſſet, vt quilibet (niſi grauioribus criminibus præpeditus) ter ſaltem in anno, videlicet in feſto Paſchatis, Pentecoſtes & Natalis Domini, Euchariſtiam ſumeret *l*; hodie tamen eò decurſum eſt per Concilium generale Lateranenſe, vt ſufficiat ſemel tantùm ſingulis annis in Paſchate communicaſſe: hac tamen comminatione adiecta; vt ſi quis huic communioni ſe ſubtraxerit, viuens ab ingreſſu Eccleſiæ arceri, & mortuus Chriſtiana ſepultura carere debeat: niſi forte ex conſilio proprij Sa-

m *cap. etſi.* 10. *de conſec diſt.* 2.

Sacerdotis rationabili cauſa ſuadente, cõmunionẽ in aliud tempus differẽdam duxerit *n.*

*n text. eſt in c. omnis vtriuſq; 12 ext. de pœnit. & remiſſ. Conc. Trid. ſeſſ. 13. can. 9. de Sacram. Euchar.*

*An quis à perceptione Euchariſtiæ reÿci poßit?*

Cæterùm hîc dubitationis eſt; An Sacerdos accedentem ad perceptionem huius Sacramenti rejicere poſſit? Et magis eſt, non poſſe; etiamſi ſciat Sacerdos eum indignè accedere *o y*: niſi crimen eius notorium ſit *p.* Quanquam ex ſententia D. Pauli is, qui manducat indignè, iudicium ſibi manducet, quòd non diiudicet corpus Domini *q.*

*o c. 2. de off. ind. ord. ex. c. nõ prohibeat. de cõſec. diſt. 2. p c. pro dilectione 95. d. diſt. 2. D. Thom. in 3. part q. 80. art. 6. q 1. ad Corinth. 11.*

*De Euchariſtia aſſeruanda pro infirmis.*

Ne autem & infirmis hoc Sacramentum deſit, Parocho incumbit, vt Euchariſtiam ſemper paratam habeat pro infirmis, eamque fideli cuſtodia & clauibus aſſeruatam; ne ſacrilegorum manus eò poſſint pertingere *r.*

*r c. presb. de conſec. diſt. 2. Concil. Trid. ſeſſ. 13. c. 6. in decreto de hoc Sacram. iuncto c. 1. ext. de cuſtod. Euchar.*

*De ſumptione vnius ſpeciei & de oblatione in ſacrificio Miſſæ.*

Et quamuis in Eccleſia Dei hactenus receptum & vſurpatum ſit; vt Sacramentum hoc ſub vna tantùm panis ſpecie Laicis & Clericis non conficientibus, diſtribuatur *s*; vbi tamen in Sacrificium Deo offerendum

*s Conc. Trid. ſeſſ 21. c. 1. in doctrin.*

eſt à Sacerdotibus, neceſſe eſt vtramque ſpeciem ſimul coniungi & offerri; *t* adeò vt ſi, inchoato Sacrificio, morbo præpediatur Sacerdos, alius ipſi Sacerdos ſuccedere poſſit, qui cœptum ſacrificium peragat. *u* *de com. & can. 2.*

t *c. relatum cum cap. ſeq. de conſecr. diſt. 2.*

u *cap. nihil contra 7. quæſt. 1.*

*De ſanguine Chriſti è calice effuſo.*

De ſanguine Chriſti è calice per negligentiam effuſo hoc decretum extat Pij Papæ: Si per negligẽtiam aliquid de ſanguine » Domini ſtillauerit in terram, linguâ lambe- » tur, & tabula radetur. Si non fuerit tabula, » vt non conculcetur, locus corradetur, & » igne conſumetur, & cinis intra Altare re- » condetur: & Sacerdos quadraginta diebus » pœniteat. Si ſuper Altare ſtillauerit calix, » ſorbeat Miniſter ſtillam, & tribus diebus » pœniteat. Si ſuper linteum Altaris, & ad » aliud ſtilla peruenerit; quatuor diebus pœ- » niteat. Si vſque ad tertium; nouem diebus » pœniteat. Si vſque ad quartum; viginti die- » bus pœniteat, & linteamina quæ tetigerit » ſtilla, tribus vicibus Miniſter abluat calice » ſuppoſito, & aqua ablutionis ſumatur, & » juxta Altare recondatur. *x* »

x *text. eſt in c. ſi per negligentiam. de conſecr. diſt. 2.*

## Notatio in tit. 5.

*Imò & ſub qualibet ſpeciei parte, ſeparatione facta, continetur totus Chriſtus, vti decla-*

*rauit Concil. Flor. d. loco. & Trid. d. ſeſſ. 13. can. 3. quo & ſecus ſentientibus anathema dicitur.*

*β Exceptis Patribus Societatis, Minoritis, & ſimilibus, qui in hac re priuilegio muniti ſunt, præter feſtum Paſchatis, de quo apud Nauarrum in Manuali cap. 21. num. 25.*

*γ Debet tamen eum admonere ſecretò, ne ſe ingerat communioni: vt in citatis ad marginem locis.*

# DE POENITENTIA.

## TITVLVS VI.

QVARTVM Sacramentum eſt Pœnitentia, quo in peccatum lapſi poſt Baptiſmum, Deo reſtituimur & recōciliamur; *a* atque idcirco ſecunda poſt naufragium tabula appellatur. *b*

a *c.* 1. §. *vna in fin. extr. de ſumma Trinitate.*

b *c. ſecunda. de pœnit. diſt.* 1. *Concil. Trid. ſeſſ.* 14. *can.* 2. *de ſanctiſ. pœnit. Sacram.*

### *De Materia, Forma, & Miniſtro huius Sacramenti.*

Cuius quaſi Materia ſunt actus pœnitentis: qui in tres diſtinguuntur partes: quarum Prima eſt cordis cōtritio; ad quam pertinet, vt doleat de peccato commiſſo, cum pro-

proproſito non peccandi de cetero. Secunda eſt, oris confeſſio; ad quam pertinet, vt peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, ſuo Sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia, eſt ſatisfactio pro peccatis ſecundùm arbitrium Sacerdotis; quæ quidem præcipuè fit per orationem, ieiunium & eleemoſynam. *c*

c *Concil. Flor. d. loco & Conc. Trid. ſeſſ. 14. in doctr. de ſanctiſſ. pœn. Sacr. cap. 3. 4. 5. & can. 4.*

Forma verò huius Sacramenti ſunt verba, abſolutionis, quæ Sacerdos profert & dicit: *Ego te abſoluo*, &c. *d*

d *Concil. Flor. dict. loco & Trid. eod.*

Miniſter, Sacerdos eſt habens auctoritatem abſoluendi vel ordinariam, vel ex commiſſione Superioris; alioqui ab alio facta abſolutio nullius momenti eſt, inſtar ſententiæ à non ſuo iudice latæ. *e*

e *Concil. Flor. d. loco, & Trid. cap. 6. & can. 10. & ſeſſ. 23. c. 15. de reform. c. 2. de pœn. in 6.*

### *De caſuum reſeruatione.*

Non dubium tamen eſt, quin Summi Pontifices aliique Epiſcopi pro data ſibi in ſubditos poteſtate, nonnulla grauiora crimina, præſertim quibus cenſura excommunicationis annexa eſt, ſuo iudicio reſeruare poſſint, à quibus inferiores Sacer-

dotes abſoluere non poſſunt; *f* niſi in mortis articulo, quo permiſſum eſt omnibus Sacerdotibus, quoſlibet pœnitentes à quibuſvis peccatis & cenſuris abſoluere. *g*

f *Concil. Trid. ſeſſ.* 14 *c.* 7. *in doctr. de pœnit.* Caſus reſeruatos à iure ſummo Pontifici & Epiſcopis, *vide Nauar. in Manuali ca.* 27 *n.* 49. *cum ſeq.*

g *Concil. Trident. d. c.* 7. *& can.* 11.

*De vſu & frequentatione huius Sacramenti.*

Ne autem vſus huius Sacramenti obſoleſcat, prudenter ſtatutum eſt in Concil. Lateranenſi, vt omnes fideles vtriuſque ſexus, cùm ad annos diſcretionis peruenerint, ſemel ſaltem in anno confiteantur. *h* Quod & mos hodiernus tempore Quadrageſimæ confitendi in vniuerſa Eccleſia receptus, comprobat, quem & ſancta Tridentina Synodus amplectitur & retinendum cenſet. *i*

h *c. omnis vtriuſq;* 12. *ext. de pœn. & remiſſ.*

i *d. ſeſſ.* 14. *c.* 5. *circa fin.*

*Pœna in Sacerdotem reuelantem peccatum.*

Cauere autem debet Sacerdos, qui con-
„ feſſionem excepit, ne verbo aut alio quouis
„ modo, aliquatenus prodat peccatorem; ſed
„ ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud abſq;
„ vlla expreſſione perſonæ cautè requirat:
„ Quoniam qui peccatum in pœnitentiali
„ iudicio ſibi detectum, preſumpſerit reuelare,
„ non ſolùm à Sacerdotali officio deponi
„ decernitur, verùm etiam ad agendam per-
„ petuam pœnitentiam in arctum monaſteriũ
„ detrudi. Ex conſtitutione eiuſdem Concilij
„ Lateranenſis. *k*

k *in dict. cap. omnis vtriuſq;* §. *vlt.*

Si quæ autem peccata publicè admiſſa fuerint, ea rurſus publicâ pœnitentiâ, id eſt, ſatisfactione expianda ſunt: *l* niſi fortè Epiſcopo videatur, vt hæc publica in priuatam pœnitentiam conuertatur. *m* Et hinc duplex genus pœnitentiæ; priuatæ, & publicæ. Quæ poſterior nonnumquam ſolenni ritu peragitur, ſi ita dictet dilicti grauitas; *n* quo caſu ſolennis pœnitentia dicitur. *o*

l *c.1.ext.de pœnit.c. pœnitentes 63. cum 6. ſeq. diſt.60. & Concil.Trid.ſeſ. 24.c.8.de reform.*

m *Concil.Trident.d.cap.8.*

n *de qua in ca.in capite. diſt.50.*

o *c.ſi quis poſt §.poteſt.d.diſt.50.latius Rob. Bellarm. tom.2.controuerſ.de pœnit.lib.1.cap.21.*

# DE EXTREMA VNCTIONE.

## TITVLVS VII.

QVINTVM Sacramentum eſt Extrema Vnctio, quod infirmo, de cuius morte timetur, tantummodò exhibetur. Nam & hinc Sacramentum exeuntium appellatur. *a*

a *Conc.Flor.d.loco.in §.quintum,iuncto Trid. ſeſ.14. cap.3.in doctr.de Sacramento ext.Vnct.*

*De materia huius Sacramenti, Miniſtroſ, orma.*

Materia huius Sacramenti, eſt oleum oliuæ per Epiſcopum benedictum. *b* Miniſter verò, Preſbyter, ſiue is Epiſcopus ſit, ſiue alius Sacerdos ab eo ritè ordinatus, *c* qui infirmi oculos, aures, nares, os, manus, pedes & renes, hoc ſacro oleo inungit; *d* adhibita hac verborum formula: *Per iſtam ſanctam vnctionem & ſuam piiſsimam miſericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per viſum, &c.* Et ſimiliter in aliis membris. *e a*

b *Concil. Florent. & Trident. d. loco cap.* 1.
c *Concil. Trid. d. loco cap.* 3. *ca. illud. diſt.* 95.
d *Concil. Flor.* e *Idem Conc. Flor. eod. §. quintum.*

*Religioſi ne hoc Sacramentum conferant.*

Interdictum verò Religioſis eſt, ne hoc Sacramentum clericis aut laicis conferant, abſque ſpeciali licentia Preſbyteri parochialis, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda: cuius & abſolutio S. Pontifici reſeruata eſt. *f*

f *c.* 1. *in princip. iuncto §. fin. de priuil. in Clement.*

## Notatio in Tit. 7.

*a Honeſtatis tamen ratio poſtulare videtur in fœminis, vt renes non vngantur. Bellarm. de extre. vnct. cap.* 10.

DE

# DE ORDINIS SACRAMENTO.

## TITVLVS VIII.

### *De Sacramenti Ordinis Materia, Forma, Miniſtro, Effectis.*

SExtvm Sacramentum eſt Ordo; cuius materia eſt illud, per cuius traditionem confertur Ordo; ſicut Presbyteratus traditur per calicis cum vino & patenæ cum pane, porrectionem: Diaconatus verò per libri Euangeliorum dationem: Subdiaconatus per calicis vacui cum patena vacua ſuperpoſita, traditionem. Et ſimiliter de aliis per rerum ad Miniſteria ſua pertinentium aſſignationem. Forma Sacerdotii talis eſt: *Accipe poteſtatem offerendi Sacrificium in Eccleſia pro viuis & mortuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Et ſic de aliorum Ordinum formis, prout in Pontificali Romano latiùs continetur. [a] Miniſter, eſt Epiſcopus, & interdum Abbas quoad minores Ordines. [b] Effectus, eſt augmentum gratiæ, vt quis efficiatur idoneus ad obeundum miniſterium Eccleſiaſticum. [c] De numero Ordinum alibi retulimus. [d]

a *Concil. Flor. in inſtruct. Arm. de hoc Sacram. in §. ſextum. adde quæ dixi ſuprà tit. de Ordinib. & gradib. §. 1.*

b *vide ſuprà tit. qui Ordines Eccleſiaſt. §. fin.*

c *Conc. Florent. dict. loco.*

d *ſuprà tit. de Ordinib. & gradib. Clericorum.*

# DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS.

## TITVLVS IX.

SEptimnm & poſtremum Sacramentum eſt Matrimonium, quo vir & mulier indiuidua vitæ conſuetudine coniunguntur *a*. Cuius materia eſt conſenſus contrahentiū: Forma, ipſa verba vel alia ſigna conſenſum exprimentia. *b* Sed quia ſponſalia vt plurimum præcedere ſolent matrimonium; idcircò prius de ſponſalibus diſpiciamus.

a *de quo latius infrā eod.* § . *eſt autem matrim. cum ſeq.*
b *per text. in c. tua nos. 26. extr. de ſponſalib. ac notāt ibi Panorm. Nauar. in Manuali c. 22. nu. 20.*

*Sponſalia quæ & vnde dicta?*

Sunt autem Sponſalia, futurarum nuptiarum promiſſio; *c* dicta à ſpondendo, quòd moris fuerit veteribus ſtipulari & ſpondere ſibi vxores futuras. Vnde & ſponſi & ſponſę appellatio nota eſt. *d.* ꞵ

c *c. noſtrates. 30. q. 5.* d *l. 2. & l. 3. ff. de ſponſalib.*

*Conſenſum nudum ſufficere in ſponſalibus contrahendis.*

Receptum tamen eſt, vt & nudo conſenſu quoquo modo expreſſo, ſiue per ſe, ſiue per alium, ſiue per epiſtolam Sponſalia rectè contrahantur. *e* Qui conſenſus & eo caſu

e *l. ſufficiat 4. cum l. ſeq. & fin. l. Digeſt. de tit. c. vnico, §. ſi de deſponſat. impub. in 6.*

caſu incercedere intelligitur; vbi parentes nomine filiorum ſiue puberum ſiue impuberum præſentium & non contradicentium, ſponſalia contrahunt; *f* ita vt hoc caſu Regulæ locus ſit: Qui tacet, conſentire videtur. *g.*

*f d.§.fin.& l.in ſponſalibus 7.l.ſponſalia 11.cum l.ſeq. Digeſt.eod.tit. g c.qui tacet. de reg.iur lib.6.*

*Abſentem abſenti deſponderi poſſe.*

Cui etiam conſequens eſt; abſentem abſenti deſponderi poſſe, dummodò ſcientibus ipſis aut poſtea ratum habentibus. *h* Ratihabitio enim retrotrahitur, & mandato comparatur. *i*

*h d.l.ſufficit cum l.ſeq.& d.cap.vnico.§.fin.*
*i c.ratihabitionẽ,de reg.iur.in 6.& l.fi.C.ad SC.Maced.*

*Deſponſalibus puris & conditionalibus. & eorumdem effectu.*

Sed & ſponſalia purè, & ſud conditione contrahi poſſunt: *k* purè his verbis vel ſimilibus; Ego te accipiam in vxorem; &, Ego te in maritum. *l* Sub conditione; hac vel ſimili fotma: Ego te in vxorem accipiam, ſi tãtum donaueris; vel, ſi patri placuerit; & mulier vtroque caſu aſſentiatur. *m* Et priora quidẽ ſponſalia perfecta ſunt ab initio, & publicæ honeſtatis iuſtitiam inducunt: *n* poſteriora non item, niſi eueniente conditione: *o* aut niſi poſteà conſenſus de præſenti, aut copula carnalis inter ſponſum & ſponſam ſubſecuta fuerit. Nam his duobus caſibus cenſentur

*k c.vnico.de ſpõſalib.in 6*
*l cap.penult. ext.de ſponſalib.*
*m ca.3.ca.5 extr. de cõd. appoſ.& d.c. vnico.§.fi.de ſpõſalib.in 6*
*n d.cap.vnic circa princ.* de iuſtitia publicæ honeſtatis *vide inf. de affinib. §.in affinium, cũ §§.ſeqq.*
*o d.ca.vnico §.fin.*

tur ambo à conditione receſſiſſe, & in matrimonium conceſſiſſe. *p*

p *d.c.3.c.5.ca.6.extr.de condition.appoſ.c.is qui 30.extr.de ſponſalib.* Adhibita tamẽ moderatione Concil. Trid. de matrimonio clandeſtino *de quo infrà tit. de clam contrah. matrim.*

*De ætate contrahentium ſponſalia.*

Ætas verò contrahentium ſponſalia vt minimum ſeptennis eſſe debet; *q* cùm hac ætate, vtpote, ſuperata infantia, iudicium aliquod animi prius inſit contrahentibus. *r* Antè contracta ſponſalia nullius momenti ſunt. *ſ y*

q *ca. literas. 4. cum c. ſeq. c. ad diſſoluendum 13. extr. de deſponſ. impub & l. in ſponſal. 14. in fin. Digeſt. de ſponſalib.* r *l. fin. infanti, 18. in princ. iuncta l. 5. C. de iure delib.* ſ *d. c. literas cum ſimilib. antè allegat.*

*De ſponſalibus duorum infantium, vel alterutrius.*

Quò ſpectat illud Bonifacii VIII. Si „ infantes, *inquit*, ad inuicem, vel vnus maior „ ſeptennio, & alter minor, ſponſalia contra„ xerint, ipſi, vel parentes pro iis: niſi per co„ habitationem eorum mutuam, ſeu aliàs ver„ bo vel facto ipſorum liquidò appareat, eoſ„ dem in eadem voluntate factos maiores ſe„ ptennio perdurare: ſponſalia huiuſmodi, „ quæ ab initio nulla erant, per lapſum dicti „ temporis minimè conualeſcunt: & ideò, „ cùm ſint nulla ratione defectus conſenſus, „ publicæ honeſtatis iuſtitiã non inducunt. *t*

t *text. eſt in c. vnic. in princip. de deſponſ. impub. lib. 6.*

Effe-

*Effectus ſponſalium.*

Vbi autem ſponſalia legitimè contracta ſunt, ea ſtatim obligatio naſcitur inter ſponſum & ſponſam contrahendi matrimonii, vt ad contrahendum iudicis auctoritate al-„ ter ab altero conſtringi poſſit; *u* non tamen „ planè cogi; cùm coactiones difficiles ſoleant „ exitus frequenter habere. Ex reſcripto Lu-„ cij III. *x* ☿

u *c. de illis 7. ext. de deſponſ. impub. c. ex literis* 10. *ext. de ſponſ. quia graue eſt fidem fallere. l.* 1. *Digeſt. de conſt. pecun.* intellige autem de puris ſpōſal. aliud in cōditionalib. *vt infrà eo in* §. *quartus.*

x *in c. requiſiuit.* 17. *extr. de ſponſalibus.*

*Caſus, quibus ſponſalia impunè diſſoluntur; & primum per mutuum diſſenſum.*

Sunt tamen caſus, quibus impunè à ſponſalibus diſceditur; quorum Primus eſt, ſi id mutuo conſenſu fiat ſponſi & ſponſæ, ſicut Innocentius III. reſcipſit Epiſcopo Exonēſi, cuius hæc verba ſunt: Prætereà hi, qui de " matrimonio contrahēdo purè & ſine omni " conditione fidem dederunt, commonendi " ſunt & modis omnibus inducendi, vt præ-" ſtitam fidem obſeruent: Si autem ſe ad inui-" cem admittere noluerint, ne fortè deterius " inde contingat, vt talem ſcilicet ducat, quam " odio habet, videtur quòd ad inſtar eorum, " qui ſocietatem interpoſitione fidei contra-" hunt, & poſteà eamdem ſibi remittunt, hoc " poſſit in patientia tolerari. *y*

y *text. eſt in cap. 2. extra. de ſponſalibus.*

*De Sponſalibus impuberum, quando diſſenſu ſoluantur.*

Idque in Sponſalibus inter puberes contractis. Ceterùm ſi vterque impubes ſit, vel alter eorum; ſponſalia vtriuſque diſſenſu non ſoluuntur, ſed tum demum, vbi puberes facti ſunt; hac enim ſpecie, vel ſolo ipſius diſſenſu, qui pubes factus eſt, ſponſalia diſtrahuntur, non expectato altero ſiue pubere ſiue impubere. z Niſi fortè ſponſalia iureiurando confirmata eſſent; quo caſu & alterius diſſenſum requirerent. *a* ?

z *cap. de illis. 7. cum c. ſeq. ext. de deſponſal. impub.*
a *c. ex literis. 10. extr. de ſponſal.*

*Sponſalia diſſolui ob diſceſſum alterius.*

Alter caſus eſt diſſoluendi ſponſalia; ſi ſponſus imprudente ſponſa, in remotiores partes ſe contulerit. *b* Cùm enim eo ipſo ſponſus videatur ex parte ſua renunciaſſe Sponſalibus, vtique & ſponſæ eadem poteſtas renunciandi facta intelligitur. *c*

b *cap de illis. 5. extrauag. de ſponſal.*
c *argum. § in iis autem animalib. Inſtit. de rer. diuiſ.*

*Sponſalia ſolui ob lapſum temporis appoſiti.*

Tertius eſt; ſi tempus contrahendi matrimonii conuentum inter ſponſum & ſpōſam elapſum ſit. *d* Siquidem hoc tempus cum re-

d *cap. ſicut. 1. extrauag. de ſponſal.*

reſtringendæ oblationis cauſa adiectum ſit, vltrà protendi non debet contra mentem contrahentium. *e*

e *l. non omnis, Digeſt. ſi cert. petat. l. fin. Cod. de non nu. pecun.*

*Item, ſolui ob defectum conditionis.*

Quartus: Si conditio ſponſalibus etiam iuratis, adiecta; puta, ſi tantùm dederis, vel, ſi pater conſenſerit, impleta non ſit. *f* Quæ enim ſub conditione promittuntur, non antè pariunt obligationem, quàm ſi conditio extiterit. *g*

f *cap. 3. extr. de condit. appoſ.* g *§. ex conditionali. Inſt. de verb. oblig. l. cedere diem 213. de verb. ſignif. Digeſt.*

*Item, ob profeſſionem Religionis.*

Quintus caſus eſt: Si ab vtroque, vel ab altero ſponſorũ, profeſſio Religionis emiſſa fuerit. Si enim matrimonium nondum conſummatum per copulam, Religionis ingreſſu dirimitur; *h* multò magis ſponſalia. *i*

h *c. 2. c. ex publico. 7. c. ex parte. 9. extra. de conuerſ. coniug.* i *facit l. oratio. 16. Digeſt. de ſponſal.*

*Item, ob ſuſceptionem ſacri Ordinis.*

Sextus eſt: Si ſponſus ſacrum ordinem, ſaltem ſubdiaconatum, receperit. Idque hanc rationem habet; quòd ſacer Ordo planè obſit matrimonio contrahendo: *k* vnde neceſſe eſt, ſponſalia in caduci cauſam incidant. *l*

k *c. 1. c. 2. extr. qui clerici vel vouent, cap. 1. extr. de cler. coniug. c. vnico de conſang. & affin. in Clement.*

l *argum. d. l. oratio.*

*Per ſubſequens matrimonium diſſolui ſponſalia.*

Septimus eſt: Si matrimonium cum alio tertio contrahatur, adeò licet ſponſalia iurata ſint, propter fortius vinculum, quod matrimonio ineſt. *m*

m *c.ſicut 22.& c.ſi inter.31.extrauag.de ſponſal.*

*Item per ſubſequentem fornicationem, lepram, &c.*

Octauus eſt: Si alter fornicationem admiſerit, vel in lepram ſiue paralyſin inciderit, vel oculos ſiue naſum amiſerit, aut aliud quid turpius in ſe contraxerit. Nam & ex his cauſis à ſponſalibus, licet iuratis, diſcedi poteſt. *n* Quippe in ſponſalibus hæc conditio tacitè continetur: Si res in eodem ſtatu permanſerit. *o* ŋ

n *per tex.in c.quemadmodum 25.extr. de iureiur. in ca. fin.extr.de coniug.lepr,* o *d.ca.quemadmodum.*

*Item propter affinitatem ſubſequentem.*

Nonus caſus eſt: Si affinitas inter ſponſum & ſponſam interuenerit: veluti, per concubitum ſponſi cum matre, vel cum ſorore ipſius ſponſæ. Cùm enim propter affinitatem matrimonium impediatur contrahi, fruſtrà contenditur de ſponſalibus. *p* δ

p *c.fraternitati.7.cum 2.cc.ſeqq.extr. de eo qui cognouit conſang.vx.iunge inf.tit.de affinib.*

*De duplici genere ſponſaliorum.*

Ceterùm hîc meminiſſe oportet, quæ hactenus dicta ſunt, pertinere ad ſponſalia propriè dicta, quæ de futuro appellamus, id eſt, in futurum tempus matrimonii contrahendi

beni concepta; non autem ad ſponſalia de præſenti, *vt loquuntur Doctores, ſubaudi*, conſenſu coniugali contracta, quæ verum matrimonium ſunt, licet nondum conſummatum per concubitum. Sed de matrimonio conſequenter videamus.

q *horum ſponſaliorum fit mentio in c. ſicut 2. in c. ſi inter 31. cum c. ſeq. extr. de ſponſal. duor. in c. 4. qui deſponſatam 27. q. 2.*

*Definitio Matrimonij.*

Eſt autem Matrimonium, maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. r Atque hæc coniunctio non tam corporum eſt, quàm animorum. Si quidem nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. ſ Vnde nec dirimitur matrimonium ſolo conſenſu contractum, per aliud ſubſequens cum alia matrimonium, licet carnis copula conſummatum. t.

r *ca. illud 11. extr. de præſumptio. eadem ferè definitio à Iuſtiniano prodita eſt in Inſt. de patria poteſt. in princip.*

ſ *c. ſufficiat 27. q. 2. l. nuptias 30. Digeſt. extr. de regul. iur. c. cum locum. 14. c. tuæ 25. extr. de ſponſal.*

t *c. 3. c. fin. ext. de ſponſ. duor. & c. penult. ext. de ſponſ.*

*Conſuetudo indiuidua quæ in matrimonio.*

Indiuiduam vitæ conſuetudinem non eam intelligimus, quæ re ipſa indiuidua & perpetua eſt; ſed quoad mentem contrahentium (cùm matrimonium ad tempus contrahi non poſſit. u) Si quidem conſtat, hanc vitæ conſuetudinem, ex poſtfacto præter mentem contrahentium multis

u *c. fin. extr. de conditio. appoſ. in verbo. vel donec inuentum.*

ex

ex cauſis interrumpi & diſſolui poſſe; vt puta, propter adulterium & ſæuitiam alterius coniugum; item propter ingreſſum Religionis, &c. vt infrà latius explicabitur. *x*

*x ſub tit. de diuortiis.*

*De varia inſcriptione Matrimonij.*

Porrò, indiuidua hæc maris & fœminæ conſuetudo, quandoque matrimonii, quandoque coniugij, interdum nuptiarum ſiue connubii nomine inſcribitur: Matrimonii; propter matrem, cuius præcipuum munus verſatur in procreanda & educanda prole. *y* Coniugii; quòd per eam vir & mulier, vno quaſi iugo adſtringantur. *z* Nuptiarum; quòd puellæ, vt Ambroſius teſtis eſt, in matrimonium ductæ olim pudoris gratia obnubebantur. *a* Quo & ſignificabatur, viris eas obedientes ſubiectasq; eſſe oportere. *b*

y *c. 2. ext. de conuerſ. infid.* z *c. cum initiatur. 27. q. 2.* a *cap. nec illud 30. quæſt. 5.* b *c. fœmina 30. qu. 5. Catech. Rom. de Sacram. matrim. num. 2.*

*Nuptiarum nomine interdum accipi ſolennitates Matrimonii.*

Interdum nuptiarum nomen aliò trahitur; videlicet, ad denotandam illam ſolennitatem & hilaritatem, quæ Matrimonii celebrandi cauſa adhiberi ſolet. Qua ſignificatione loquuntur ſacri Canones, cùm certis temporibus nuptias prohibent. *c* Alioqui nuptiæ pro contractu matrimoniali

*c in c. Capellanus. 4. extr. 2. de feriis. c. non oportet cũ 4. cc. ſeqq. 33. q. 4.*

niali ſumptæ nunquam interdictæ ſunt, ne quidem Quadrageſimali tempore *d*.

*De ſecundo & vlteriore matrimonio.*

Neque tantum permittitur primum iniri matrimonium; ſed & eo morte alterius coniugum, vel alia de cauſa diſſoluto *e*, ſecundum, tertium, quartum, quintum, & vlterius matrimonium *f*. adeò vt & ipſa mulier intra annum luctus mariti defuncti nubens, nullam infamiam incurrat *g*; licet contrà cẽſeat ius Ciuile *h*, quod hac in re meritò per ſacros Canones abrogatum eſt *i*, ex ſententia diui Pauli: Mulier alligata eſt (inquit) legi, quanto tempore vir eius viuit; quòd per dormierit vir eius, liberata eſt; cui vult nubat, tantum in Domino *k*. Hoc tamen adiecto, vt vir vel mulier ad alterum matrimonium conuolans, non benedicatur à Presbytero, propter benedictionem quæ prioribus nuptijs adhibita fuit *l*.

d *d.c. Capellanus. vbi vide Panor. & alios.*
e *vide infrà de diuortijs.*
f *c. aperiunt cum 2. ſeqq. 31. q. 1. c. penult. & vlt. ext. de ſec. nupt.*
g *d. c. penult. & vlt.*
h *l. 1. & 2. C. de ſecund nup. l. 1. ff. de iis qui not. infam.*
i *d. c. penul. & vlt.*
k 1. *Cor.* 7.
l *l. 1. c. 3. ex. de ſec. nupt.*

## Notatio in tit 9.

*a. Flor. IC. in l. 1. ff. de ſponſalib. vocat ſponſalia mentionem & repromiſſionem futurarum nuptiarum: non inconcinnè; quaſi repromiſſio denotet reciprocam ſiue mutuam promiſſionem quæ hinc inde fit inter ſponſum & ſponſam. Et hoc, inſpecta notione nominis l. 2. ff. eod. alioqui*

 *etiam*

etiam hodie conſenſu quoquo modo expreſſo ſponſalia rectè contrahuntur; vt in §. ſeq.

β. De materia & forma matrimonij, vide varias ſententias Auctorum apud Gregorium de Valentia tomo 4. comm. Theolog. Diſputat. 10. q. 1. punct. 6. de matrim. Vbi aſſerit hanc communem eſſe ſententiam Canoniſt. quòd matrimonij materia ſit mutuus conſenſus contrahentium; forma, ipſa verba conſenſum exprimentia. Quæ ſententia, veriſſima eſt, & conformis c. tuæ nos. 26. & ibi gloſſ. ext. de ſponſ. Intelligendo tamen per verba, etiam ſigna vel alia indicia conſenſum exprimentia, quæ verborum vicem ſupplent. c. cum apud 23. ext. de ſponſalib. Vnde conſequens eſt, miniſtrum Sacramenti matrimonij eſſe ipſos contrahentes: cùm ad miniſtrum propriè ſpectet verba formæ pronunciare. Bellarm. de matrim. Sacram. lib. 1. cap. 6. verſ. Ex his patebit.

γ Niſi malitia ætatem ſuppleat; vt in ſpecie c. 3. ext. de ſponſal. De quo latiùs ibidem apud DD. & Didac. Couarr. in 4. decretal. part. 1. cap. 2. de ſponſalib.

δ Et ſic facilè conciliantur c. ex literis 10. & c. requiſiuit 17. ext. de ſponſalibus, quorum priore per cenſuram Eccleſiaſticam ſponſus cogi poteſt ad contrahendum matrimonium; poſteriore minimè: vt illud exaudiamus; vbi nulla cauſa ſubeſt, cur cogi non debeat. Nam hac ratione fiet, vt facilè ex nolente fiat volens, arg. tex. ſing. in c. vides 23. quæſt. 6. Cæterum, ſi cauſa ſubſit; putà, ſi

*vnus alterum ita exhorreſcat ; vt veriſimile ſit, difficilem futurum exitum matrimonij ; tunc abſtinendam eſſe à cenſura : & ſic poſterius c. accipiendum eſt.*

ᵉ Ex hoc §. *conſtat, ſponſalia voluntate ſponſi & ſponſæ diſſolui poſſe, inſtar ſocietatis, quæ & mutuo ſociorum conſenſu diſtrahitur. l. actione* 66. §. *diximus. ff. pro ſocio. Idq; adeò, licet ſponſalia iuramento confirmata ſint, ex ſententia Panorm. & omnium DD. teſte Felino ad c.* 2. *ext. de ſponſalibus. Quod & in quolibet iuramento notandum & retinendum eſt, vt quoties iuramentum ad commodum alterius præſtitum eſt, poſſit ab eodem remitti. Felin. ad d. c.* 2. *numer.* 33. *Quo loco id latè perſequitur, & probat tex. in c.* 1. *ext. de iureiur. Adde D. Thom. in* 2. 2. *q.* 89. *art.* 9. *ad* 2. *& Nauarr. in Man. c.* 22. *n.* 25. *Nec mouet tex. in d. c.* 2. *ibi, commonendi ſunt, & modis omnibus inducendi; quaſi ex his verbis videatur colligi, id permitti quidem, ſed non abſque peccato, argum. c. cum iam dudū.* 18. *ext. de præbendis. Sed reſpondetur id intelligi debere, quod impunè quidem & abſque peccato admittatur hæc diſſolutio ſponſalium, interim malle ſummum Pontificem deteſtandæ inconſtantiæ cauſa in re tanti momenti, matrimonium potius contrahi: ac proinde, ait, commonendi ſunt, & modis omnibus inducendi, non autem compellendi. Atque hanc explicationem iuuat arg. in eod. c.* 2. *adductum à ſocietate quæ ſociorum conſenſu diſſoluitur, vt antè probatum eſt.*

*ſ. Licet vtriuſque conſenſu ſoluantur ſponſalia, vt præcedenti §. dictum eſt; is tamen conſenſus in minore ante pubertatem non admittitur, propter ætatis inconſtantiam: ſæpè enim contingeret impuberes contrahere, & ſæpè à contractu reſilire. Is autem, qui ad pubertatem peruenit, non tenetur alterum expectare, qui adhuc impubes eſt: ſed liberè à ſponſalibus diſcedit: niſi iuramentum interceſſerit in ſponſalibus, quod hanc obligationem inducit, vt tunc pubes factus, non poßit diſcedere abſque alterius conſenſu; iuxta ea quæ tradit Didac. Couarr. in 4. Decret. part. 1. c. 5. §. 1. de ſponſal. Quæ pertinent ad explicationem tex. noſtri.*

*n. Idem iudicium eſt de fornicatione ſpirituali, quà, ſcilicet, alter ex ſponſis in hæreſim vel gentiliſmum labitur. Item ſi ſeuerior ſit, vel ad peccandum alterum compellat. Nam cùm ex his cauſis matrimonium contractum quoad cohabitationem ſeparetur §. nonnunquam infrà de diuortijs; multo magis impeditur contrahendum; propter rationem tex. in cap. Quemadmodum 25. ext. de iureiur.*

*o. Præcedentes modi diſſoluendi ſponſalia explorati iuris ſunt; quibus tamen adiici poſſunt capitales inimicitiæ, ex Hoſtienſ. in ſumma huius titul. §. ſi propter rationem, c. 2. & c. requiſiſti. ext. hoc titul. Explicat Præp. ad c. de illis autem. n. 5. ext. eodem. Idem ſi fama ſit impedimenti canonici inter ſponſos ad contrahendum matrimonium, vel*

vel ſcandalum, cap. cum in 17. ext. hoc titul. Idem ſi ſuperuenerit cognatio legalis. §. final. infr. de cognatis. Idem ſi poſt contracta ſponſalia huiuſmodi quid euenerit ſiue emerſerit, quod ſi præceſſiſſet, non fuiſſent contracta ſponſalia, ſecundum mentem D. Thomæ in libr. 4. ſentent. diſtinct. 27. quem ita refert Nauarr. in Manual. cap. 22. n. 27. circa finem. Quod certè ratione non caret: cum in generali ſiue ſimplici obligatione non contineatur ea, de quibus veriſimiliter non eſt cogitatum. l. obligatione generali. 6. ff. de pignor. l. 1. C. quæ res pignor. obligar. poſſ. l. ſi libertus. 30. ff. de oper. libert. & cap. veniens 16. ext. de iureiur. Quod prudens iudex æſtimabit. Vbi & illud obſeruandum; quòd quando ſponſalia ipſo iure dirimuntur, vel vbi manifeſta cauſa eſt diſſoluendi ſponſalia, non requiratur auctoritas iudicis circa diſſolutionem; vel ſi ſponſalia ſint clandeſtina; eò quòd tunc ſcandalum ceſſet: aliàs exigitur ſententia iudicis, ex iis quæ tradit Nauarr. d. cap. vigeſimum. ſecund. numero 28.

1. Hæc autem tempora Concilium Trident. ſeſſ. 24. cap. 10. de reformat. matrimon. his verbis definiuit; Ab aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti vſque in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum vſque in Octauam Paſchatis incluſiuè, antiquas ſolennium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obſeruari ſancta Synodus præcipit; in aliis verò temporibus ſolenniter celebrari permittit.

*Refert D. Hieronymus in epiſtola ad Geruntiam, Damaſi temporibus fuiſſe Romæ par coniugum, quorum alter viginti vxores ſepelierat, altera maritos viginti & vnum. Nec obſtat c. hæc ratione 31. q. 1. in quo ſecundæ nuptiæ vocantur fornicatio. Nam hoc c. à Gratiano in decretum ſuum coniectum eſt ex opere imperfecto, quod falſò D. Chryſoſtomo inſcribitur: quódq; vel cuiuſdam hæretici eſt, vel corruptum ab hæreticis, ſicut aſſerit Bellarminus, de matrim. Sacram. lib. 1. capite 9. Nam verum Chryſoſtomum aliter loqui docet annotatio poſtrema editioni Gregorianæ adiecta ad d. c. hac ratione. Igitur hoc cap. reijciendum eſt. Nec enim omnia capitula à Gratiano Decreto ſuo inſerta, à nobis recipienda ſunt, ſed quatenus ſunt deprompta ex probatis auctoribus; ſicuti latiùs ſuprà ad tit. 1. lib. 1. notauimus.*

# QVAE IN CONTRAHENDO MATRIMONIO SPECTANDA.

## TITVLVS X.

IN Matrimonio contrahendo tria hæc neceſſariò ſpectantur; perſonæ, ætas, & conſenſus contrahentium.

*De perſonis contrahentium.*

In perſonis hæc regula obſeruatur: Quòd omnes ad contrahendum Matrimonium admit-

admittantur, quibus à iure non eſt interdi-ctum. Quippe edicti prohibitorij eſt matri-monium *a*. Quibus autem interdictum ſit, ſequentibus titulis explicabitur.

*a text. eſt in c. cum apud 23. ext. de ſponſal.*

*De ætate contrahentium.*

Quoad ætatem contrahentium; ea qui-dem ex annorum numero iuxta præſcri-ptum iuris Ciuilis æſtimari ſolet *b*, videlicet in maſculo decimoquarto anno, in fœmi-na duodecimo completo: ſed rectiùs ſa-cri Canones eam metiuntur ex pubertate, id eſt, ex vigore naturali, quo quis genera-re poteſt, adeò quòd hic vigor prædictum annorum numerum nonnunquam ante-uertat *c*. Et hoc cùm accidit, dicitur malitia ſiue prudentia ſupplere ætatem, ſcilicet iu-ris Ciuilis *d*.

*b Titul. Inſtit. de nuptijs in princip. iuncto tit. Inſtitut. quib. mod. tut. finit. & c. 3. ext. de deſponſatio. impub.*

*c d. c. 3. c. 8. c. 9. c. fi. ext. de deſponſ. impub. c. fi. ext. de eo qui cognouit conſang.*

*De contractu impuberum.*

Vnde ſi pubes & impubes, vel duo im-puberes non proximi pubertati, & in qui-bus ætatem malitia non ſupplet, verbis con-ſenſum matrimonialem exprimentibus contraxerint, nullum inter eos erit matri-monium: vſque adeò, vt ne quidem pu-bertate adueniente matrimonium conua-leſcat: niſi per carnis copulam ſubſecutam, vel aliquem modum alium contrahentes eoſdem cum eiuſdem perſeuerantia volun-tatis, ad pubertatis tempora perueniſſe con-

*d d. c. 9. & fi. c. unic. §. 1. de deſpõſ. impub. in 6.*

ſtiterit euidenter *e*. Licet alioqui illud matrimonium ita perperam contractum, iuris interpretatione reſoluatur in ſponſalia de futuro *f*, vt eo ſaltem modo contractus valeat, quo valere poteſt *g*.

*e tex. in d. c. vnico §. 1. c. à nobis. 8. c. atteſtationes. 10. & c. fi. ext. de deſponſ. impub.*
*f d. c. 10. & c. fin. & d. b. 1*
*g arg. l. ſi tã auguſti 13. ff. de ſeruitutib.*

### *Caſus ſingularis, quo inter impuberes matrimonium permittitur.*

Sanè vnus caſus eſt, quo inter impuberes matrimonium toleratur, ex conſtitutione Nicolai Papæ: Diſtrictius, *inquit*, inhibemus, ne aliqui, quorum vterque vel alter ad ætatem legibus vel Canonibus determinatam non peruenerit, coniungantur; Niſi forte aliqua vrgentiſſima neceſſitate interueniente, vtpote pro bono pacis, talis coniunctio toleretur *h*.

*h tex. eſt in c. 2. ext. de deſponſ. impub. & ibi Panor. vide.*

### *De conſenſu contrahentium Matrimonium.*

Iam quod attinet ad conſenſum contrahentium; is planè in matrimonio contrahendo neceſſarius eſt *i*; adeoq; liber ad omni metu *k*: cùm coactæ nuptiæ difficilem ſoleant habere exitum *l*. Intelligimus autem metum, qui iuſtus eſt, hoc eſt, qui in conſtantem virum cadit *m*. Cuiuſmodi eſt metus mortis, verberum, ſeruitutis *n*, vinculorum *o*, ſtupri *p*. Neque intereſt contrahens

*i c. tua nos. 26 in fi. ext. de ſponſal. c. ſufficiat. 27. q. 2.*
*k c. cum locum. 14. ext. de ſponſal.*

*l d. c. cum locum c. requiſiuit. 17. in fin. ext. de ſponſalib.* *m c. veniens. 15. c. conſulationi. 28. ext. de ſponſalib.* *n l. 3. §. fi. cum ll. ſeqq ff. de eo quod met. cauſ. cap. penult. ext. eodem tit.* *o l. penult. §. ſi iuſto, d. titul.* *p c. iſti quidem. 8. §. quod ſi dederit eodem. tit.*

ſua

ſua culpa, an aliena in hunc metum inciderit; veluti in eo, qui in ſtupro deprehenſus cum puella, ſtricto pugione adigitur, vt cum eadem in matrimonium conueniat *q*.

*Vanus timor Matrimonio nihil obeſt.*

Ceterùm vani metus nulla excuſatio eſt *r*; qualis eſt & metus reuerentialis, quo filius vel filia ob reuerentiam parentum nullis verberibus aut alio iuſto metu adacta in matrimonium oblatum conſentit *s*.

*Purgatur iuſtus metus duobus modis.*

A iuſto tamen metu receſſum videbitur, ſi metum paſſus paſſáve, ſponte alteri contrahentium cohabitauerit *t*, aut corpus illi ſuum commiſcuerit *u*. Conualeſcit enim huiuſmodi matrimonium nouo ſuccedente conſenſu libero, ſaltem tacito *x*.

*Sufficit quocunque modo exprimi conſenſum liberum.*

Nihil verò intereſt, conſenſus in matrimonio verbis, an nutu, an alio indicio à contrahentibus exprimatur *y*. Nam & per procuratorem matrimonium iniri *z* poſſe

*q c. veniens 15. iuncto c. cum locum 14. ext. de ſponſal. l. nec timor. 7. §. 1. cum l. ſeq. ff. de eo quod met. cauſ.*

*r l. vani timoris. 84. ff. de regul. iur. l. metum 9. ff. de eo qui met. cauſ.*

*s l. ſi pater. 22. ff. de ritu nupt.*

*t c. ad id. 21. ext. de ſponſal.*

*u c. 2. & ibi gloſſ. ext. de eo qui dux. in matr.*

*x tam dd. iur. facit tex. in l. 2. C. de his quæ vi metúſue coniunge decretum Conc. Trid de quo infr. de clandeſtino matr. quo huiuſmodi præſumpta matrimonia abrogata ſunt.*

*y c. cum apud 23. c. tuæ fraternitati. 25. & ibidem Panorm. & alij ext. de ſponſal.*

*6. ſufficiat 27. quæſt. 2. iuncta l. 2. ff. de actio. & oblig.*

placuit; dum tamen ad id ſpecialiter conſtitutus; neque medio tempore reuocatus fuerit z.

z c. fi. ſi de procuratorib. lib. 5.

*Matrimonium purè, & ſub conditione contrahitur.*

Planè, & purè, & ſub conditione hic conſenſus interponi poteſt. Purè: veluti, Accipio te in vxorem, & ipſa mulier conſentiat. Sub conditione: Accipio te in vxorem, ſi patri placuerit; vel, ſi tantum dederis. Et purè contractum matrimonium ſtatim effectum ſuum ſortitur: alterum ex euentu conditionis pendet a.

a c. ſuper eo. 5. ext. de cōdit. appoſ. facit c. per tuas 6. ext. iam d. titul. iunge §. ext. conditionali. Iuſtin. de verb. oblig. & vide quæ habet Nauar in Manuali c. 22. nu. 62. cum ſeq.

*Qualis conditio adiici poſſit contractui matrimoniali.*

Conditionem autem honeſtam & poſſibilem intelligimus. Si qua enim turpis vel impoſsibilis conditio contractui matrimonij adiecta fuerit; vt putà, ſi hominem interfeceris, ſi cœlum digito tetigeris; ea pro non adiecta habetur, in fauorem matrimonij b; niſi conditio repugnet naturæ matrimonii; quales ſunt, ſi generationem prolis euitaueris; vel, donec inueniam aliam honore vel facultatibus ditiorem; aut, ſi pro quæſtu adulterandam te tradideris. Nam harum adiectione etiam vnius, contractus matrimonialis vitiatur, nulliuſque momenti eſt c, eò quòd hæ conditiones pugnent cum tribus

b c. 1. c. fin. ext. de condit. appoſ.

c d. c. fin. in princ. c. ſolet cum c. ſeq. 32. q. 2.

tribus bonis (vt appellant) ſubſtantialibus matrimonii, quę ſunt proles, fides, & Sacramentum *d.* d *c. omne 27. quæſt. 2. iunct. d. c. ſolet. cum c. ſeq.*

*Conſenſus parentum an neceſſarius ſit.*

De conſenſu parentum vulgò quæritur, An is omiſſus à filiofamiliàs infirmet cõtractum matrimonii? Sed magis eſt, non infirmare *e*, cùm ſolo contrahentium conſenſu matrimonium conſtet. Idem namque videre eſt & in matrimonio ſerui, repugnante & inuito domino, inito; quod nihilominus verum matrimonium eſt, auctoritate SS. Canonum *f.*

e *per tex. in c. penult. ext. de raptor. in c. per tuas. 6. ext. de condit. ap-poſ. Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. in prin. de reform. matr. & declaratio Carolina in Comitiis Auguſtanis Anno M. D. LXXXIV. titul. de Sacram. matr. circa fi.* f *c. 1. ext. de coniug. ſeruorum, & infrà §. prox. Neque obſtat tex. in c. aliter. 30. q. 5. quia ſeipſum explicat in fin. ibi.* niſi voluntas propria, *& adde c. noſtrates eod. q. 5.*

*Matrimonium impedire propter errorem perſonæ & ſtatus; ſecus de aliis qualitatibus.*

Illud quoque animaduertendum eſt in conſenſu matrimoniali, vt & is in certam perſonam conferatur. Nam ſi quis errore ductus contrahat cum Mæuia quam Titiam arbitratur; nihil efficit *g*: cùm nihil tam contrarium conſenſui ſit, quàm error *h*. Idem eſt, & ſi quis circa ſtatum perſonæ errauerit, putans ſe contrahere cum libera,

g *29. q. 1.*
h *l. ſi per errorem. 15. ff. de iuriſdict. om. iud.*

ra, quæ reuerà ancilla eſt *i*. Quamuis diuerſum ſit, ſi in nobilitate, virginitate, diuitijs, aut in ſimili qualitate erratum fuerit. Nam in his error nihil officit contractui matrimoniali *k*.

*i* cap. 2. c. *ſi* ext. de coniug. *ſeruor.* & *d.* q. 1.

k *d. quæſt.* 1. *Henric. Boich. ad c. propoſuit ext. de coniug. ſeruor.* late Couar. *in 4. ext. in 2. parte cap. 3. §. 7.* Et in his ratio diuerſitatis eſt, quòd non impediatur liber vſus matrimonij; ſecus in aliis.

## Notatio in tit. 10.

*a Ob eandem rationem vitiatur matrimonium, etiamſi conditio honeſta contra ſubſtantiam matrimonij ſit adiecta; veluti, Contraho tecum, ſi mecum viuis in perpetua caſtitate & continentia. De quo Didac. Couarr. in 4. Decret. parte 2. cap. 3. §. 1.*

# QVI RROHIBENTVR MATRIMONIVM CONTRAHERE.

## TITVLVS XI.

### *De duplici genere eorum, qui impediuntur contrahere matrimonium.*

NOn tamen omnibus licet contrahere matrimonium: Quidam enim adeò pro-

prohibentur, quòd matrimonium per eos contractum inane prorſus & irritum ſit. Quidam prohibentur quidem, ſed tamen valet ab ijs contractum matrimonium, ita permittentibus ſacris Canonibus, adeò quòd nefas ſit matrimonium diſſolui. Prioris generis ſunt cognati, affines, Religionem profeſſi, in ſacro Ordine conſtituti, impotentes, infideles, homicidæ, adulteri, coniugati, clam contrahentes matrimonium. Poſterioris generis ſunt ſimplici caſtitatis voto adſtricti, hæretici, inceſtuoſi, & nonnulli alij. De quibus omnibus ſeparatim & ex ordine diſſeremus. α

## Notatio in tit. 11.

α. *Tametſi ad ineundum matrimonium ætas legitima & conſenſus contrahentium ſufficiant, c. cum locum 14. cap. cum apud. 23. ext. de ſponſalib. iuncto cap. 2. de ſponſalibus impub. id tamen ita exaudiendum eſt, dummodo contrahentes matrimonij ſuſcipendi capaces ſint: quod tunc accidit, ſi nullo impedimento Canonum detineatur. nam licet matrimonium à* Deo, *vtpote omnibus hominibus commune, inſtitutum ſit, Geneſ. 1. cap. Eccleſia tamen* CHRISRI, *quæ diuino ſpiritu ducitur, Matth.8. Ioan. & 4. 16. Luc. 10. cap. quoſdam à contrahendo ma-*

*trimonio prudenter ſubmouet, conſtituto in hanc rem duplici impedimentorum genere: Vnum eſt, quo non ſolum quis contrahere prohibetur, verumetiam ſi contraxerit, à contractu tanquam planè inani diſcedere cogitur. Alterum, quo quis ſolum prohibetur contrahere: ſed ſi contraxerit, ſuſtinetur matrimonium; ita ex cauſa permittentibus SS. Canonibus. Vnde prioris generis impedimenta, vulgò impedientia & dirimentia matrimonium appellantur: poſterioris verò, impedientia ſolummodò. De vtroque genere agitur ſeqq. titul.*

# DE COGNATIS.

## TITVLVS XII.

### *Cognati vnde dicantur.*

COgnati dicuntur, qui ex vno nati ſunt: aut, vt Labeoni videtur, qui vnum quaſi naſcendi initium commune habent *a*; vel verè, vt in conſanguineis; vel fictè, ſiue iuris interpretatione, vt in adoptatis & coniunctis ſpirituali cognatione *b*.

a *l. 1. ff. vnde cognatio.*

b *de quibus in §. cognatio ſpir. cum §. ſeq. & vlt. infrà eodem hoc titulo.*

### *Cognatio triplex.*

Quare cognatio triplex eſt: Vna, natura-

turalis ; altera , ſpiritualis ; & tertia , legalis.

*Naturalis Cognatio inter quos eſt.*

Naturalis Cognatio inter eos eſt , qui ex communi parente deſcendunt , qui & conſanguinei dicuntur , quaſi vno ſanguine conjuncti *c.* Quo numero cenſentur non tantùm ex legitimo Matrimonio , ſed & ex illicito concubitu nati *d.*

*Cognationis naturalis triplex ordo.*

Atque horum cognatorum triplex Ordo eſt. Aut enim ſunt aſcendentes , vt parentes ; aut deſcendentes , vt liberi ; aut ex latere ſiue ex tranſuerſo venientes , vt fratres , ſorores , liberique eorum , patruus , amita , auunculus , matertera , patruus magnus , amita magna , id eſt , aui frater & ſoror , auunculus magnus , matertera magna , id eſt , auiæ frater & ſoror *e.*

*c de quibus ext. de conſang. & affin & 25. q. 1. cum qq. ſeqq.*
*d c. per tuas 10. ext. de probat. l. 2. ff. vnde cognati.*

*Inter aſcendentes & deſcendentes perpetua matrimonij prohibitio eſt.*

Et quidē inter aſcendentes & deſcendentes perpetua ſiue in infinitum matrimonii prohibitio eſt , ex iure gentium , teſte Paulo IC. *f*

*e de his & alijs latius tit. Inſtit. de grad. cogna. in l. 1. cum ll. ſeqq. de grad. affin.*

*f in l. ſi. de ritu nupt. iuncta l. nuptiæ. 53. ff. eod. tit. Panorm. ad c. non debet. 8. ext. de conſang. & affin.*

Agunt igitur contra ius gentium , qui contrarium aſſerunt , & ad quartum tantum gradum hanc prohibitionem conſtringunt.

Inter

*Inter tranſuerſales prahibitio quò ſe extendat.*

Inter tranſuerſales verò ſiue ex latere venientes, olim quidem prohibitio matrimonii ſeptimo gradu circumſcripta erat *g*: ſed hodie ex conſtitutione Innocentij III. in generali Concilio Lateranenſi, redacta eſt ad quartum conſanguinitatis gradu *h*. Quare qui quinto gradu ex tranſuerſo à ſe inuicem diſtant, hodie in matrimonium rectè conueniunt *i*: ſimiliter & illi, quorum vnus quinto, alter quarto vel tertio vel proximiore à communi ſtipite diſtant; cùm is, qui remotiori gradu eſt, proximiorem ad ſe trahat fauore Matrimonij *k*.

g *c. de conſang. c. nulli 35. q. 3.* h *c. non debet 8. ext. de conſang. & affin. c. cum inhibitio 3. ext. de clandeſt. deſponſal.* Intellige, vt & is quartus gradus eadem prohibitione cõtineatur: *vt ex ſequent. patet.* i *ex d. c. non debet.* k *c. fin. ext. de conſang. & affin.*

*Quid gradus.*

Gradus autem dicti ſunt, à ſimilitudine ſcalarum locorumque procliuium; quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id eſt, eum qui quaſi ex eo naſcitur, tranſeamus *l*.

l *ita Paulus IC. in l. Iuriſconſultus 10. §. gradus. ff. de grad. affin.*

*Graduum ſubductio.*

Itaque ex adſcendentibus ſurſum verſus, primum gradum occupant pater & mater, ſecundum auus & auia, tertium proauus, proauia; & ſic deinceps. Ex deſcendentibus

tibus deorſum verſus, primũ gradum faciũt filius & filia, ſecundum nepos & neptis, tertium pronepos & proneptis; & ita ſubſequenter *m*. Ex collateralibus verò ſiue tranſuerſalibus primum gradum conſtituunt, frater & ſoror, ſecundum ex his filius & filia, tertium nepos & neptis, quartum pronepos & proneptis *n*. Et inter hos ſolos hodie matrimonium prohibitum eſt *o*. β

m *vt videre eſt ſub tit. Inſtit. de grad. cogna. l. 1. & in l. iuriſconſultus* 10. *de grad. affin. in c. primo gradu* 35. q. 5.
n *c. ad ſedem. c. parentelæ* 35. q. 5.
o *d. c. non debet. ext. de conſang.*

*Subductio graduum in collateralibus.*

Ad cognoſcendũ autẽ, quoto gradu collateralis vel trãſuerſalis, vnus ab altero diſtet, ante omnia inueſtigãdum eſt, in quẽ tanquã communẽ ſtipitẽ vterq; cõcurrat; quo reperto incipiatur ſurſũ verſus ab vtroq; ſi æquales ſint gradus; ſin minus, ab vlteriori: (nã vlterior proximiorẽ ſtipiti ad ſe retrahit in fauorem matrimonij *p*.) Deinde ab hoc gradu trãſitus fiat in proximum gradum, & ſic conſequenter, aſcendendo per ſingulos gradus, proximum ſemper numerando, donec ad cõmunem parentem deueniatur: qui tamẽ parens gradũ non efficit, ſed ipſius filius & filia primum gradum conſtituunt: & ex his filius & filia ſecundum gradum; donec ita per ſingulos gradus deſcendendo, redeatur ad

b *vt ſupra eod. §. inter, in fin.*

eos, de quorum coniunctione agitur *q*.

*q ſimilis ſubducendi formula eſt in d. l. iuriſconſultus. §. ſunt & ex lateribus. & res ipſa dictat.* Neque diſſentit arbor conſanguinitatis, quæ corpori Canonico aſſuta, ad hanc normam videtur explicanda.

### *De cognatione ſpirituali.*

Cognatio ſpiritualis ex eo dicta eſt, quòd contrahatur ratione Sacramentorū, quæ ſpiritualia ſunt: non quidem omnium, ſed duntaxat Baptiſmi & Confirmationis *r*. Etenim per Baptiſmum ſpiritualiter renaſcimur, & per Confirmationem perfectiores reddimur Chriſtiani *s*. Vt igitur per naturalem natiuitatem naturalis cognatio naſcitur *t*: ita per ſpiritualem cognatio ſpiritualis *u*.

*r c. vlt. hoc tit. lib. 6. s c. 2. de cōſec. diſt. 9. t de qua iā ante egimus. u de qua ext. & in 6. de cogn. ſpirit. & in l. ſi quis alumnam 26. C. de nuptiis. cuius & Origenes mentionem facit in epiſt. D. Pauli ad Romanos c. 6.*

### *Cognatio ſpiritualis inter quos contrahatur?*

Contrahitur verò hæc cognatio, iure Decretalium inter Baptizatū, & illum, qui eum ſuſcepit de Baptiſmo, ac inter eundem baptizatū & ſuſcipientis filios & vxorē ante ſuſceptionem carnaliter cognitam ab eodem; imò etiam inter ſuſcipientem, patremq; baptizati & matrem *x*. Quin & ea quę de ſuſcipiente dicuntur; eadem transferuntur & ad baptizantem *y*. Sed & eiſdem modis ex Confirmatione ſpiritualis cognatio oritur. Vtraq; cognatio & ex Baptiſmo, & ex Confirmatione,

*x per textum in cap. 1. de cognat. ſpiri tuali in 6. adde c. 3. 4. 6. & 8. ext. eod. y d. c. 1. § fi.*

ma-

matrimonium non ſolùm impedit contrahendum, verùm etiam poſt contractum dirimit z. Idque iure Decretalium.

z iam gl. leg. iuribus.

*Correctio Concilij Tridentini in cognatione ſpirituali.*

Verùm poſteà Concilium Tridentinum " hanc cognationem ſpiritualem nonnihil reſtrinxit: ſtatuit enim, vt vnus tantùm ſiue vir " ſiue mulier iuxta ſacrorum Canonum inſti- " tuta, vel ad ſummum vnus & vna baptizatum de Baptiſmo ſuſcipiant; inter quos ad " baptizatum ipſum, & illius patrem & matrē, " nec non inter baptizantem & baptizatum, " baptizatiq; patrem ac matrem tantùm ſpiritualis cognatio contrahatur. *Et paucis interie-* " *ctis:* Ea quoq; cognatio, *inquit*, quę ex Confir- " matione contrahitur, confirmantem & confirmatum, illius patrem & matrem ac tenen- " tem non egrediatur: omnibus inter alias per- " ſonas huius ſpiritualis cognationis impedimentis omnino ſublatis *a*. "

*a text. eſt Cōc. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. de reform. mat. vbi latius.*

*De cognatione legali.*

Cognatio legalis ex eo appellationē ſortita eſt, quòd à legibus ciuilibus primùm omnium inuenta & inducta ſit *b*; deinde probata & recepta à ſacris Canonibus *c*. Siqua enim per adoptionem mihi ſoror eſſe

b § *ſed ſi qua. Inſtit. de nupt. l. per adoptionem. 17. ff. de ritu nupt.* c *vt in c. vnic. ext. de cogn. legali. vide c. 30. q. 3. & Couarr. in 4. ext. in 2. parte. c. 6. § 5.*

cœperit, quamdiu durat adoptio, inter me & ipſam nuptiæ conſiſtere non poſſunt *d*. Neq; enim honeſtas patitur (cuius & in cõtrahendis nuptiis habetur ratio *e*) vt quis cũ ſorore, licet adoptiua, in matrimonium coëat.

d *text. eſt in d. c. vnico.*

e *l. ſemper in coniunction. 42. Digeſt. de ritu nupt.*

## Notatio in Tit. 12.

*α. Hinc tamen non inferes, quòd cùm habeamus omnes communem parentem Adamum, ideo nos inuicem cognatos eſſe: quia hic de propinquo parente quaeritur, cuius proſpectu matrimonium vel permittitur vel interdicitur. Vide text. ſing. in c. 1. 35. q. 1.*

*β. Quò ad ſubductionem graduum inter adſcẽdentes, & deſcendentes, hoc eſt, in recta linea, nulla differentia eſt inter ius Canonicum & Ciuile; vt indicant loca in margine adſcripta: at in linea collateralium ſiue tranſuerſalium diſcrimen hoc eſt: quòd de iure Canonum primum gradũ conſtituant frater & ſoror: ſecundum, fratris ſororiſq; filius & filia, & ſic deinceps. De iure Ciuili frater & ſoror ſecundum gradũ faciunt, l. 1. & l. iuriſconſultus 10. ff. de grad. & affin. & tit. Inſt. de grad. Idq; propter ſucceſſionẽ hereditariam, in qua patris vel matris perſona prior numeratur, excluſis fratribus & ſororibus defuncti; d. l. Iuriſconſultus. §. ſunt & ex lateribus. verſ. idem faciendum. Niſi quòd hodie fratres & ſorores ſimul admittantur vnà cum parentibus ex Iuſtin. Nouell.*

118.

118. *de heredibus ab inteſt. § ſi igitur defunctus deſcendentes. cũ §. ſeq.* Itaq; cùm ius Ciuile ſingularem rationem non habeat in gradibus matrimonialibus recenſendis; permittit matrimonium inter liberos duorum fratrum vel ſororum, vel fratris & ſororis, §. *duorum. Inſt. de nuptijs.* quod damnant SS. Canones; quos hac in re meritò ſequimur. Apud Ethnicos, cùm hi propter Baptiſmum non ſuſceptum extra Eccleſiam ſint, adhuc vſus eſſe poteſt iuris Ciuilis. c. *gaudemus, ext. de diuortijs.*

*γ. Hoc idem Decretum cognationis ſpiritualis declarauit Pius V. non excedere debere perſonas in eodem numeratas; ac proinde nullam cognationem ſpiritualem contrahi inter maritum vel vxorem ſuſcipientis & baptizatum, baptizatiq; patrem & matrem, & quaſcunque alias perſonas, tam ex parte ſuſcipientis, quàm baptizantis & baptizati, in dicto Decreto nominatim non expreſſas. Hæc declaratio facta eſt anno M. D. LXVI. 4. Kalend. Decemb. & extat in Bullario Romæ edito.*

# DE AFFINIBVS.

## TITVLVS XIII.

### *Affines qui?*

AFfines ſunt viri & vxoris cognati; dicti « ex eo, quòd duæ cognationes, quæ di- « uerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & « altera ad alterius cognationis finẽ accedit *a*: «

a *l. 4. §. affines. Digeſt. de gradib. affin.*

non quòd cognati viri & vxoris inter ſe affines ſint, ſed quòd cognati viri fiant affines vxori, & è contrà, cognati vxoris fiant affines viro; vt verbi gratia: Titius affinis eſt cognatis vxoris ſuæ, & è diuerſo, vxor eſt affinis cognatis Titij. Ad cæteros enim affinitas non porrigitur *b*. Vt hinc enim pater & filius cum matre & filia, item duo fratres cum duabus ſororibus, auunculus & nepos cum duabus ſororibus, & ſic de cæteris conſanguineis diuerſarum cognationum, inter ſe canonicè coniungantur, non autem ipſe vir cum cognatis mulieris, neque ipſa mulier cum cognatis viri ſui *c*.

b *c. quod ſuper 5. ext. de conſang. & affin.* c d *c. quod ſuper.*

*Affinitatem contrahi etiam ex illicito concubitu.*

Non minus hæc affinitas cõtrahitur iuxta præſcriptũ ſacrorum Canonũ ex illicito concubitu *d*: adeò vt ſi quis priuignam vel aliam ex cognatis vxoris ſuæ cognouerit, nec debitum poſſit petere ab vxore, vtpote iam affine nec ea mortua, cognitam in vxorẽ ducere *e*.

d *c. diſcretionem. 6. & c. 10. ex de. eo qui cogn. cõſang. nec eam. q. 2.* e *c. 11. ext. de eo qui cognouit conſang. c. quædam cum fratre tum cc. ſeqq. 32. q. 7.*

*Prohibitio matrimonij inter affines quouſque ſe extendat.*

Erat & olim hoc impedimentũ matrimonij quod ex affinitate exſurgit, ad ſeptimum vſq; gradũ *f*: ſed hodie inſtar conſanguinitatis redactum eſt ad quartum gradum incluſiuè *g*.

f *c. nullum in vtroque. & æqualiter. c. ſanè. cum c. ſeq. 35. q. 3.*

uè *g*. Cùm enim per mutuam corporum communicationem, vir & mulier vna caro fiant *h*; ratio poſtulat, vt alter ab alterius conſanguineis æquè vt à proprijs abſtineat *i*.

*g c. nō debet 8. §. prohibitio ext. de conſang. & affin. h d. c. que c. ſanè & d. c. in eo. i c. 1. ext. de cōſang. & affi. & d. c. nullū in vtro æqualiter.*

*Correctio huius impedimenti inter affines ex fornicatione.*

Adhibita tamen moderatione Concilij Tridētini quoad affinitatem ex fornicatione prouenientem, quam hîc libet iiſdem verbis ſubjicere: Præterea, *inquit*, Sancta Synodus iiſdē & alijs grauiſſimis de cauſis adducta, impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium poſteà factum dirimit, ad eos tantùm, qui in primo & ſecundo gradu coniunguntur reſtringit. In vlterioribus verò gradibus, ſtatuit, huiuſmodi affinitatem matrimonium poſteà contractum non dirimere *k*. *ß*.

*k ſeſſ. 14. c. 4. in decreto de refor. mat.*

*Inter affines graduum ſubductio.*

INTER affines eodē ordine, quo inter cōſanguineos, gradus ſubducūtur; verbi gratia, qui cum ſorore mea rem habuit; ſiue licitam, vt in matrimonio; ſiue illicitam, id eſt, extra matrimonium; is in eodem gradu, hoc eſt, in primo gradu mihi affinis eſt; qui cum nepte mea, in ſecundo gradu, & ſic deinceps *l*.

*l c. porrò* 35. q. 5. Quid de affinib. aſcendentibus & deſcendent. *vide Hen. Boich. ad c. nō debet n. 1. x de conſang. & affin.*

*De varijs generibus affinitatis.*

CAETERVM hic animaduertẽdum eſt, nos loqui de primo affinitatis genere, non de ſecundo aut vlteriore: quod exemplo illuſtrãdum eſt; Sit mihi frater vel alius conſanguineus, qui Titiam vxorem duxit: hæc Titia mihi meiſque conſanguineis affinis eſt in primo affinitatis genere. Sin fratre vel conſanguineo illo defuncto, ſuperſtes Titia alteri rurſus nupſerit, hic ſecundus maritus Titiæ, mihi & reliquis meis conſanguineis coniunctus erit in ſecundo affinitatis genere; eò quòd nobis iungatur propter copulam cum Titia affine noſtra. Quòd ſi Titiâ mortuâ, hic ſecundus maritus aliam vxorem duxerit, hæc vxor me, cæteroſq; conſanguineos meos continget in tertio affinitatis genere: quia ei iungitur, qui nobis ſecundo affinitatis genere iunctus eſt: Nã copula addita copulæ, efficit hæc diuerſa genera affinitatis. Itaq; iure veteri inter hos affines cuiuſcunq; generis interdictæ erant nuptię *m*. Verũ poſteà ex Innocẽtiana conſtitutione in Cõcilio generali Lateranẽſi edita, interdictũ hoc ad primũ affinitatis genus coarctatũ eſt *n*; ita vt qui ſuperſtiti vxori fratris mei defuncti matrimonio iunctus fuit, non prohibeatur hodie, eâ mortuâ, aliã ducere ex cõſanguinitate meâ; imò nequidẽ filius pro-

m *c.1.n.ſeqq.35.q.10.de propinquis.& c.porro.35.q.2.*
n *in d.c.non debet.circa princ.ext.de conſang.& affin.*

hibe

hibetur ex ſecũdo affinitatis genere natus, ex conſanguinitate mea vxorem accipere *o*.

*o d. c. non debet. vide gloſſ. Panorm. & alios ibidem, & Hoſtienſem in ſumma de affin.*

*De iuſtitia publicæ honeſtatis.*

In affinium claſſem quodammodò referuntur cognati ſponſi & ſponſæ, licèt nondũ matrimonium inter eos contractum ſit *p*. Exigit enim publica honeſtas, vt ſponſus à cognatis ſponſæ ſuæ, & è diuerſo ſponſa à cognatis ſponſi ſui, abſtineat *q*. Non enim in coniunctionibus tantùm ſpectatur, quod licet, ſed etiam quod honeſtũ eſt *r*. Hinc vulgò hoc impedimentum dicitur publicæ honeſtatis iuſtitia, cuius & ius Ciuile meminit *s*.

p *l. ſeruitus* 8. *Digeſt. de grad. affin.* q *c.* 3. *c.* 4. & *c.* 8. *ext. de deſponſ. c.* 4. *cum* 2. *cc. ſeqq. ext. de deſponſ. impub.* r *l. ſemper.* 42. *Dig. de ritu nupt.* s *in l. ſi quæ.* 12. §. 1. *Digeſt. de ritu nupt. in* §. *ſi vxor. Inſtitut. de nuptijs.*

*Iuſtitiam publicæ honeſtatis oriri ex quibuſlibet ſponſalibus.*

Neq; ſolum hoc impedimẽtum prouenit ex ſponſalibus legitimè contractis; verùm etiam, ſi quæ ob cauſam conſanguinitatis, affinitatis, Religionis, profeſſionis, vel ſimilem, ſponſalia perperam contracta ſint, dummodò non ſint nulla ex defectu conſenſus; idq; ex Bonifacij conſtitutione *t*: à qua tamen diſceſſum eſt per Concilium Tridentinum; vt iam dicetur.

t *in c. vnico. de ſpõſ. lib.* 6. *quod & Alexãder III. in ſpõſal. inter cõſang. contract. anteà conſtituerat in* 4. *c. ext. de ſpõſ.*

*De gradibus huius impedimenti.*

Et quidem iure Decretalium, hoc impedimentum quarto gradu circumſcriptũ erat u: Nunc verò ex Decreto Concilij Tridentini valde imminutum eſt; cuius verba hæc ſunt:
„ Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum,
„ vbi ſponſalia quacunque ratione valida non
„ erunt, ſancta Synodus prorſus tollit; vbi au-
„ tem valida fuerint, primum gradum non ex-
„ cedant; quoniam in vlterioribus gradibus
„ iam non poteſt huiuſmodi prohibitio abſq;
„ diſpendio obſeruari x.

u *c. non debet 8 ext. de conſang. & affi. probat eleganter Pan. ad c. ſponſam de ſponſal.* x *tex. eſt ſeſ. 23. c. 3. in decreto de ref. mat.*

*De ſponſalibus de præſenti, quoad hoc impedimentum.*

Vbi tamen meminiſſe oportet, hãc Concilij Tridentini moderationem non pertinere ad ſponſalia, quæ de præſenti appellamus, ſed tantùm ad ſponſalia de futuro, hoc eſt, quæ in futurum tempus matrimonij contrahendi collata ſunt; ex declaratione Pij V. y

y *vide extrauag. ad Romanum. editam anno 1568. in Bullario.*

*De ſponſalibus conditionalibus.*

Sed neq; impedimentum hoc pertinet ad ſponſalia conditionalia, ante conditionis
„ euentum; ſicut diſertè à Bonifacio Octauo
„ expreſſum eſt: Ille verò, *inquit*, qui ſponſalia
„ cum aliqua muliere ſub conditione cõtraxit,
ſi poſtmodum ante conditionis euentũ, cum

alia

alia prioris cõſanguinea, per verba contraxe- "
rit de præſenti; cum ſecunda remanere debe- "
bit: cùm ex ſponſalibus conditionalibus ante "
conditionem extantem, ſicuti conſenſum "
non habentibus & incertis, nulla publicæ
honeſtatis iuſtitia oriatur z y.

z text. eſt in c. vnico. § fi. de ſponſal. lib 6.

*Pœna contrahentium matrimonium in gradibus prohibitis. Item de Diſpenſatione.*

Si quis autem, *inquit Concilium Tridentinum*, "
intra gradus prohibitos ſcienter matrimo- "
nium contrahere præſumpſerit, ſeparetur, & "
ſpe diſpenſationis conſequendæ careat; idq́; "
in eo multò magis locũ habeat, qui non tan-
tùm matrimonium contrahere, ſed etiam "
conſummare auſus fuerit. Quòd ſi ignoran- "
ter id fecerit, ſi quidem ſolennitates requiſi- "
tas in contrahendo matrimonio neglexerit, "
eiſdem ſubjiciatur pœnis. Non enim dignus "
eſt, qui Eccleſię benignitatẽ facilè experiatur, "
cuius ſalubria præcepta temerè contempſit. "
Si verò ſolennitatibus adhibitis, impedimen- "
tum aliquod poſteà ſubeſſe cognoſcatur, "
cuius ille probabilem ignorantiam habuit; "
tunc faciliùs cum eo gratis diſpenſari pote-
rit. In contrahendis matrimonijs vel nulla "
omninò detur diſpenſatio, vel rarò; idq́; ex "
cauſa & gratis concedatur. In ſecundo gradu "
nunquam diſpenſetur; niſi inter magnos "
Principes & ob publicam cauſam *a*. "

a Cõc. Trid. ſeſ. 24. c. 5. de reform. matr. cõiunge c. fi. ext. de clãdeſt. deſpõſ

De

*De liberis ex iniuſtis nuptijs natis ſiue conceptis.*

Porrò quod attinet ad liberos ex iniuſtis nuptijs;eadem ferè diſtinctio adhibetur, vt ſi ſcienter parentes eorum contraxerint, liberi ex eodem matrimonio nati pro illegitimis habeantur;ſi ignoranter, ſed præmiſſa denũciatione publica in Eccleſia, legitimorum numero ſint *b*; adeò quòd & vnius contrahentium ignorãtia hac in re ſufficiat *c*. Secus vbi publica in Eccleſia denunciatio omiſſa fuit; nihil enim tunc prodeſt liberis prętenſa ignorantia parentum;cùm illi taliter contrahendo non expertes ſcientiæ, vel ſaltem affectatores ignorantiæ videantur *d*.

a b *vide c. fi. §. ſi quis vero. ext. de clandeſt. deſponſal. c. 2. ext. qui filii ſint legit.* c *gloſſ. ad d. §. ſi quis per text. ſing. in c. penult. ext. qui filii ſint legit.* d *d. §. ſi quis verò.*

# Notatio in Tit. 13.

a. *Ratio huius ex* D. *Paulo deſumi poteſt,* 1. *Corinth. 6. vbi his verbis inquit;* N*eſcitis, quoniã corpora veſtra membra ſunt* C*hriſti.* T*ollens ergo membra* C*hriſti, faciam membra meretricis? Abſit. An neſcitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur?* E*runt enim* [*inquit*] *duo in carne vna.* H*æc* D. *Paulus. Adde c. in eod. 32. q. 4. vnde fit quòd hæc vnitas non minus contingat in illicito concubi-*

*tu-*

*tu, quàm in licito. Cui & hoc conſequens eſt, vt ſi nulla adhuc carnalis copula inter maritum & vxorem intercesſerit, nulla quoque affinitas ex tali matrimonio propriè oriatur, ſed tantummodò impedimentum publicæ honeſtatis. c. ſi quis vxorem, cum c. ſeq. 27. q. 2. de quo in §. in affinium. infrà eodem.*

*β. Adeò quod in vlterioribus gradibus matrimonium liberè & licitè contrahatur; ex declaratione Pij V. in extra. incip. Ad Roman. Pont. edita anno M. D. LXVI. 4. Kal. Decemb. Extat in Bullario Romæ impreſſo.*

*γ. Quod adeò obtinet, etiamſi conditio iurata adiecta ſit; à qua tamen receſſum intelligitur per præſentem conſenſum matrimonialem, vel per copulam carnalem ſubſecutam inter ſponſum & ſponſam, c. 3. ext. de cond. appoſ. Obſeruatis tamen ijs quæ dicentur infrà de clam contrah. matrim.*

# DE PROFESSIS, ET SACRO ORDINE INSIGNITIS.

## TITVLVS XIV.

PRofeſſos intelligimus, Monachos, Moniales, omneſq; alios, qui votum caſtitatis ſo-

### *Inter tranſuerſales prahibitio quò ſe extendat.*

Inter tranſuerſales verò ſiue ex latere venientes, olim quidem prohibitio matrimonii ſeptimo gradu circumſcripta erat *g*: ſed hodie ex conſtitutione Innocentij III. in generali Concilio Lateranenſi, redacta eſt ad quartum conſanguinitatis gradū *h*. Quare qui quinto gradu ex tranſuerſo à ſe inuicem diſtant, hodie in matrimonium rectè conueniunt *i*: ſimiliter & illi, quorum vnus quinto, alter quarto vel tertio vel proximiore à communi ſtipite diſtant; cùm is, qui remotiori gradu eſt, proximiorem ad ſe trahat fauore Matrimonij *k*.

g *c. de conſang. c. nulli* 35. *q.* 3. h *c. non debet* 8. *ext. de conſang. & offin. c. cum inhibitio* 3. *ext. de clandeſt. deſponſal.* Intellige, vt & is quartus gradus eadem prohibitione cō tineatur: *vt ex ſequent. patet.* i *ex d. c. non debet.* k *c. fin. ext. de conſang. & affin.*

### *Quid gradus.*

Gradus autem dicti ſunt, à ſimilitudine ſcalarum locorumque procliuium; quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id eſt, eum qui quaſi ex eo naſcitur, tranſeamus *l*.

l *ita Paulus IC. in l. Iuriſconſultus* 10. §. *gradus. ff. de grad. affin.*

### *Graduum ſubductio.*

Itaque ex adſcendentibus ſurſum verſus, primum gradum occupant pater & mater, ſecundum auus & auia, tertium proauus, proauia; & ſic deinceps. Ex deſcenden-

tibus deorſum verſus, primū gradum faciūnt filius & filia, ſecundum nepos & neptis, tertium pronepos & proneptis; & ita ſubſequenter *m*. Ex collateralibus verò ſiue tranſuerſalibus primum gradum conſtituunt, frater & ſoror, ſecundum ex his filius & filia, tertium nepos & neptis, quartum pronepos & proneptis *n*. Et inter hos ſolos hodie matrimonium prohibitum eſt *o*. β

m *vt videre eſt ſub tit. Inſtit. de grad. cogna. l. 1. & in l. iuriſconſultus* 10. *de grad. affin. in c. primo gradu* 35. *q.* 5.

n *c. ad ſedem. c. parentelæ* 35. *q.* 5.

o *d. c. non debet. ext. de conſang.*

*Subductio graduum in collateralibus.*

Ad cognoſcendū autē, quoto gradu collateralis vel trāſuerſalis, vnus ab altero diſtet, ante omnia inueſtigādum eſt, in quē tanquā communē ſtipitē vterq; cōcurrat; quo reperto incipiatur ſurſū verſus ab vtroq;, ſi æquales ſint gradus; ſin minus, ab vlteriori: (nā vlterior proximiorē ſtipiti ad ſe retrahit in ſaporem matrimonij *p*.) Deinde ab hoc gradu trāſitus fiat in proximum gradum, & ſic conſequenter, aſcendendo per ſingulos gradus, proximum ſemper numerando, donec ad cōmunem parentem deueniatur: qui tamē parens gradū non efficit, ſed ipſius filius & filia primum gradum conſtituunt: & ex his filius & filia ſecundum gradum; donec ita per ſingulos gradus deſcendendo, redeatur ad

p *vt ſupra eod. §. inter, in fin.*

L eos,

eos, de quorum coniunctione agitur *q*.

*q ſimilis ſubducendi formula eſt, in d. l. iuriſconſultus. §. ſunt & ex lateribus. & res ipſa dictat.* Neque diſſentit arbor conſanguinitatis, quæ corpori Canonico aſſuta, ad hanc normam videtur explicanda.

### *De cognatione ſpirituali.*

Cognatio ſpiritualis ex eo dicta eſt, quòd contrahatur ratione Sacramentorũ, quæ ſpiritualia ſunt: non quidem omnium, ſed duntaxat Baptiſmi & Confirmationis *r*. Etenim per Baptiſmum ſpiritualiter renaſcimur, & per Confirmationem perfectiores reddimur Chriſtiani *s*. Vt igitur per naturalem natiuitatem naturalis cognatio naſcitur *t*: ita per ſpiritualem cognatio ſpiritualis *u*.

*r c. vlt. hoc tit. lib. 6. s c. 2. de cõſec. diſt. 9. t de qua iã ante egimus. u de quà ext. & in 6. de cogn. ſpirit. & in l. ſi quis alumnam 26. C. de nuptiis. cuius & Origenes mentionem facit in epiſt. D. Pauli ad Romanos c. 6.*

### *Cognatio ſpiritualis inter quos contrahatur?*

" Contrahitur verò hæc cognatio, iure De-
" cretalium inter Baptizatũ, & illum, qui eum
" ſuſcepit de Baptiſmo, ac inter eundem bapti-
" zatũ & ſuſcipientis filios & vxorẽ ante ſuſce-
" ptionem carnaliter cognitam ab eodem; imò
" etiam inter ſuſcipientem, patremq; baptizati
" & matrem *x*. Quin & ea quę de ſuſcipiente
" dicuntur; eadem transferuntur & ad bapti-
" zantem *y*. Sed & eiſdem modis ex Confirmatione ſpiritualis cognatio oritur. Vtraq; cognatio & ex Baptiſmo, & ex Confirmatione,

*x per textum in cap. 1. de cognat. ſpirituali in 6. adde c. 3. 4. 6. & 8. ext. eod. y d. c. 1. §. fi.*

ma-

matrimonium non ſolùm impedit contrahendum, verùm etiam poſt contractum dirimit z. Idque iure Decretalium.

z iam gl. leg. iuribus.

*Correctio Concilij Tridentini in cognatione ſpirituali.*

Verùm poſteà Concilium Tridentinum " hanc cognationem ſpiritualem nonnihil reſtrinxit: ſtatuit enim, vt vnus tantùm ſiue vir " ſiue mulier iuxta ſacrorum Canonum inſti" tuta, vel ad ſummum vnus & vna baptizatum de Baptiſmo ſuſcipiant; inter quos ad " baptizatum ipſum, & illius patrem & matrē, " nec non inter baptizantem & baptizatum, " baptizatiq; patrem ac matrem tantùm ſpiritualis cognatio contrahatur. *Et paucis interiectis:* " Ea quoq; cognatio, *inquit*, quę ex Confir" matione contrahitur, confirmantem & confirmatum, illius patrem & matrem ac tenen" tem non egrediatur: omnibus inter alias per" ſonas huius ſpiritualis cognationis impedimentis omnino ſublatis *a*. "

*a text. eſt Cōc. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. de reform. mat. vbi latius.*

*De cognatione legali.*

Cognatio legalis ex eo appellationē ſortita eſt, quòd à legibus ciuilibus primùm omnium inuenta & inducta ſit *b*; deinde probata & recepta à ſacris Canonibus *c*. Siqua enim per adoptionem mihi ſoror eſſe

b *§ ſed ſi qua. Inſtit. de nupt. l. per adoptionem. 17. ff. de ritu nupt.* c *vt in c. vnic. ext. de cogn. legali. vide c. 30. q. 3. & Couarr. in 4. ext. in 2. parte. c. 6. § . 5.*

cœperit,quamdiu durat adoptio, inter me & ipſam nuptiæ conſiſtere non poſſunt *d*. Neq; enim honeſtas patitur( cuius & in cōtrahendis nuptiis habetur ratio *e*)vt quis cū ſorore, licet adoptiua,in matrimonium coëat.

d *text.eſt in d.c.vnico.*

e *l.ſemper in coniunction.42 .Digeſt.de ritu nupt.*

# Notatio in Tit. 12.

*α. Hinc tamen non inferes, quòd cùm habeamus omnes communem parentem Adamum, ideo nos inuicem cognatos eſſe: quia hic de propinquo parente quæritur, cuius proſpectu matrimonium vel permittitur vel interdicitur. Vide text.ſing. in c.1.35.q.1.*

*β. Quò ad ſubductionem graduum inter adſcēdentes,& deſcendentes, hoc eſt,in recta linea, nulla differentia eſt inter ius Canonicum & Ciuile;vt indicant loca in margine adſcripta: at in linea collateralium ſiue tranſuerſalium diſcrimen hoc eſt: quòd de iure Canonum primum gradū conſtituant frater & ſoror:ſecundum, fratris ſororiſq́; filius & filia, & ſic deinceps. De iure Ciuili frater & ſoror ſecundum gradū faciunt,l.1.& l.iuriſconſultus 10.ff.de grad. & affin.& tit.Inſt.de grad. Idq́; propter ſucceſsionē hereditariam, in qua patris vel matris perſona prior numeratur, excluſis fratribus & ſororibus defuncti; d.l. Iuriſconſultus. §. ſunt & ex lateribus.verſ.idem faciendum.Niſi quòd hodie fratres & ſorores ſimul admittantur vnà cum parentibus ex Iuſtin. Nouell. 118.*

118. *de heredibus ab inteſt.* § *ſi igitur defunctus deſcendentes. cũ* §. *ſeq.* Itaq; cùm ius Ciuile ſingularem rationem non habeat in gradibus matrimonialibus recenſendis; permittit matrimonium inter liberos duorum fratrum vel ſororum, vel fratris & ſororis, §. *duorum. Inſt. de nuptijs.* quod damnant SS. Canones; quos hac in re meritò ſequimur. Apud Ethnicos, cùm hi propter Baptiſmum non ſuſceptum extra Ecclleſiam ſint, adhuc vſus eſſe poteſt iuris Ciuilis. *c. gaudemus, ext. de diuortijs.*

7. Hoc idem Decretum cognationis ſpiritualis declarauit Pius V. non excedere debere perſonas in eodem numeratas; ac proinde nullam cognationem ſpiritualem contrahi inter maritum vel vxorem ſuſcipientis & baptizatum, baptizatiq́; patrem & matrem, & quaſcunque alias perſonas, tam ex parte ſuſcipientiũ, quàm baptizantis & baptizati, in dicto Decreto nominatim non expreſſas. Hæc declaratio facta eſt anno M. D. LXVI. 4. Kalend. Decemb. & extat in Bullario Romæ edito.

# DE AFFINIBVS.

## TITVLVS XIII.

### *Affines qui?*

AFfines ſunt viri & vxoris cognati; dicti " ex eo, quòd duæ cognationes, quæ di- " uerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & " altera ad alterius cognationis finẽ accedit a: "

a *l. 4. §. affines. Digeſt de gradib. affin.*

non quòd cognati viri & vxoris inter ſe affines ſint, ſed quòd cognati viri fiant affines vxori, & è contrà, cognati vxoris fiant affines viro; vt verbi gratia: Titius affinis eſt cognatis vxoris ſuæ, & è diuerſo, vxor eſt affinis cognatis Titij. Ad cæteros enim affinitas non porrigitur *b*. Vt hinc enim pater & filius cum matre & filia, item duo fratres cum duabus ſororibus, auunculus & nepos cum duabus ſororibus, & ſic de cæteris conſanguineis diuerſarum cognationum, inter ſe canonicè coniungantur, non autem ipſe vir cum cognatis mulieris, neque ipſa mulier cum cognatis viri ſui *c*.

b *c. quod ſuper 5. ext. de conſang. & affin.* c *d c. quod ſuper.*

*Affinitatem contrahi etiam ex illicito concubitu.*

Non minus hæc affinitas cõtrahitur iuxta præſcriptũ ſacrorum Canonũ ex illicito concubitu *d*; adeò vt ſi quis priuignam vel aliam ex cognatis vxoris ſuæ cognouerit, nec debitum poſſit petere ab vxore, vtpote iam affine nec ea mortua, cognitam in vxorẽ ducere *e*. *a*.

d *c. diſcretionem. 6. & c. 10. ex de. eo qui cogn. cõſang. nec eam. q. 2.* e *c. 1. ext. de eo qui cognouit conſang. c. quædam cum fratre cum cc. ſeqq. 32. q. 7.*

*Prohibitio matrimonij inter affines quouſque ſe extendat.*

Erat & olim hoc impedimentũ matrimonij quod ex affinitate exſurgit, ad ſeptimum vſq; gradũ *f*: ſed hodie inſtar conſanguinitatis redactum eſt ad quartum gradum incluſiuè *g*.

f *c. nullum in vtroque. c. æqualiter. c. ſanè. cum c. ſeq. 35. q. 3.*

uè *g*. Cùm enim per mutuam corporum communicationem, vir & mulier vna caro fiant *h*; ratio poſtulat, vt alter ab alterius conſanguineis æquè vt à proprijs abſtineat *i*.

*g c. nõ debet* 8. §. *prohibitio ext. de conſang. & affin. h d. c. nullũ in vtroque c. ſanè & d. c. in eo. i c.* 1. *ext. de cõſang. & affi. & d. c. æqualiter.*

*Correctio huius impedimenti inter affines ex fornicatione.*

Adhibita tamen moderatione Concilij Tridẽtini quoad affinitatem ex fornicatione prouenientem, quam hĩc libet ijſdem verbis ſubjicere: Præterea, *inquit*, Sancta Synodus iiſdẽ & alijs grauiſſimis de cauſis adducta, impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium poſteà factum dirimit, ad eos tantùm, qui in primo & ſecundo gradu coniunguntur reſtringit. In vlterioribus verò gradibus, ſtatuit, huiuſmodi affinitatem matrimonium poſteà contractum non dirimere *k*. *β*.

*k ſeſſ.* 14. *c.* 4. *in decreto de refor. mat.*

*Inter affines graduum ſubductio.*

INTER affines eodẽ ordine, quo inter cõſanguineos, gradus ſubducũtur; verbi gratiâ, qui cum ſorore mea rem habuit; ſiue licitam, vt in matrimonio; ſiue illicitam, id eſt, extra matrimonium; is in eodem gradu, hoc eſt, in primo gradu mihi affinis eſt; qui cum nepte mea, in ſecundo gradu, & ſic deinceps *l*.

*l c. porrò* 35. *q.* 5. Quid de affinib. aſcendentibus & deſcendent. *vide Hen. Boich. ad c. nõ debet nu.* 1. *x de conſang. & affin.*

*De varijs generibus affinitatis.*

CAETERVM hîc animaduertẽdum eſt, nos loqui de primo affinitatis genere; non de ſecundo aut vlteriore: quod exemplo illuſtrãdum eſt; Sit mihi frater vel alius conſanguineus, qui Titiam vxorem duxit: hæc Titia mihi meiſque conſanguineis affinis eſt in primo affinitatis genere. Sin fratre vel conſanguineo illo defuncto, ſuperſtes Titia alteri rurſus nupſerit, hic ſecundus maritus Titiæ, mihi & reliquis meis conſanguineis coniunctus erit in ſecundo affinitatis genere; eò quòd nobis iungatur propter copulam cum Titia affine noſtra. Quòd ſi Titiâ mortuâ, hic ſecundus maritus aliam vxorem duxerit, hæc vxor me, cæteroſq; conſanguineos meos continget in tertio affinitatis genere: quia ei iungitur, qui nobis ſecundo affinitatis genere iunctus eſt: Nã copula addita copulæ, efficit hæc diuerſa genera affinitatis. Itaq; iure veteri inter hos affines cuiuſcunq; generis interdictæ erant nuptię *m*. Verũ poſteà ex Innocẽtiana conſtitutione in Cõcilio generali Lateranẽſi edita, interdictũ hoc ad primũ affinitatis genus coarctatũ eſt *n*; ita vt qui ſuperſtiti vxori fratris mei defuncti matrimonio iunctus fuit, non prohibeatur hodie, eâ mortuâ, aliã ducere ex cõſanguinitate meâ; imò nequidẽ filius pro-

m *c.1.n.ſeqq.35.q.10.de propinquis.& c.porro.35.q.2.*
n *in d.c.non debet.circa princ.ext.de conſang.& affin.*

hibe

hibetur ex ſecũdo affinitatis genere natus, ex conſanguinitate mea vxorem accipere *o*.

*o d. c. non debet. vide gloſſ. Panorm. & alios ibidem, & Hoſtienſem in ſumma de affin.*

*De iuſtitia publicæ honeſtatis.*

In affinium claſſem quodammodò referuntur cognati ſponſi & ſponſæ, licèt nondũ matrimonium inter eos contractum ſit *p*. Exigit enim publica honeſtas, vt ſponſus à cognatis ſponſæ ſuæ, & è diuerſo ſponſa à cognatis ſponſi ſui, abſtineat *q*. Non enim in coniunctionibus tantùm ſpectatur, quod licet, ſed etiam quod honeſtum eſt *r*. Hinc vulgò hoc impedimentum dicitur publicæ honeſtatis iuſtitia, cuius & ius Ciuile meminit *s*.

p *l. ſeruitus* 8. *Digeſt. de grad. affin.* q *c.* 3. *c.* 4. *& c.* 8. *ext. de deſponſ. c.* 4. *cum* 2. *cc. ſeqq. ext. de deſponſ. impub.* r *l ſemper.* 42. *Dig. de ritu nupt.* s *in l. ſi quæ.* 12. §. 1. *Digeſt. de ritu nupt. in* §. *ſi vxor. Inſtitut. de nuptijs.*

*Iuſtitiam publicæ honeſtatis oriri ex quibuſlibet ſponſalibus.*

Neq; ſolum hoc impedimẽtum prouenit ex ſponſalibus legitimè contractis; verùm etiam, ſi quæ ob cauſam conſanguinitatis, affinitatis, Religionis, profeſſionis, vel ſimilem, ſponſalia perperam contracta ſint, dummodò non ſint nulla ex defectu conſenſus; idq; ex Bonifacij conſtitutione *t*: à qua tamen diſceſſum eſt per Concilium Tridentinum; vt iam dicetur.

t *in c. vnico. de ſpõſ. lib.* 6. *quod & Alexãder* III. *in ſpõſal. inter cõſang. contract. anteà conſtituerat in* 4. *c. ext. de ſpõſ.*

*De gradibus huius impedimenti.*

Et quidem iure Decretalium hoc impedimentum quarto gradu circumſcriptũ erat *u*: Nunc verò ex Decreto Concilij Tridentini valde imminutum eſt; cuius verba hæc ſunt:
„ Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum,
„ vbi ſponſalia quacunque ratione valida non
„ erunt, ſancta Synodus prorſus tollit; vbi au-
„ tem valida fuerint, primum gradum non ex-
„ cedant; quoniam in vlterioribus gradibus
„ iam non poteſt huiuſmodi prohibitio abſq;
„ diſpendio obſeruari *x*.

*u c. non debet 8 ext. de conſang. & aff. probat eleganter Pan. ad c. ſponſam de ſponſal. x tex. eſt ſeſ. 23. c. 3. in decreto de ref. mat.*

*De ſponſalibus de præſenti, quoad hoc impedimentum.*

Vbi tamen meminiſſe oportet, hãc Concilij Tridentini moderationem non pertinere ad ſponſalia, quæ de præſenti appellamus, ſed tantùm ad ſponſalia de futuro, hoc eſt, quæ in futurum tempus matrimonij contrahendi collata ſunt; ex declaratione Pij V. *y*

*y vide extrauag. ad Romanum, editam anno 1568. in Bullario.*

*De ſponſalibus conditionalibus.*

Sed neq; impedimentum hoc pertinet ad ſponſalia conditionalia, ante conditionis
„ euentum; ſicut diſertè à Bonifacio Octauo
„ expreſſum eſt: Ille verò, *inquit*, qui ſponſalia
„ cum aliqua muliere ſub conditione cõtraxit,
ſi poſtmodum ante conditionis euentũ, cum

alia

alia prioris cõſanguinea, per verba contraxe- "
rit de præſenti; cum ſecunda remanere debe- "
bit: cùm ex ſponſalibus conditionalibus ante "
conditionem extantem, ſicuti conſenſum "
non habentibus & incertis, nulla publicæ
honeſtatis iuſtitia oriatur z. y. z text. eſt in c. vnico. § fi. de ſponſal. lib 6.

*Pœna contrahentium matrimonium in gradibus prohibitis. Item de Diſpenſatione.*

Si quis autem, *inquit Concilium Tridentinum*, "
intra gradus prohibitos ſcienter matrimo- "
nium contrahere præſumpſerit, ſeparetur, & "
ſpe diſpenſationis conſequendæ careat; idq; "
in eo multò magis locũ habeat, qui non tan-
tùm matrimonium contrahere, ſed etiam "
conſummare auſus fuerit. Quòd ſi ignoran- "
ter id fecerit, ſi quidem ſolennitates requiſi- "
tas in contrahendo matrimonio neglexerit, "
eiſdem ſubijciatur pœnis. Non enim dignus "
eſt, qui Eccleſię benignitatẽ facilè experiatur, "
cuius ſalubria præcepta temerè contempſit. "
Si verò ſolennitatibus adhibitis, impedimen- "
tum aliquod poſteà ſubeſſe cognoſcatur, "
cuius ille probabilem ignorantiam habuit; "
tunc faciliùs cum eo gratis diſpenſari pote- "
rit. In contrahendis matrimonijs vel nulla "
omninò detur diſpenſatio, vel rarò; idq; ex "
cauſa & gratis concedatur. In ſecundo gradu "
nunquam diſpenſetur; niſi inter magnos "
Principes & ob publicam cauſam *a*. "

a *Cõc. Trid. ſeſ. 24. c. 5. de reform. matr. cõiunge c. fi. ext. de clãdeſt. deſpõſ*

De

*tu, quàm in licito. Cui & hoc conſequens eſt, vt ſi nulla adhuc carnalis copula inter maritum & vxorem interceſſerit, nulla quoque affinitas ex tali matrimonio propriè oriatur, ſed tantummodò impedimentum publicæ honeſtatis. c. ſi quis vxorem, cum c. ſeq. 27. q. 2. de quo in §. in affinium. infrà eodem.*

*β. Adeò quod in vlterioribus gradibus matrimonium liberè & licitè contrahatur; ex declaratione Pÿ V. in extra. incip. Ad Roman. Pont. edita anno M. D. LXVI. 4. Kal. Decemb. Extat in Bullario Romæ impreſſo.*

*γ. Quod adeò obtinet, etiamſi conditio iurata adiecta ſit; à qua tamen receſſum intelligitur per præſentem conſenſum matrimonialem, vel per copulam carnalem ſubſecutam inter ſponſum & ſponſam, c. 3. ext. de cond. appoſ. Obſeruatis tamen ÿs quæ dicentur infrà de clam contrah. matrim.*

# DE PROFESSIS, ET SACRO ORDINE INSIGNITIS.

## TITVLVS XIV.

PRofeſſos intelligimus, Monachos, Moniales, omneſq; alios, qui votum caſtitatis ſo-

ſolemne emiſerunt in Religione aliqua à Sede Apoſtolica approbata: Inſignitos ſacro ordine; Subdiaconos, Diaconos, Preſbyteros, Epiſcopos, de quibus ſuprà diſſeruimus *a*. Atque his omnibus nuptias planè interdictas eſſe, conuincunt ſacri Canones *b*; licèt in voto ſimplici alio iure vtamur *c*. In quã rem iuuat adferre reſcriptum Bonifacij VIII. ad Epiſcopum Bituricenſem, cuius hęc verba ſunt: Pręſentis declarandum duximus oraculo ſanctionis; illud ſolum votũ debere dici ſolemne, quantum ad poſt contractum matrimonium dirimendum, quod ſolemnizatum fuerit per ſuſceptionem ſacri Ordinis, aut per profeſſionem expreſſam vel tacitam factam alicui de Religionibus per Sedem Apoſtolicam approbatis. Reliqua verò vota etſi quãdoq; matrimonium impediant contrahendum, & quanto manifeſtius ſunt emiſſa, tanto propter plurium ſcandalum & exemplum durior pœnitentia tranſgreſſoribus debeatur: non tamen reſcindere poſſunt matrimonia poſt contracta *d*.

a *l.1.tit.4.& 5.* b *c.vouentibus. cap. ſi nupſerit.c.quid interrogaſti.c.penult.& vltim.diſt. 17.c.ſi quis eorum.c.de illo.diſt.32.c 1.c.2.extrauag.qui clerici vel vouent.* Concil. *Trid.ſeſſ.24.canon.9. de Sacrament. matrim.*

c *c.3.c.6.ext.d.tit.qui clerici vel vouent.*

d *text.eſt in c.vnico de voto & voti redempt.in 6.*

No-

# Notatio in Tit. 14.

*Adde & in profeſſos, & ſacris Ordinibus inſignitos, item in cognatos & affines in gradibus interdictis matrimonium ſcienter contrahentes, pœnam excommunicationis ipſo iure conſtitutam eſſe; ex Decreto Clementis V. in Concilio Viennenſi. extat in c. vnico. de conſang. & affinitat. in Clem. de quo apud Nauarrum in Manuali c. 27. n. 141.*

## DE
# FRIGIDIS, MALEFICIATIS
## ALIISQVE
# IMPOTENTIBVS.
## TITVLVS XV.

*Frigidi & maleficiati, qui contrahere matrimonium non poſſunt.*

FRigidi præſenti loco dicũtur, qui naturali frigiditate ita conflictantur, quòd mulieri cõmiſceri nõ poſſint. Maleficiati, qui dæmonis aut improbi hominis faſcinatione cõſtricti, prępediuntur idẽ officiũ exercere; quibus & idcircò matrimonio interdictũ eſt *a*. Sicut enim

*a c. 2 c. 3. c. 5 6. extra de frig. & malef. c. requiſiſti. cap. ſi per ſortiarias. 33. q. 1.*

„ enim puer, *inquit Alexander* III. qui nō poteſt „ reddere debitum, non eſt aptus coniugio: ſic „ qui impotentes ſunt, minimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur *b*.

b c 8. ext. hoc titul.

*De mulieribus obſtructis. Item de ſpadonibus & caſtratis.*

Quare idem iudicium eſt de mulieribus adeò obſtructis, vt cognoſci non poſſint *c*; item de ſpadonibus & caſtratis *d*.

c *c.3. c. fraternitatis. ext. eod. tit.* d *per text. in d.c.2. & d.c.5. in verbis; Quod nunquam per carnis copulam. Panorm. ad c. 2. num. 5. ext. eod. tit.*

*Frigiditas & maleficium triennio exploranda, &c.*

Vbi tamen contractum eſt matrimonium à frigido, & de frigiditate non conſtat, non antè matrimonium dirimitur, quàm triennium cohabitationis præceſſerit, iuxta formam à Cœleſtino, & Gregorio Summis Pontificibus præſcriptam *e*. Quæ & in maleficiato diſiungendo ferè obſeruatur *f*. β

e *in c. laudabilem. 5. ext. hoc tit. & in c. requiſiſti. 33. q. 1. Huius triennij meminit & Iuſti. in Nouell. 24. de nuptijs §. per occaſionem.* f *vt in c. ſi. ext. hoc tit. adde Henric. Boich. ibi d. facit c. ſi per fortia 33. q. 1.*

*Mulier obſtructa quando ſeparanda.*

Sed & in muliere obſtructa hoc iure vtimur, vt matrimonio iuncta tunc demum ſeparetur, vbi humana opera vel induſtria, ſine graui læſione corporis curari nequit *g*.

g c. 3. c. 6. ext. eod.

*Impe-*

*Impeditis frigiditate vel obſtructione cohabitatio permittitur.*

Non tamen prohibentur frigiditate, vel obſtructione impediti, ex vtriuſque conſenſu ſimul commorari, vt quam vir vxorem habere non poteſt, habeat ſaltem vt ſororem, ex reſcriptis Lucij, & Cæleſtini, SS. Pontificum. h *in c.4. & c.5. ext. hoc tit. de frigidis.*

## Notatio in Tit. 15.

*α. Spadonis generalis appellatio eſt continens eum qui generare non poteſt; ſiue natura ſua, ſiue ex accidenti: veluti cui pars genitalis abeſt, l. ſpadonum 128. ff. de verb. ſignif. l. ſi ſerua 40. §. ſi ſpadoni. ff. de iure dotium. Propriè verò & ſpeciali nomine Spado à Caſtrato ſeparatur: Spado à natura vitium habet. l. 2. §. illud, & l. arrogato 40. §. fin. Digeſt. de adoption. Caſtratus ex accidenti, l. ſed eſt quæſitum 6. Digeſt. de lib. & poſt. In Spadone ius Ciuile admittit matrimonium; non verò in Caſtrato. d. §. ſi Spadoni, & d. l. ſed eſt quæſitum, iuncta l. 4. §. fin. & l. 6. ff. ad l. Corn. de Sicar. At de iure Canonico vterque perperam matrimonium contrahit, ex ratione text. in cap. 2. ext. de frig. & maleſ. eo, ſcilicet, caſu, quo erigere non poteſt, & immittere in vas debitum mulieris; aliàs ſecus, etiamſi ſine ſemine fiat: cùm hoc caſu remedium eſſe poſſit euitandæ fornicationis, ſicut latè docet Nauarr. conſ. 2. de*

*ſrig. & maleſ.* Cæterum Henricus Henriquez *in tomo* 1. *ſummæ* Theolog. *moralis lib.* 12. *de imped. matrimonii, cap.* 8. *refert* Sixtum Papam V. *conſtitutione ſua declaraſſe generaliter, quòd ſpado ſeu eunuchus vtroque teſticulo priuatus, eſt & ſemper fuit omnino matrimonio inhabilis, etiam ſciente & conſentiente fœmina. Verùm hactenus videre non licuit eam conſtitutionem, vt inde certiorem ſententiam potuiſſem elicere, & lectori proponere.*

β. *Vbi igitur de frigiditate viri manifeſtè conſtare non poteſt, forma hæc ſeruatur, vt à tempore celebrati matrimonii coniuges per triennium cohabitent, & rei coniugali operam dent: quo elapſo, ſi cum ſeptima propinquorum manu vel vicinorum bonæ famæ (ſi propinqui defuerint) iurent tactis SS.* Euangeliis *ſe commiſceri non potuiſſe; quod tunc à ſe inuicem ſeparari poßint: & permitti mulieri, vt ad alias nuptias tranſeat. c. laudabilem.* 5. *extr. de ſrig. & maleſ.* Et *quidem ipſe vir & mulier iuramentum veritatis præſtabunt; quòd, ſcilicet, bona fide dederint operam copulæ carnali. Alii verò iuramentum credulitatis; quòd credant vtrumque verum iuraße, argument. cap. quoties.* 5. *extr. de purg. canon.* In *maleficio idem triennium cohabitationis, eademque iuramenti forma requiritur, præter pœnitentiam, quam ex iudicis præcepto coniuges ſubire coguntur de peccatis,*

vt

*vt ſi fortè Deus conſummationem matrimonii annuat, iuxta c. fin. ext. de frig. & maleſ. Vide ibidem Panorm.*

# DE INFIDELIBVS.

## TITVLVS XVI.

*Inter infideles verum matrimonium contrahitur: non autem inter fidelem & infidelem.*

TAmetſi inter infideles, hoc eſt, qui nondum Chriſtianis ſacris initiati ſunt, verum & legitimum conſtet matrimonium etiam in ſecundo conſanguinitatis gradu *a*: non tamen inter fidelem & infidelem *b*. Nam, auctore Cypriano, iungere cum infidelibus vinculum matrimonii, eſt proſtituere cum gentilibus membra Chriſti *c*. Et huc ſpectat illud Diui Pauli; Nolite iugum ducere cum infidelibus: quæ enim participatio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli *d*? ſed ſi vult, nubat tantùm in Domino *e*. Hinc ex conſtitutione Valentin. Theodoſ. & Arcad. Imperatorum, Chriſtianus, ſi Iudæam, vel Iudæus, ſi Chriſtianam in coniugem ſibi adſciuerit,

*a c. gaudemus. 8. c. quanto 7. ext. de diuortiis.*

*b c. caue c. Iudæi. 28. q. 1.*

*c in ſermone de lapſis.*

*d 2. ad Cor. 6.*

*e 1. ad Cor. 7. Bellarm. de Matrim. lib. 1. cap. 1. ex omnium ferè Interpretum ſententia.*

rit, publico iudicio, inſtar adulterii, obſtringitur f.

f l. ne quis 5. C. de Iudæis.

## Notatio in Tit. 16.

*α. Et ratio eſt, quia pagani non ligantur SS. Canonib. cum omnino ſint extra Eccleſiam. c. gaudemus. ext. de diuort. Ergo ſecundùm ius ſuum in gradibus, etiam iure Canonico prohibitis, rectè contrahunt matrimonium. Vt & hinc in Iudæis lex Moſaica ſeruetur, non ius Canonicum. Couarr. in 4. Decret. in 2. parte, cap. 6. §. 1. n. 6. & 7. Neque diſſoluitur eorum matrimonium, ſi poſtea ad fidem Chriſtianam conuertantur, d. c. gaudemus. ad de & c. fin. ext. qui filij ſint legitimi. & §. altera. infr. de diuortiis.*

# DE HOMICIDIS, ADVLTERIS ET RAPTORIBVS.

## TITVLVS XVII.

*Homicidæ qui à matrimonio remouentur?*

INTERDVM & homicidium matrimonij contractum impedit & dirimit; ea ſpecie, qua quis alterius coniugis potiundi cauſa alteri coniugi necem attulit: ſi tamen vtriuſ-

vtriuſque conſpiratio, tam ſuperſtitis coniugis, quàm ipſius homicidæ, in eandem nece ſimul concurrerit. Nam vnius delictum hac in re non ſufficit g.

g c. laudabilem. ext. de conuerſ. infidel.

*Adulteri remouentur.*

Idem eſt in adulterio; eo caſu, quo quis alienam vxorem adulterauit, data ſponſione de contrahendo cum ea matrimonio, aut etiam matrimonio de facto contracto; nec enim poteſt eandem, defuncto marito ſuo, in vxorem ducere h. Dum tamen & hic vtriuſque, & adulteri & adulteræ ſcientia interuenerit, quòd, videlicet, ſciuerit vterq; alterius coniugem adhuc ſuperſtitem eſſe. Cæterùm ſi qua errore ducta cum alieno marito, tanquam cum cœlibe contraxerit, non prohibetur, defuncta vxore ipſius, in nonum matrimonium cum eodem conuenire i. Sicut & ſi adulterium tantùm interceſſert, nullo contractu matrimonii, aut ſponſalium admixto k.

h c. fi. c. 3. c. ſ ext. de eo, qui duxit in matrim.

i c. 1. c. veniens 7. ext. de eo, qui duxit in vxor.

k c. ſignificaſti 6. c. cum haberet. 5. ext. de tit.

*Inter raptorem & raptam an conſiſtat matrimonium?*

Quæſitum eſt; An inter raptorem, & raptam conſiſtere poſſiit matrimonium? Negat Iuſtinianus Imperator l. At diuerſum conſtituit Innocentius Pontifex, quem magis

l in l vnica. C. de raptu virg.

gis ſequimur *m:* adhibito tamen tempera-mento Concilii Tridentini, cuius Decretum hic integrum ſubijciam: Decernit, *inquit*, ſan-cta Synodus, inter raptorem & raptam, quã-„ diu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nul-„ lum poſſe conſiſtere matrimonium. Quòd „ ſi rapta à raptore ſeparata & in loco tuto & „ libero conſtituta, illum in virum habere con-„ ſenſerit, eam raptor in vxorem habeat; & „ nihilominus raptor ipſe, ac omnes illi con-„ ſilium, auxilium, & fauorem præbentes, ſint „ ipſo iure excommunicati, ac perpetuò infa-„ mes, omniumque dignitatum incapaces, & „ ſi clerici fuerint, de proprio gradu decidant. „ Teneatur præstereà raptor mulierem raptam, „ ſiue eam vxorem duxerit, ſiue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare *n*.

*m in c. fin. ext. de rapt. iuncto c. penult. & vlt. ext. de ſecundis nupt.*

*n Concil. Trid. Seſſ. 24. can. 6. de reform. matrim.*

## Notatio in Tit. 17.

*a. Dummodo adulterium non interuenerit c. 3. & ibi Ioan. And. per Panorm. & communem receptus ibid. ext. de eo qui dux. in mat. teſte Nauarr. in Manual. cap. 22. num. 46. & facit c. ſi quis viuente 31. q. quod eſt Concilij Triburienſis.*

DE

# DE CONIVGATIS.

## TITVLVS XVIII.

*Coniugati qui, & qua ratione prohibentur aliud matrimonium contrahere.*

CONIVGATOS vocamus, virum & mulierem in vnum quaſi iugum matrimonij coactos: quorum ea conditio eſt, vt durante matrimonio alteri tertio coniungi non poſſint *a*. Vt hinc matrimonium ſolo etiam vtriuſque contrahentium conſenſu initum, per poſterius matrimonium, licet carnis copula conſummatum, minimè dirimatur *b*.

a c. gaudemus. 8. ext. de diuort.
b c. penult. ext. de ſponſal. c. 3. c. 5. ext. de ſponſ. duorum.
c. d c. gaudemus.
d l. quod vero. 14. ff. de legib. c. qui ob gratiam de reg. iur lib. 6.

Nec mouet, quòd Patriarchæ, & alii viri iuſti legantur plures vxores ſimul habuiſſe. Nam id planè extraordinarium fuit, vtpote diuina reuelatione ( vt interpretatur Innocentius III. ) illis conceſſum *c*; ac proinde trahi non debet in conſequentiam *d*.

*Matrimonium licet inutile, nihilominus impedimento eſt ſecundo matrimonio contrahendo.*

Idque adeò obtinet; etiamſi prius

matrimonium planè nullius vſus ſit propter morbum, vel exectionem *e*, vel ſterilitatem *f*, vel propter diuturnam abſentiam alterius coniugum *g*.

e c. hi qui. 32. q. 7.
f c. tantum. d. q. 7.
g c. 2. ext. de ſecund. nupt. Conc. Trid. ſeſſ. 24. capon. 5.

*Abſentiam alterius coniugum legitimam cauſam non eſſe matrimonij contrahendi; niſi de morte abſentis certò conſtet.*

Quò ſpectat reſcriptum Clementis III. ad Epiſcopum Cæſarauguſtanum, de mulieribus, quæ viros ſuos abſentes vltra ſeptennium cum diligenti diſquiſitione præſtolatæ, continere ſe non poterant: „Quod „quantocunque, *inquit*, annorum numero ita „remaneant viuentibus viris ſuis, non poſſunt „ad aliorum conſortium canonicè conuolare: „nec anctoritate Eccleſię, *addit*, permittas „contrahere, donec certum nuncium recipiãt „de morte virorum *h*. Quod non minùs in vi„ris, vxoribus ſuis abſentibus, obſeruandum „eſſe, docet Lucii III. conſtitutio *i*.

h text. eſt in d. c. in præſentia.
i in c. 2. ext. de ſecund. nupt.

*De eo, qui non expectato certo nuncio de morte abſentis coniugis, aliud matrimonium contraxit.*

Si qua tamen mulier, non recepto certo nuncio de morte àbſentis mariti, matrimonium fortè contraxerit; non ideò tamen

tamen matrimonium reſcindendum erit, ſed catenus ſuſtinebitur matrimonium, vt ipſa poſteriori marito quidem poſtulanti debitum reddere teneatur; è diuerſo verò exigere ipſa non poſſit *k*. Quę ſimiliter abſente vxore à marito obſeruãda ſunt *l*. Quod enim ad fidem & debitum coniugale attinet, maritus & vxor pari paſſu ambulant *m*. Vt enim ſecundus maritus innocens, contra legem coniugii, iure ſuo priuandus non eſt, ita mulieri minimè permittendum eſt, vt contra ſenſum conſcientiæ ſuæ, debitum ab eo poſtulet.

*k d.c.2. §.ſi verò. ext. de ſecund.nupt.* *l d.c.2. vide omnino Nauarrum in Manuali, c. 22. num.53.* *m c. præcepit.19.c. apud nos. & c.ſi.32. q.5. & d.c.2.*

***Coniuge redeunte, vel aliter ſuperſtite, prius matrimonium reſtituitur.***

Illud nihilominus perpetuò retinendo; vt quocunque caſu & tempore coniunx abſens redierit, aut ſuperſtitem eum eſſe conſtiterit, poſterius matrimonium illicò diſſoluendum, & prius redintegrandum ſit *n*.

*n d.c.2. ſi.ext. de ſecund.nupt.*

(..)

# DE CLAM CONTRAHENTIBVS MATRIMONIVM SIVE DE clandeſtina deſponſatione.

## TITVLVS XIX.

### *De clàm contrahentibus matrimonium.*

HIs enumeratis, accedant poſtremò ex decreto Concilij Tridentini, qui clàm matrimonium contrahunt. Nam & horum matrimonium irritum eſt *a*. Quamuis enim iure antiquorum Canonum matrimonium clandeſtinum, libero contrahentium conſenſu initum, verum erat matrimonium *b*, (ſi quidem & conſenſus priuatim interpoſitus, conſenſus eſt *c*; qui ſufficit in contrahendo matrimonio *d*;) attamen cùm dictum Concilium animaduerteret, non leuia incommoda oriri ex huiuſmodi matrimonio; præſertim in illis, qui in ſtatu damnationis permanentes, dum
„ priore vxore, cum qua clàm contraxerant,
„ relicta; cum alia palàm contrahunt, & cum
„ ea in perpetuo adulterio viuunt: idcirco
„ ſacri Lateranenſis Concilii ſub Innocent.
„ III. celebrati *e* veſtigiis inhærendo, præcipit

*a Cōc. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reform. matrim.*
*b c 2. ext. de clandeſt. de c. ſponſ. & fatetur idem Conc. Trid. cap. 1. in princ.*
*c l. ab Anaſtaſio. & ibi Bald. C. mādati. l. non nunorem. C. de tranſact.*
*d c. ſufficiat. 27. q. 2. c. cum loc. c. tua ext. de ſponſal.*
*e vide c. vlt. ext. de clandeſt. ſponſ.*

cipit; vt in poſterum, antequam matrimo- "
nium contrahatur, ter à proprio contrahen- "
tium Parocho trib. continuis diebus feſtiuis "
in Eccleſia inter Miſſarum ſolennia, publi- "
cè denunciëtur, inter quos matrimonium
ſit cõtrahendum: quibus denuntiationibus "
factis, ſi nullum legitimum opponatur im- "
pedimentum, ad celebrationem matrimonij
in facie Eccleſiæ procedatur; vbi Parochus, "
viro & muliere interrogatis, & eorum mu- "
tuo conſenſu intellecto, vel dicat; Ego vos
in matrimonium coniungo in nomine Pa- "
tri, & Filij, & Spiritus ſancti: vel aliis vta- "
tur verbis, iuxta receptum vniuſcuiuſque
Prouinciæ ritum. Quòd ſi aliquando pro- "
babilis fuerit ſuſpicio, matrimonium mali- "
tioſè impediri poſſe, ſi tot præceſſerint de-
nuntiationes; tunc vel vna tantùm denun- "
ciatio fiat, vel ſaltem Parocho, & duobus "
vel tribus teſtibus præſentibus matrimoniũ "
celebretur; deinde ante illius conſumma-
tionem denunciationes in Eccleſia fiant; "
vt ſi aliqua ſubſunt impedimenta, faciliùs "
detegantur: niſi Ordinarius ipſe expedire
iudicauerit, vt prædictæ denuntiationes re- "
mittantur: quod illius prudentiæ & iudi- "
cio ſancta Synodus relinquit. Qui ali-
ter, quàm præſente Parocho, vel alio ſacer- "
dote, de ipſius Parochi ſeu Ordinarii li- "
centia, & duobus vel tribus teſtibus ma- "
trimo-

" trimonium contrahere attentabunt; eos
" ſancta Synodus ad ſic contrahendum omni-
" nò inhabiles reddit: & huiuſmodi contra-
" ctus irritos, & nullos eſſe decernit; prout
" eos præſenti decreto irritos facit & annul-
" lat *f*.

*f Ita Concil. Trid. in d.c. 1. de reform. matrim.*

*Quos hoc decretum liget.*

Vbi tamen animaduertendum eſt; Decretum hoc ad ea tantùm matrimonia pertinere, quæ poſt publicationem eius in Parochia factam contracta ſunt, adeóque poſt triginta dies à die primæ publicationis numerandos. Quare vbi hoc Decretum nondum publicatum eſt, ibidem neminem obſtringit, ſed valet matrimonium, ſiue clam, ſiue publicè contractum *g*.

*g Id colligitur ex ſi. d. cap. 1. Cõc. Trid. coniunge §. fin. ſup. de affinib. & c. 3. ext. de clandeſt. deſponſ.* vbi & quid iuris de liberis ex clãdeſtino vel interdicto matrimonio natis.

*Continuatio ad ſequentia.*

Et hæc hactenus de impedimentis, quæ vulgò appellantur impedientia & dirimentia matrimonium: Nunc ſubſequenter videamus de impedimentis non dirimentibus metrimonium, hoc eſt, quæ matrimonium quidem contrahendum impediunt, ſed contractum non diſſoluunt; ita permittentibus ſacris Canonibus *.

*iunge §. ſi quis, cum §. ſeq. ſupr. de affinib.*

* *Igitur hoc matrimonium abſque peccato non contrahitur, quia contra Canones, ſed ab Eccleſia ſuſtinetur ob iuſtas cauſas.*

Nota-

# Notatio in Tit. 19.

*a Quæ hic ex Concil. Tridentino recenſentur, partim pertinent ad ſolennitates matrimonij contrahendi, partim ad matrimonij quandam eſſentiam. Nam denuntiationes & celebratio matrimonij in facie Eccleſiæ, ad ſolennitates referuntur; præſentia verò Parochi vel alterius ſacerdotis, & adhibitio teſtium, iuxta verſ. Qui aliter quàm præſente. ad matrimonij quodammodò eſſentiam; ita, vt ſi hæc deſint vel aliqaid ex iis, matrimonii contractus nullius momenti ſit; vbi videlicet, hoc Decretum Concil. Tridentin. promulgatum eſt; prout habet text. noſter in §. ſed. Qaòd ad ſolennitates attinet, non neceſſariò illæ obſeruantur, vbi aliter conſuetudine loci receptum eſt, præcipuè quod ad denuntiationes attinet. Aut enim hæ nondum in vſum traductæ ſunt, quo caſu matrimonium iis omiſſis licitè contrahitur: cùm lex Superioris non obliget, niſi ſit à ſabditis recepta, c. erit autem lex. cum 2. capitul. ſeqq. diſt. 4. Aut antea quidem vſu frequentabamur, ſed poſtea in diſſuetudinem abierunt, ob rationem aliquam probabilem: & hac quoque ſpecie impunè negliguntur. cap. fin. & quæ ibi tradunt DD. ſup. de conſuetudin. facit l. de quibus in fin. Digeſtis de legibus. Porrò quoad præſentiam parochi, ſiue alterius ſacerdotis & teſtium; hæc ſolùm obtinet*

*in matrimonio contrahendo, non in ſponſalibus de futuro: quæ & hodie clàm contracta valent; cùm in his Concil. Trident. nihil immutauerit. Et quidem ſufficit in matrimonio contrahendo præſentia parochi, ſiue is habitationis ipſius mulieris ſit, quando videlicet ibi contrahitur matrimonium; ſiue ſit parochus habitationis viri, cùm apud hunc matrimonium celebratur: ex declaratione congregationis Cardinalium deputatorum ad dubia declaranda Concil. Tridentin. teſte Nauarr. conſ. 3. num. 1. de clandeſt. de ſponſ. & in Manuali cap. 25. num. 144. Quò ſit, vt per hoc decretum Concilij Tridentini abrogata ſint omnia matrimonia præſumpta; velut, inter ſponſum & ſponſam, propter carnalem copulam ſubſecutam. c. is qui 30. ext. de ſponſal. & ſimilia. de quibus in §. ſed & ſponſalia ſup. de ſponſal. & à iuſto. ſup. quæ in contrah. matrimon.*

# DE IMPEDIMENTIS NON DIRIMENTIBVS MATRIMONIVM.

## TITVLVS XX.

IMpedimenta Matrimonium contractum non dirimentia hæc ſunt: Votum caſtitatis ſimplex *a*, hæreſis *b*, Catechiſmi inſtructio in baptizando *c*, ſponſalia cum ... alio

a c. vnico. de voto in 6. c. 3. c. 5. c. 6.

alio antè contracta *d*, prohibitio iudicis Eccleſiaſtici, ne matrimonium contrahatur donec de impedimento, quod objicitur, cognitum fuerit *e*. Item ſunt hæc crimina; inceſtus *f*, cædes Presbyteri *g*, vel vxoris ſuæ *h*, raptus ſponſæ alterius *i*, matrimonium cum Moniali de facto & ſcienter contractum *k*, publica & ſolemnis pœnitentia *l*; ſuſceptio filij à parente, eo animo facta, vt contracta ſpirituali cognatione, alteri parenti debitum coniugale ſubtrahatur *m*. Denique, quoduis peccatum mortale, quo contrahens, contractus tempore detinetur. Quippe matrimonium Sacramentum eſt, & idcircò ſanctè tractandum *n*.

*ext. qui clerici vel voluent.* b *c. decreuit 14. de hæret. in 6. c. non oportet 28. q. 1. adde latius Couarr. in 4. ext. in 2. part. cap. 6. §. 11. Nauar. in Manual. c. 22. num. 49.* c *c. 2. de cognat. ſpirit. in 6.* d *c. ſicut. 22. c. de illis. ext. de ſponſalibus.* e *vt tit. ext. de matrim. contracto contra interd. Eccleſ.* f *c. 1. & ibi gloſſ. in fin. c. tranſmiſſ. 4. ext. de eo qui cogno. conſang. vxor.* g *c. qui presbyt. ext. de pœnit. & remiſſ.* h *c. admonere. 33. q. 2. c. 5. ead. quæſt. 2.* i *c. ſtatutum. 27. q. 2. iuncto c. fi. ext. de raptorib. & §. fi. ſuprà de homicidis.* k *c. hi ergo. 27. q. 2.* l *c. de his. c. in adoleſcentia 33. quæſt. 2.* m *c. de eod. 30. q. 1. & ibi latius.* n *Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. fin. in fin. de reform. matrim. de his omnibus plenius apud Nauarr. in Manuali c. 22. numer. 74. cum ſeq. Couarr. d. c. 6. D. Thom. in ſuppl. q. 50. cum ſeqq.*

DE

# DE DIVORTIIS,

## TITVLVS XXI.

*Diuortium quid, & ex quibus cauſis permittatur?*

DIVORTIVM eſt diſtractio matrimonij, quæ vtroque coniuge viuente fit *a*, idque ex duabus tantummodò cauſis *b*; Cùm alioqui matrimonij ſemel legitimè contracti perpetuus & indiſſolubilis nexus ſit *c*.

*Per ingreſſum Religionis matrimonium nondum conſummatum ſolui: ſecus per ſuſceptionem ſacri Ordinis.*

Prior cauſa eſt: Si alter coniugum nondum conſummato matrimonio Religionem ingrediatur; quod ipſi licet per ſacros Canones etiam inuito altero coniuge *d*, licet diuerſum ſit in ſuſceptione ſacri Ordinis, ex declaratione Ioannis XXII. *e*

a *l. 2. ff. de diuort.* b *intellige hoc iure noſtro Canonico, quo in hac re vtimur.* c *c. puto c. ſi vxorem. c. præcepit. c. præceptum 32. q. 5. cap. penult. 33. q. 2. c. gaudemus. 8. ext. de diuortiis. Conc. Trid. ſeſſ. 24. in doctr. de Sacram. matrim.* d *c. 2. C. ex publico. 7. ext. de conuerſ. coniug. Conc. Trid. ſeſſ. 24. can. 6.* e *in c. vnic. de voto in extrauag. Ioann. XXII.*

Matri-

*Matrimonium diſſolui ab infideli conuerſo poteſt.*

Altera cauſa eſt: Si alter infidelium coniugum [inter quos etiam iuſtum matrimonium conſtat, ſed vt contractus ciuilis, non vt Sacramentum *f*] ad fidem Catholicam conuertatur, altero vel nullo modo, vel non ſine blaſphemia diuini Nominis, vel vt eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente; qui relinquitur, ad ſecunda vote tranſire poteſt g.

*f d. c. gaudemus: & ibi DD.*

*g c. quanto 7. d. c. gaudemus. ext. de diuort. c. ſi infidelis cum cc. ſeqq. 28. q. 1. c. 2. ead. q. 2.*

*Matrimonium propter conſanguinitatem, affinitatem vel ſimile impedimentum non diſſolui propriè.*

Cæterùm quod vulgò dici ſolet; Matrimonium diſſolui vel dirimi, propter conſanguinitatem, affinitatem, frigiditatem, aut ob ſimilem cauſam, non tam ius matrimonij reſpicit, quàm factum; cùm matrimonium, in quo ſubeſt huiuſmodi impedimentum, ipſo iure nullum ſit. Etenim matrimoniũ ſemel legitimè contractum, non niſi ex duabus cauſis iam diſſoluitur *h*.

*De ſeparatione tori.*

Nonnunquam tori ſeparatio inducitur inter coniuges durante vinculo matrimonii; quæ & ſpecies quædam diuortij

*h iurib. iam allegat.*

N eſt

eſt *i*; vtpote, ſi alter eorum adulterium ſiuè fornicationem admiſerit *k*. vel ſi ad hæreſin ſiue gentiliſmum deflexerit *l*, vel ſi ſeuerior ſit in cõiugem ſuam *m*, vel ſi ad peccandum eam compellat *n*. Ob furtum verò, vel ob aliud crimen, ſiue ob morbum, coniuges à ſe inuicem minimè ſeparantur *o*.

*i c. 1. 32. q. 7. k c. puto, iũcto c. præcepit & c. præceptum 32. q. 5. c. ſignificaſti. 4. cum c. ſeq. ext. de diuort. adde quæ de adulterio diximus infrà de adulter. l cap. 2. 6. cum c. ſeq. ext. de diuort. m c. literas, in fin. ext. de reſtit. n iuxta illud Matthæi cap. 18. Si oculus, &c. & Hieronymus. Bellarminus lib. 1. de Sacram. matrim c. 14. Nauarrus d. cap. 22. num. 21. o d. c. 1. ext. de diuort. c. horrendus. c. ſi vxorem 32. q. 5. vide de his latius Couarr. in 4. extr. in 2. parte cap. 7. §. 5. vbi & de Sodomiæ vitio, & furore Nauarr. in Manuali. cap. 22. num. 21. cum ſeq.*

## Notatio in Tit. 21.

*α. Adde & S. Pontificis auctoritate matrimonium poſſe diſſolui, nondum carnis copula conſummatum, etiam quò ad vinculum, iuxta gloſſ. ad c. ex publico, ext. de conu. coniug. quam ſingularem, & à Canoniſtis & à Theologis Canonum peritis receptam, atteſtatur Mart. Nauarr. in Manual. cap. 22. num. 21. vbi vide eum latius.*

DE

# DE ECCLESIIS AEDIFICANDIS, CONSECRANDIS, REPVRGANDIS & reficiendis.

## TITVLVS XXII.

*Continuatio huius tituli.*

QVia Sacramenta vt plurimum in Eccleſiis adminiſtrantur, idcirco quæ ad Eccleſias pertinent, hic breuiter ſubiiciamus.

*Eccleſiæ nomine quid hic intelligatur.*

Eccleſiæ nomine hic intelligimus ædificium diuinò cultui exercendo deputatum; præcipuè verò ſacrificio Miſſæ *a*.

*a toto titul. extr. de Eccleſiis ædificand. de aliis acceptionibus Eccleſiæ vide gloſſ. ad cap. verum præfatam Eccleſ. ext. ne prælati vices ſuas.*

*Extra Eccleſiam Miſſæ ſacrificium non peragendum.*

SICVT enim, *inquit Felix in prima Epiſtola ad omnes Orthodoxos*, non alii quàm ſacrati Domino Sacerdotes debent Miſſas cantare, nec ſacrificia ſuper altare offerre; ſic nec in aliis quàm Domino ſacratis locis, id eſt, in tabernaculis diuinis precibus à

eſt *i*; vtpote, ſi alter eorum adulterium ſiuè fornicationem admiſerit *k*. vel ſi ad hæreſin ſiue gentiliſmum deflexerit *l*, vel ſi ſeuerior ſit in côiugem ſuam *m*, vel ſi ad peccandum eam compellat *n*. Ob furtum verò, vel ob aliud crimen, ſiue ob morbum, coniuges à ſe inuicem minimè ſeparantur *o*.

i *c.* 1. 32. *q.* 7. k *c. puto, iũcto c. pracepit & c. praceptum* 32. *q.* 5. *c. ſignificaſti*. 4. *cum c. ſeq. ext. de diuort. adde quæ de adulterio diximus infrà de adulter.* l *cap.* 2. 6. *cum c. ſeq. ext. de diuort.* m *c. literas, in fin. ext. de reſtit.* n *iuxta illud Matthæi cap.* 18. *Si oculus, &c. & Hieronymus. Bellarminus lib.* 1. *de Sacram. matrim c.* 14. *Nauarrus d. cap.* 22. *num.* 21. o *d. c.* 1. *ext. de diuort. c. horrendus. c. ſi vxorem* 32. *q.* 5. *vide de his latius Couarr. in* 4. *extr. in* 2. *parte cap.* 7. §. 5. *vbi & de Sodomiæ vitio, & furore Nauarr. in Manuali. cap.* 22. *num.* 21. *cum ſeq.*

## Notatio in Tit. 21.

α. *Adde & S. Pontificis auctoritate matrimonium poſſe diſſolui, nondum carnis copula conſummatum, etiam quò ad vinculum, iuxta gloſſ. ad c. ex publico, ext. de conu. coniug. quam ſingularem, & à Canoniſtis & à Theologis Canonum peritis receptam, atteſtatur Mart. Nauarr. in Manual. cap.* 22. *num.* 21. *vbi vide cum latius.*

DE

# DE ECCLESIIS AEDIFICANDIS, CONSECRANDIS, REPVRGANDIS & reficiendis.

## TITVLVS XXII.

### *Continuatio huius tituli.*

QVia Sacramenta vt plurimum in Eccleſiis adminiſtrantur, idcirco quæ ad Eccleſias pertinent, hic breuiter ſubiiciamus.

### *Eccleſiæ nomine quid hic intelligatur.*

Eccleſiæ nomine hic intelligimus ædificium diuinò cultui exercendo deputatum; præcipuè verò ſacrificio Miſſæ *a*.

*a toto titul. extr. de Eccleſiis ædificand. de aliis acceptionibus Eccleſiæ vide gloſſ. ad cſi. verù præfatam Eccleſ. ext. ne prælati vices ſuas.*

### *Extra Eccleſiam Miſſæ ſacrificium non peragendum.*

SICVT enim, *inquit Felix in prima Epiſtola ad omnes Orthodoxos*, non alii quàm ſacrati Domino Sacerdotes debent Miſſas cantare, nec ſacrificia ſuper altare offerre; ſic nec in aliis quàm Domino ſacratis locis, id eſt, in tabernaculis diuinis precibus à

" Pontificibus delibutis, Miſſas cantare, aut Sa-
" crificia offerre licet: niſi ſumma coëgerit ne-
" ceſſitas *b*.

*b text. eſt in c. ſicut 11. de conſecrat. diſt. 1. de neceſſitate eſt text in c. concedimus. 30. de conſecrat. diſt. 1. de quo latius Nauarr. in Manuali cap. 35. num. 81.*

*De Oratorio.*

Adeo, etiamſi cuilibet permiſſum ſit domi ſuæ habere Oratorium, orationis cauſa *c*; non tamen ad exercendum Miſſæ officium; niſi Oratorium ad diuinum tantummodò cultum dedicatum, & ab Ordinario deſignatum ſit; quod & ab eodem viſitetur *d*.

*c c. vnicuique 33. de conſecrat. diſt. 1.*

*d Conc. Triden. ſeſſ. 22. cap. 1. §. neminem, in decreto de obſeruand. & euit. in celeb. Miſſa.*

*Quibus ſolennitatibus Eccleſia exſtruenda.*

Nulla verò Eccleſia à quoquam exſtrui poteſt, niſi auctoritate Epiſcopi *e*, qui eo in loco, vbi exſtruenda eſt, crucem figet atrium publicè deſignabit, conſtituta dote ab eo qui exſtruit, pro luminaribus & miniſtris Eccleſiæ *f*. Quod ſi fortè dote omiſſa, Eccleſia extructa fuerit, nihilominus extructor dotis nomine rectè conuenitur *g*, aut in ſubſidium ad Epiſcopum conſecratorem recurritur *h*.

*e c. nemo eccleſiam. de conſecrat. diſtinct. 1. c. olim. 14. §. inſuper. & ibi gloſ. ext. de priuileg. f d. c. nemo. c. piæ mentis. 16 vt nullus fabricet orator. g c. cum ſicut. 8. extrau. de conſecrat. Eccleſ. arg. l. legatis 6. Digeſtis de alimen. & cib. leg. h arg. c. 2. & cap. 16. ext. c. de præbend. Panormitan, ad d. cum ſicut: nu. 3.*

*De noui operis nunciatione.*

In extruendo animaduerti debet, ne vicinis ædibus noceatur; puta, luminibus earum officiendo, aut non legitimum ſpatium reliquẽdo. Licèt enim religionis fauor ſummus ſit *i*, is tamen ad iuſtitiæ normam reuocandus eſt *k*. Vnde operis noui nunciatione facta ex vicinis ædibus ſiue iure, ſiue iniuria, id quod extructum eſt, diruendum eſt *l*.

*Eccleſiam & altaria conſecranda eſſe; & conſecratio Eccleſiæ an repeti poſſit.*

Eccleſia ædificata conſecranda eſt per Epiſcopum *m*, ſimiliter & altaria *n*. Quæ conſecratio inſtar Baptiſmi non repetitur *o*, etiam eo caſu, quo Eccleſia illæſis parietibus corruit *p*. Porrò exuſta aut diruta Eccleſia, deinde in eandem vel ſimilem formam reſtituta, reconſecrari debet *q*.

*Altaris conſecratio quando repetenda.*

Quòd ſi altare motum, aut lapis illi impoſitus qui ſigillum continet, confractus aut diminutus fuerit, ex conſtitutione Alexandri III. reconſecrari iubetur, non verò ipſa Eccleſia *r*.

*De reconciliatione Eccleſiæ.*

In Eccleſia polluta per effuſionem ſanguinis, aut ſeminis humani, aut per ſepulturam excommunicati, eo iure vtimur; vt priùs reconciliari ab Epiſcopo debeat per-

i l. Sunt perſonæ. 43. in fin. ff. de relig. & ſump. funer.
k c. 1. §. ſed diuerſ. de alien. feud. in vſibus feud.
l c. 1. c. ext. de oper. nou. nunciat.
m c. Eccleſiis 16. q. 7. c. Eccleſias. de conſecr. diſt. 1.
n c. 5. ext. de conſecr. Eccleſ. c. altaria de conſecr. diſt. 1.
o c. Eccleſiis ſemel 20. d. diſt. 1.
p c. ligneis 6. ext. de conſecr. Eccleſ.
q d. c. Eccleſiis ſemel.
r in c. 1. ext. de conſecr. Eccleſ.

r vt videre eſt in c. 4. §. 7. c. 9. c. fi. ext. de conſ. Eccleſ. c. 5, de adult. c. 1. de conſecr. in 6. c. ſi motum, cum cap. ſeq. de conſecrat. diſt. 1. Pontificale Romanum fol. 152.

aſperſionem aquæ cum vino & cinere benedicto, quàm diuina officia in ea reſumi poſſint s. *

### *Per Eccleſiæ pollutionem, & cœmiterium polluitur, non è contrà.*

t c. vnico de conſecra. in 6. iuncto c. acceſſorium de reg. iur. in 6.

u c. 1. ext. de Eccleſ. ædif.

x Seſſ. 21. c. in decreto de reform.

y c. ſolemnitas. de conſecr. diſt. 1.

Planè polluta Eccleſia ſimiliter & cœmiterium illi coniunctum pollutum intelligitur, non è contrà; ne minus dignum maius, aut id quod acceſſorium eſt, trahat ad ſe principale t.

*De Eccleſiæ refectione & dedicatione.*

Refectio verò Eccleſiæ ab eo præſtanda eſt, qui obtinet beneficium eiuſdem Eccleſiæ u; adhibita tamen moderatione Concilij Tridentini; ad quam lectorem breuitatis cauſa remittimus x. Dedicatio verò Eccleſiæ ſingulis annis recolenda eſt; exemplo Chriſti Saluatoris y.

## Notatio in Tit. 22.

*

*a. Hoc receptum eſt in terrorem delinquentium; vnde propter occultam pollutionem Eccleſia reconciliatione non indiget. Panormit. ad c. 4. num. 5. extr. de conſecrat. Eccleſ. Vide latius Martin. Nauarr. in Manuali cap. 27. num. 256. cum ſeqq.*

DE

# DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

## TITVLVS XXIII.

### *Quæ dicantur domus religioſæ.*

REligioſas domos appellamus, monaſteria & hoſpitalia, quæ pietati exercendæ ex profeſſo dedicata ſunt, & plerumque Eccleſiis cohærent *a*.

*Monaſteria & Eccleſiæ cui ſubiecta ſunt.*

Monaſteria illi Epiſcopo ſubiecta ſunt in cuius diœceſi ſunt ſita; ſicut & omnes Eccleſiæ eiuſdem diœceſis *b*: niſi monaſteria vel Eccleſiæ exemptæ ſint priuilegio aut præſcriptione legitima 40. annorum *c*

a *toto titul. ext. & in 6. de relig. domib.*

b *c. quidem. cum c. ſeq. c. monaſteria 18. q. 2. c. qui verò eadem quæſt lib. 6. c. auditis c. 15.*

c *c. omnes Baſilicæ, 16. q. 7. cum perſonæ. 7. de priuileg. cum 1. venerabilis. 7 cum c. ſeq. ext. de relig. dom. c. cum olim. 18. cum c. ſeq. ext. de præſcript.*

*Exemptio quouſque ſe extendat.*

Vt tamen priuilegium exemptionis à iuriſdictione Epiſcopi ad loca exempta reſtringatur, & non vltra producatur *d*: ſiquidem priuilegium iuri communi derogans ſtrictè accipiendum eſt *e*. Quo fit, vt ſi exempti in loco non exempto contrahant aut delinquant, vel res, de qua agitur, extra locum exemptum ſita ſit; ibidem exempti rectè

d *c. porrò 7. c. 3. in fi. & c. petiſtis 20. ext. de priu.*

e *c. 1. in fi. de filiis presbyt. in 6. c. quæ à iure. de regulis iuris in 6.*

recté conueniantur, neque reuocandi domum ius habeant *f*. Idem iudicium eſt de Parochiis & capellis exempto Monaſterio ſubiectis vel vnitis *g*. Niſi & in his legitimè pręſcriptum ſit Epiſcopalibus iuribus, aut priuilegio derogatum *h*. Quibus conſequens eſt vt & Monachi, qui ab exempto monaſterio ad Prioratus Ordinario ſubiectos tranſmittuntur, ibidem Ordinarij iuriſdictioni ſubſint *i*.

f *per text. in c. 1. priuil. 6. iuncta ibi. gloſſ.* g *c. ex ore. 17. ext. de priuil. c. 2. ext. de religioſ. dom. c. per exemptionem. 9. de priuil. in 6.* h *d. c. auditis. & c. cum olim.* i *c. 1. §. fi. de priu. in 6. adde omnino Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 14. de reform.*

*De Hoſpitalibus.*

Hoſpitalia ab hoſpitibus piè excipiendis & tractandis dicuntur; quæ pro hoſpitum varietate varia quoque nomina ſortiuntur: Alia enim ſunt Xenodochia, quibus peregrini; alia Orphanotrophia, quibus orphani; alia Gerontocomia, quibus ſenes: alia Brephotrophia, quibus egentium infantes; alia Noſocomia, quibus ægroti excipiuntur: alia denique Prochotrophia, in quibus pauperes aluntur *k*. Et hęc ſimiliter Epiſcopo loci ſubiecta ſunt *l*; dummodò eius auctoritate ſint extructa *m*, neque exempta doceantur *n*. De quorum adminiſtratione latè Conciliũ Vienneſe *o*, & Tridentinum *p*.

k *c. in qualibet. 13. q. 8* l *illud 17. l. ſancimus. 18. C. de ſacroſ. Eccleſ.* l *c. 3. c. 4. ext. de relig. domib.* m *d. c. 4.* n *c. 2. de relig. dom. in Clement.* o *d. Clement.* p *ſeſſ. 7. cap. 15. & ſeſſ. 22. c. 8. & ſeſſ. 25. cap. 8. de reformat.*

DE

# DE IMMVNITATE ECCLESIASTICA.

## TITVLVS XXIV.

*Eccleſiaſtica immunitas cur introducta.*

NE autem Eccleſiaſticus cultus vlla ratione vel impediatur vel dehoneſtetur, ſancitum eſt à ſacris Canonibus, ſuffragantibus etiam iuris Ciuilis Conſtitutionibus, vt Eccleſiæ, earumque perſonæ & res, ab oneribus & officiis ciuilibus immunitatem habeant *a*.

*Immunitas Eccleſiaſtica triplex.*

Proinde triplicem Eccleſiaſticam immunitatem conſtituimus; vnam localem, alteram perſonalem, tertiam realem *b*.

*Immunitas localis quæ; & in quibus conſiſtat.*

Localis immunitas eſt, quæ Eccleſiis ipſis, earumque cœmiteriis tributa eſt, & in his potiſſimum verſatur, ne in ipſis negotiationes, præſertim nundinarum ac fori cuiuſcunque tumultus, exerceantur, ne iudicio

a *toto titul. ext. & in 6. de immunit. Eccleſ. & paßim 17. q. 4. & ſub tit. C. de his qui ad Eccleſ.*

b *vt & Lancelotus in ſuis Inſtitutionibus hoc titul.*

diciorum ſecularium ſtrepitus, aut vllius cauſæ, præcipuè criminalis cognitio per laicos ſuſcipiatur aut agitetur *c*, néve in Eccleſiis vniuerſitatum & ſocietatum concilia, conciones fiant, néve fœda & prophana, atque adeò vana colloquia miſceantur *d*. Eſt enim Eccleſia domus orationis, vel ipſo Chriſto teſte *e*. β

*c c.2.§. ceſſent in Eccleſiis. hoc. titul. lib.6. c.1. c.5. extr. eodem.*

*d d. c. 2. §. ceſſēt. in locis. & enit. in celeb. Miſſ.*

*adde Concil. Trident. ſeſſ.22. cap. 1. in decreto de obſer. Miſſ.*

*e apud Matth. 2 . cap.*

*Reus ab Eccleſia non abripiendus.*

Quin & reus cuiuſcunque criminis ad Eccleſiam confugiens, inde abripi non poteſt; ſi tamen liber homo ſit: ſin ſeruus, non antè ab Eccleſia extrahitur, quàm dominus ſuus ipſi impunitatem iurauerit *f*. γ

*Immunitas pro reis latè patens.*

Neque intereſt, Eccleſia conſecrata, vel nondum conſecrata ſit *g*. Imò & ad atria, ad ſepta *h*, ad quadraginta paſſus in circuitu, ſi baptiſmalis Eccleſia ſit: ſin Eccleſia minor, ad triginta paſſus, hæc immunitas porrigitur *i*, adeò vt & domus Eccleſiæ intra triginta paſſus conſtitutę eadem immunitate gaudeant *k*. Quin & ad Epiſcopi domum quocunque loco ſitam *l*, item ad monaſteria *m*, ad hoſpit alia Epiſcopi auctoritate erecta *n*, hæc immunitas traducitur *o*.

*f c. inter 6. c.9. ext. hoc tit. noſtro. c. ſicut antiq. c. reum ad Eccleſiam. c. definiuit. cum c. ſeq. 17. q. 4. l.2. & l. 5. c. de his qui ad Eccleſ.*

*g c. penult. ext. hoc tit. & ibid. Panorm.*

*h c. ſi quis contumax. c. id conſtituimus. 17. q. 4. & c. frater. c. me-*

Exce-

*tuentem.ead.q.4. i c.ſicut antiquitus, c. quiſquis d. quæſt. 4. k d. c. quiſquis Probant Hoſtienſ. & alij apud Remigium Gonnum in tract. de immunit. Eccleſ. in verbo, domus. Intellige autem domos Clericorum, iuxta gloſſ ad d. c. quiſquis. l d. c id conſtituimus. & communiter receptum teſtatur Gonnus d. loco, in verbo, palatium. 15. amplia, m d. c. quiſquis. facit & l.4. in verbo, venerabilibus. C. de his qui ad Eccleſ. confug. n l. omnia. 33. C. de Epiſcop & cler. ibid. Bartol. & Panorm. ad c. penult. num. 6. ext de relig. domib. iuncto ibid. c. 4. o vt iam d. locis.*

*Exceptio.*

Soli hac immunitate excluduntur, publici latrones, nocturni agrorum populatores *p*, & qui ſpe immunitatis in ipſo loco deliquerunt *q*. Addunt alij quartum genus, & non improbabiliter, eorum, ſcilicet, qui ex induſtria & ex inſidiis proximum ſuum occiderunt *r*.

*p c. inter. 6. ext. hoc tit. c. ſicut antiquitus. d. q. 4. facit tit. C. quando lic. vnicuique. q c. fin. extr. hoc titul. adde Gonnum de immunit. Eccleſ. fall. 3. r per text. in cap. 1. ext. de homicidio.*

*De immunitate perſonali & reali.*

Quoad immunitatem perſonalem & realem; vtramque hac vna regula complecti licet: Perſonę Eccleſiaſticæ ab omnibus muneribus, id eſt, oneribus ciuilibus ſolutæ ſunt, ſiue illa perſonalia ſint, ſiue patrimonialia, id eſt, realia ſiue mixta *s*. Perſonalia munera ſunt, quæ animi & corporis intentione exercentur: Patrimonialia ſiue realia, quæ ſumptibus adminiſtrantis: Mixta, quæ ſimul & corporis miniſterio, & expenſis gerentis expediuntur *t*.

*s ex cap. 1. c. 3. diſt. 88. c. Cyprianus. 21. q. 3. c. 4. extr. ne clerici vel monachi, c. non minus. 4. c. aduerſus. 7. extr. hoc*

De

*noſtro titul. c. 1. cap. 3. eodem in 6. iuncta Clement. 1. eodem titul. l. 1. l. 2. cũ Aut. ſeq. C. d. Epiſc. & Cleric. c. Eccleſiarum. 13. quæſt. 2. t l. munerum. 18. ff. de muneribus.*

## *De angariis & aliis præſtationibus.*

Vt hinc pugnent cum ſacris Canonibus & Imperatorum Conſtitutionibus, angariæ, perangariæ, præſtationes annonæ & operarum, exactiones, contributiones, aliaque ciuilia onera Eccleſiis, earumque miniſtris & rebus impoſita *u*: non obſtãte etiam quauis conſuetudine contraria *x*.

*u probant DD. iura.*

*x Auth. caſſ. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Auth. item nulla. C. de Epiſcop. & Cler. cap. 1. de iureiur. lib. 6 & c. 4. de cenſibus in 6. Adde Cõc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 20. de reformat.*

## *A quibus oneribus non eximantur Clerici.*

Obtinuit tamen, vt Clerici ad ciuitatis vigilias tempore neceſſitatis compelli poſſint *y*, neque à legitima tutela, cura pupillorum, orphanorum, & viduarum prohiberi debeant *z*.

*y c. 2. ext. hoc tit.*

*z c. fin. diſt. 86. Auth. Presbyteros. Diaconos. C. de Epiſc. & clericis.*

## *Immunitate non gaudent prædia Eccleſiaſtica antè affecta.*

Sed neque Eccleſiaſtica prædia penſione alióve onere antè affecta, quàm ad Eccleſiam peruenirent, huius immunitate gaudent *a*; Quippe res cum ſuo onere tranſit *b*. Aliàs, cùm bona Eccleſiarum vſui Clericorum

*a c. cum dilecti. 6. ext.*

rum & pauperum deputata ſint, impiū eſt, ea in prophanum vſum conuerti *c*; niſi aliud ferret auctoritas ſummi Pontificis, iuxta formam Concilij Lateranenſis *d*.

*de donatio. c. præterea. 23. extr. de iure patro. c. 1. ext. de cenſibus. c. tributum, 23. q. 8. c. ſi tributum. 11. quæſt. 1.* b *c. ex literis. circa fi. ext. de pgnor. c. paſtoralis. ext. de decimis. l. alienat. Dig. de contrah. emp.* c *c. qui Chriſti, c. nulli, cum aliquot cc ſeqq. 11. q. 2. c. ſemel dicatum, de reg. iur. lib. 6.* d *quam vide in c. non minus. 4. & in c. aduerſus. 7. ext. de immun. Eccleſ.*

# Notatio in Tit. 24.

*α. Sic & de iure Ciuili, immunitas quandoque dabatur ipſis locis, l. 4. §. quamquam. ff. de cenſibus; quandoque perſonis, l. 4. ff. de iure immunitatis; interdum verò rebus, l. ſunt munera, 11. ff. de vacat. & excuſ. muner. niſi quòd hæc immunitas Eccleſiaſtica latius ſe diffundat, vt videre eſt hoc textu noſtro.*

*β. Vbi tamen obſeruandum eſt, quòd licèt in Eccleſiis & cœmiteris tam contractus prophani, quàm iudicia ſecularia interdicantur; tamen contractus, ſi ibidem initi ſint, ſuſtinentur: ſecus eſt in iudiciis ſecularibus, quæ nullius momenti ſunt, c. 2. § ceſſent, cum § ſeq. de immunit. Eccleſ. lib. 6. ſi tamen contentioſæ ſint iuriſdictionis, hoc eſt, in quibus contentione ſiue conflictu partium proceditur; d. §. ceſſent; non, ſi ſint voluntariæ iuriſdictionis; vt rectè conſiderat Panormit. ad c. cum Eccleſia. num. 6. & 8. extr. eodem titul. Vnde*

*&*

& citatio in Eccleſia decerni, imò & citari in ea quis poteſt; tradit Maranta in praxi aurea, parte 6. de citatione num. 129. Addit tamen Lanormit. quòd etſi ea quæ voluntaria ſunt iuriſdictionis. in Eccleſia valeant, non tamen debere ibidem exerceri.

7. Sunt qui improbent, ſed imperitè, hanc immunitatem ex loco Ioan. 2. cap. vbi cum Chriſtus eiecerit vendentes in templo, multo magis eiiciendos putant homicidas alioſque criminoſos: verùm id factum fuit, quòd venditores merces ſuas carius vendendo & periuriis conteſtando, in ipſum templum peccarent; vt exponit text. in c. quid eſt aliud. diſtinct. 88. ac proinde indigni erant beneficio Eccleſiæ, qui in ipſam Eccleſiam deliquiſſent, c. fi. ext. hoc titul. & l. auxilium. in fin. ff. de minoribus. Nec mouet Iuſtiniani Nou. 17. de mandatis Principum. §. neque autem homicidis. Nam præterquam quòd exaudiri poſſit de iis qui fiducia templorum delinquunt; ſicut colligitur ex verſione eiuſdem Nouell. 17. auctore Duareno editæ in §. Cæterum in verb. fiduciam collocent, quod non alienum videtur à ſententia c. fin. extr. de immun. Eccleſ. ſi tamen ſimpliciter intelligamus eundem §. vt præ ſe fert vulgaris editio; rectè dicemus nihil obeſſe Eccleſiaſticæ immunitati: cùm Iuſtinianus conſtitutione ſuâ non potuerit præiudicare Eccleſiis; quarum curâ non ad Imperatores, ſed ad Pontifices & Prælatos Eccleſiaſticos ſpectat. Couarr. reſol. lib. 2. c. 20. n. 3. Proſper Farinaceus

*ceus in praxi crim. lib. 1. quaſt. 28. n. 6. & 22.*

*ƺ. Additur in textu non improbabiliter: quia hæc res contentione non caret; vt videre eſt apud* Couarruuiam *d. c. 20. num. 7. Anton. Gomez. var. reſol. 3. cap. 10. num. 2. &* Nauarr. *in. Manual. cap. 25. num 19. cum. ſeq. & quæ tradit Panormit. ad d. c. 1. ext. de homicidio.*

# DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, ET PROCVRATIONIBVS.

## TITVLVS XXV.

### *Continuatio.*

QVæ ſuperiori Titulo dicta ſunt, pertinent ad onera ciuilia ſiue ſæcularia; non Eccleſiaſtica, hoc eſt, quę à iure Eccleſiaſtico ſiue Canonico iuſtis ex cauſis, introducta ſunt in perſonas & res Eccleſiaſticas: veluti ſunt, cenſus, procurationes, exactiones certis caſibus *a.*

### *Cenſus quid.*

Cenſum autem hic vocamus penſionem quæ ex prouentibus Eccleſiæ ſoluitur Epiſcopo *b*, interdum verò S. Pontifici *c.*

a *Hoſtienſ. in ſumma huius titul.*

b *c. conſtitutus 6. ext. de relig. domibus.*

c *c. recipimus 8. extr. de priuileg.*

d *c. querelam. 24. ext. de electio. c. cum. Canonicis 26. extr. hoc tit.*

inter-

ſuo k) cenſum in eadem ſibi reſeruare poſſit l: quidem & ipſe S. Pontifex, cùm Eccleſiam à iuriſdictione Epiſcopi eximit, vel in tutelam ſuam recipit, ſolet & oblatum eo nomine cenſum recipere m.

k ra-c. paſtoris. 7. in fin. ext. de donatio.

l c. conſtitutus. 6. ext. de religioſ. domibus. c. cum venerabilis 21: ext. hoc tit.

m d. c. conſtitutus. verſ. nos quoque cum libertati. d. c. recipimus. ext. de priuileg. c. ſi Papa, de priuileg. in 6.

*De penſione patrono conſtituenda.*

Sed neq; impeditur Epiſcopus, patrono Eccleſiæ fundationis tempore, moderatos reditus, penſionis nomine, conſtituere n.

n c. præterea. 23. & ibi gloſſ. & Panorm. ext. de iure patr.

*Clerici abſque aſſenſu Epiſcopi, Eccleſiam ſuam cenſualem facere non poßunt.*

In aliis verò Clericis hoc iure vtimur, quòd hi Eccleſias, quibus præſunt, cenſu onerare non poſſint, abſque auctoritate & aſſenſu Epiſcopi o.

o c. præterea 8. ext. hoc tit. ſecus cũ auctoritate Epiſcopi. & ſubſit iuſta cauſa gloſſ. & Panorm. d. c. ſignificauit: & quidem latius Panorm.

*Ne Epiſcopi, Archidiaconi, & Decani. exactionibus onerent ſubditos ſuos, excepto charitatiuo ſubſidio, &c.*

Illud quæſitum eſt, An Epiſcopus extraordinariam præſtationem, ſiue contributionem imperare poſſit ſubditis ſuis? Verùm huius rei extat apertum decretum eiuſdem Concilii Lateranenſis; Prohibemus, *inquit* Conc. ne ſubditos ſuos taliis & exactionibus Epiſcopi grauare præſumant. «
«
«

O Suſti-

" Suſtinemus autem pro multis neceſſitati-
" bus quæ aliquoties ſuperueniunt, vt ſi mani-
" feſta ac rationabilis cauſa extiterit, cum charitate moderatum ab eis valeant auxilium
" poſtulare. *Et paulò pòſt:* Archidiaconi verò ſi-
" ue Decani nullas exactiones ſiue tallias in
" presbyteros, ſiue clericos exercere præſu-
" mant *p*.

*A Procuratione nulla Eccleſia vel monaſterium excuſatur: Et quid ſit Procuratio?*

A Procuratione verò nulla Eccleſia vel monaſterium excuſatur; ne quidem temporis præſcriptione *q*. Eſt autem Procuratio hoc loco *r*, neceſſariorum ſumptuum exhibitio, quæ ratione viſitationis debetur Prælatis: puta, Legatis Sedis Apoſtolicæ, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, Decanis prouinciam ſuam vel diœceſim viſitantibus *s*. Cùm enim, Apoſtolo teſte, nemo cogatur militare ſuis ſtipendiis, & qui ſpiritualia ſeminat, magnum non eſt, ſi metat carnalia *t*; non ſine ratione receptum eſt apud SS. Canones, vt dum Prælati viſitando ſpiritualia ſuis exhibent, ab iiſdem contrà temporalia exhibeantur *u*.

p *text. eſt in c. cum Apoſtolus. 6. §. prohibemus. ext. de cenſib. adde c. conquirente. 6. in fi. ext. de offic. ind. ord.*
q *c. cum inſtantia. 17. c. cùm venerabilis. 21. ext. de cenſibus. iuncto c. cùm ex officij 16. ext. de præſcrip.*
r *Nam & latius quandoq; ſumitur procuratio. vt in c. quãto 16. ext. eod. & in l. 2. §. planè ff. quod vi aut clam.*
s *d. c. cum Apoſtolus. c. 23. ext. hoc noſtro tit.*
t *1. ad Corinth. 9.*
u *d. c. cùm ex officij. iuxta alleg. iura.*

Quis

*Quis modus viſitationis & procurationis.*

Quis autem viſitationis & procurationis modus ſit, præſcribunt quidem Concilia Lateranenſe *x*, & Lugdunenſe *y*: verùm hodiè hæc res reuocanda eſt ad decretum Tridentinæ Synodi, quod hîc integrum adſcribemus: Patriarchæ, *inquit Synodus*, Primates, Metropolitani & Epiſcopi propriam diœceſim per ſe ipſos, aut ſi legitimè impediti fuerint, per ſuum generalem Vicarium aut Viſitatorem, ſi quotannis totam propter eius latitudinem viſitare non poterunt, ſaltem maiorem eius partem; ita tamen vt tota biennio per ſe, vel per Viſitatores ſuos compleatur; viſitare non prætermittant. A Metropolitanis verò, etiam poſt plenè viſitatam propriam diœceſim, non viſitentur Cathedrales Eccleſiæ neque diœceſes ſuorum comprouincialium, niſi cauſa cognita & probata in Concilio Prouinciali: Archidiaconi autem, Decani & alii inferiores in iis Eccleſiis, vbi hactenus viſitationem exercere legitimè conſueuerunt, debeant quidem, aſſumpto notario, de conſenſu Epiſcopi deinceps per ſe ipſos tantùm ibidem viſitare. Viſitatores etiam à Capitulo deputandi, vbi Capitulum ius viſitandi habet, prius ab Epiſcopo approbentur: ſed non ideò Epi-

x *in d. c. cùm Apoſtol.*

y *c. 2. eod. tit. in 6.*

ſcopus, vel, eo impedito, eius Viſitator eaſdem Eccleſias ſeorſim ab his viſitare prohibeatur: cui ipſi Archidiaconi, vel alii inferiores, viſitationis factæ infra menſem rationem reddere, & depoſitiones teſtium, ac integra acta ei exhibere teneantur: non obſtantibus quacunque conſuetudine, etiam immemorabili, atque exemptionibus & priuilegiis quibuſcunque. Viſitationum autem omnium iſtarum præcipuus ſit ſcopus, ſanam orthodoxamq́ue doctrinam, expulſis hæreſibus, inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortationibus & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamq́ue accendere, cætera, prout locus, tempus, & occaſio feret, ex viſitantium prudentia ad fidelium fructum conſtituere. Quæ vt faciliùs feliciuſq; ſuccedant, monentur prædicti omnes & ſinguli, ad quos viſitatio ſpectat, vt paterna charitate, Chriſtianoq; zelo omnes amplectantur, ideoq; modeſto contenti equitatu famulatuq́ue ſtudeant quàm celerrimè, debita tamen cum diligentia, viſitationem ipſam abſoluere. Interimq́ue caueant, ne inutilibus ſumptibus cuiquam graues oneroſiuè ſint, neuè ipſi, aut quiſquam ſuorum quidquam procurationis cauſa pro viſitatione, etiam teſtamentorum ad pios vſus, prçter id, quod ex relictis piis iure de-

betur,

betur, aut alio quouis nomine, nec pecuniã, “
nec munus, quodcunque ſit, etiam quali- “
tercunque offeratur, accipiant: non ob- “
ſtante quacunq; conſuetudine, etiam im- “
memorabili: exceptis tamen victualibus, “
quæ ſibi ac ſuis frugaliter moderateq; pro “
temporis tantùm neceſsitate, & non vltrà, “
erunt miniſtranda. Sit tamen in optione “
eorum qui viſitantur, ſi malint ſoluere id, “
quod erat ab ipſis anteà ſolui, certa pecunia “
taxata, conſuetum; an verò prædicta victua- “
lia ſubminiſtrare: ſaluo item iure conuen- “
tionum antiquarum cum monaſteriis, a- “
liiſve pijs locis, aut eccleſiis non parochia- “
libus inito, quod illæſum permaneat. In iis “
verò locis ſeu prouinciis, vbi conſuetudo “
eſt, vt nec victualia, nec pecunia, nec quic- “
quam aliud à Viſitatoribus accipiatur, ſed “
omnia gratis fiant, ibi id obſeruetur. Quòd “
ſi quiſquam, quod & abſit, aliquid ampliùs “
in ſupradictis omnibus caſibus accipere “
præſumpſerit, is præter dupli reſtitutionem “
intra menſem faciendam, aliis etiam pœnis “
iuxta Conſtitutionem Concilii generalis “ z c. 2. de
Lugdunenſis, quæ incipit, Exigit z, nec “ cenſib.
non & aliis pœnis in Synodo prouinciali, “ lib. 6.
arbitrio Synodi, abſque vlla ſpe veniæ, mul-
tetur: Patroni vero in iis, quæ ad Sacramen- “
torum adminiſtrationem ſpectant, nulla- “
tenus ſe præſumant ingerere; neque viſita-

„ tioni ornamentorum Eccleſiæ, aut bonorum ſtabilium, ſeu fabricarum prouentibus immiſceant, niſi quatenus id eis ex inſtitutione ac fundatione competat, ſed Epiſcopi ipſi hæc faciant, & fabricarum reditus in vſus Eccleſiæ neceſſarios & vtiles, prout ſibi expedire magis viſum fuerit, expendi curent *a*.

*a text. Cōcil. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. de reformat.*

# DE DECIMIS.

## TITVLVS XXVI.

NVnc de Decimis agamus, quæ & Eccleſiaſtici iuris ſunt. Si quidem à ſacris Canonibus diſertè ſancitum eſt, vt ex omnibus rebus, quas quis quauis ex cauſa iuſtè acquiſiuit, decimas, id eſt, decimam earum partem pendat Eccleſiæ miniſtris. *a*.

*a c. non eſt 22. cum c. ſeq. c. tua nos 26. ext. hoc tit. c. quicunq; 4. cum 2. cc. ſeqq. 16. q. 7. c. decimæ ead. q. 1.*

### *Duplex genus decimarum.*

Harum duplex genus eſt; aliæ enim perſonales ſunt, aliæ prædiales. Perſonales ſoluuntur ratione perſonæ; puta, ex lucro negotiationis, venationis, militiæ, vel alterius muneris ſiue artificij *b*. Prædiales, ex prouentibus prædiorum; veluti, ex frugibus, fœno, vino, fructibus arborum, ex obuentio-

*b iam dictis iuribus.*

uentionibus molendinorum *c*, locatarum ædium *d*, & ſimilium. Nam hæc omnia ex præſcripto ſacrorum Canonum, decimarum functioni ſubiecta ſunt *e*.

*De tertio genere decimarum.*

Sunt qui his tertium genus decimarum interjiciunt, quas mixtas appellant, id eſt, partim prædiales, partim perſonales, quales ſunt, quæ ex fructibus pecorum aliorumq́; animalium; veluti ex fœtu, lana, lacte, colliguntur *f*; ſed commodiùs hæ reuocantur ad prædiales decimas, vbi animalia in prædiis paſcuntur *g*. At ſi domi porrecto paſtu, ad perſonales referantur; niſi fortè vtrinque æquè paſcerentur, qua ſpecie mixtum genus conſtituerint *h*.

*Differētia inter perſonales & prædiales decimas.*

Illud diſcriminis eſt inter perſonales & prædiales decimas: quòd in his expenſæ ſeminis, culturæ, vel alterius rei non deducantur: in illis detrahantur impenſæ quæ factæ ſunt quærendis, emendis & conuehendis rebus *i*. Quare in prædialibus decimis id ſingulare eſt: cùm alioqui fructus non intelligantur, niſi deductis expenſis, quæ quærendorum, colligendorum,

c c.4 & paſſim ext. hoc tit. d c. penult. ext. de pactis.
e vt videre eſt iam dd. iuribus.
f c. peruenit §. cum c. ſeq. ext. eod. Vide Hoſtienſ. in ſumma huius tit. n. 3. Rebuffum in tract. de decimis. qu. 3. in fi. Nauarrum in Manu.. cap. 21. num. 29
g ex ſententia c. 4. ext. hoc tit.
h arg. §. ſi Titius Inſtitut. de rer. diuiſ.
i c. paſtoralis. 28. c. cum homines. 7. c. ex parte 21 cũ 2. cc. ſeq. c. tua 26. ext hoc tit.

rum, conſeruandorumque eorum gratia factæ ſunt *k*.

*k l. ſi à patre 39. §. fi. ff. de petitio. hæred. l. fructus 7. ff. ſol. matrim. & l. 1. C. de fructib. & lit. expenſ.*

### *Cui decimæ prædiales ſoluendæ ſint.*

Soluuntur verò decimæ prædiales Parocho, cuius Parochiæ finibus prædia continentur *l*, niſi conſuetudine aut præſcriptione *m α*, aut priuilegio *n*, vel ex compromiſſo, ſiue tranſactione ius decimandi alteri Eccleſiæ quæſitum ſit *o*.

*l c. cùm contingat 29. cum c. ſeq. c. quoniam 13. ext. hoc tit. c. 2. de reſtitution. ſpoliat. in 6. m c. cum ſint homines. 18. c. ad apoſtolicæ. 20. ext. hoc tit. c. 1. de præſcript. lib. 6. n c. ex parte 27. c. cùm contingat. & ibi gloſſ. & Innoc. ext. eod. tit. in 6. o. de compromiſſo. vide textum & ibi Panorm. in c. Apoſtolica 7. ext. de his quæ fiunt à prælat. de tranſactione. vide c. 2. ext. de tranſaction. c. 3. c. 8. extr. hoc tit. iuncto §. penultim. inf. eod.*

### *Laico an Ius decimandi poſſit competere.*

Laicis verò neque præſcriptione *p*, neque auctoritate Epiſcopi vel alterius ius decimãdi competere poteſt *q β*; ſi quidem hoc ius ſpirituale eſt, ac proinde in laicum non cadit *r*. Exceptis his, quibus à S. Pontifice nominatim id conceſſum eſt *s*, aut quibus ante Concilium Lateranenſe decimæ in feudum datæ ſunt *t*: his enim duobus caſibus decimæ à laico rectè poſſidentur *u*.

*p c. cauſam 7. ext. de præſcript. q c. 1. 16. q. 7. c. ad hæc 15. c. quamuis 17. c. prohibemus 19. ext. hoc. tit. r c. fi. ext. de rer. permut. iuncto c. cauſam 7. ext. de præſcript. 8. arg. c. Hadrian. cum c. ſeq 93. dict. Panorm. ad d. c. cauſam num. 3. t c. cum Apoſtolica. 7. ext. de his quæ fi. à prælat. & ibi Panorm. n. 11. c. 2. §. ſanè eod. in 6. vide Couarr. var. reſol. lib. 1. c. 17. num. 5. verſ. olim ſanè. u iam dd. iuribus.*

Poſſeſſor

*Poſſeſſor decimarum alienæ parochiæ ſpoliatus, an ante omnia reſtituendus.*

Hinc quæſitũ eſt; An ſi Parochus loci interuerterit poſſeſſionem decimandi alteri clerico, videlicet ipſe percipiendo decimas, ſtatim reſtitui debeat? Et non reſtitui oportere, priuſquam titulum poſſeſſionis ſuæ legitimè probauerit, docet Bonifaciana conſtitutio, ob præſumptionem iuris communis, quæ militat pro parocho loci aduerſus ſpoliatum *x*. Quare idem magis obtinet in laico ſpoliato, propter defectum poſſeſsionis ſuæ; licet alioquin ordinarii iuris ſit, ſpoliatum etiam prædonem ante omnia reſtituendum eſſe *y*.

*x c. 2. de reſtit. ſpoliatorum in 6.*

*y in c. in literis 5. ext. de reſtit. ſpoliatorum c. omnes. 2. q. 2. l. 1. §. & quià me. ff. de vi. & §. recuperandæ. Inſt. de interdictis.*

*Cui decimæ perſonales exſoluendæ.*

Perſonales decimę illi Eccleſię ſoluuntur, in qua quis ſacramenta Eccleſiaſtica percipit, licet alibi lucrum obtigerit *z*. Verùm rarior harum decimarum vſus eſt.

*z c. ad Apoſtolicæ. 20. ext. hoc tit. c. fi. ext. de parochijs. c. quæſt. 1. 16. q. 1.*

*De Noualium decimis.*

Noualium decimæ, prædialium numero cenſentur; atque idcirco Parocho loci penduntur *a*. Eſt autem nouale, ager de nouo ad culturam redactus, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuerit *b*.

*a c. quoniam 13. c. cũ contingat. 29. hoc tit. priuileg.*

*b c. 1. & c. quid per 21. ext. de verb. ſignif. c. fi. ext. de Aliter iure ciuili accipitur. l. ſylua. 30. Dig. de verb. ſignif.*

*De noualibus incertæ parochiæ.*

Quòd ſi noualia incertæ parochiæ ſint, propius eſt, vt eorum decimæ ad Epiſcopum pertineant; qui vel alteri Eccleſiæ eas aſſignabit, vel in opus ſuum conuertet *c*.

*Præſcriptio & priuilegium non extenduntur ad noualia.*

Porrò vbi decimæ alteri quàm Parochiali Eccleſiæ ex præſcriptione vel priuilegio competunt, non continebuntur decimę noualium *à*. Cuius aperta ratio in pręſcriptione eſt; quòd præſcriptio non procedit abſque poſſeſſione, quæ in decimis noualium nulla dari poteſt. In priuilegio verò propter ſtrictam eius interpretationem, cùm vltrà quàm priuilegio comprehenſum eſt, porrigi non debeat *b*.

*Qui ad decimas teneantur.*

Quod ad debitores decimarum attinet: illud conſtituti iuris eſt, quemlibet ad decimarum functionem teneri; ſiue is Eccleſiaſticus ſit, ſiue ſecularis, ſiue Monachus *c*. Et quidem in prædialibus hæc ratio eſt, quòd fructus prædiorum hoc onere affecti ſint; ac proinde cum ſua cauſa quemlibet poſſeſſorem comitantur *d*. In perſonalibus, eſt Sacramentorum perceptio *e*. Quò fit vt ſi clerici in ſuis Eccleſiis Sacramenta percipiant,

c d.c.quoniā.

a d. c. cum contingat. c.cum. 21. §. fi. ext. hoc tit.

b c. dilecti 8. ext. eod. c. porrò 7. ext. de priuil. & ſup. de relig. domib. §. vt tamen. adde Couarr. var. reſol. lib. 1. c. 17. n. 13.

c c. à nobis 24. tex. hoc tit. c. ſi quis laicus. 42. & c. antepen. 16. q. 1.

d c. cum non ſit ext. hoc tit. iuncta l. alienatio 57. Dig. de contrah. emp. c. ex literis. 5. ext. de pignor. e c. ad Apoſtolic. 20. ext. hoc tit. & c. fin. ext. de paroch.

ad

ad præſtationem perſonalium nequaquam cogi poſſint *f*.

*Monachi ad quas decimas non teneatur.*

Sed & in Monachis hoc temperamentum adhibetur; vt qui ſunt Ordinis Ciſterciensium, Templariorum, & Hoſpitalariorum, decimas ſuorum laborum non pendant *g*; ex ijs, ſcilicet, prædiis, quæ ante Concilium Lateranenſe ſibi acquiſiuerunt *h*. Cæteris autem Monachis decimæ ſuorum noualium, quæ propriis manibus aut ſumptibus excolunt, item animalium & hortorum ſuorum, beneficio Hadriani Pontificis remiſſæ ſunt *i*.

*Ex decimis præceptis canonica portio debetur Epiſcopo: niſi ea præſcripta ſit.*

In Clericis illud obtinuit, vt ex decimis à ſe perceptis Canonicam portionem inferre cogantur Epiſcopo, quæ eſt quarta pars decimarum perceptarum *k*. Verùm huic Canonicæ portioni quadraginta annorum ſpatio à Clericis præſcribitur contra Epiſcopum *l*.

*Exemptio à decimis quatuor ex cauſis.*

Cæterùm immunitas à decimarum præſtatione ex quatuor capitibus contingere poteſt: Aut priuilegio S. Pontificis, aut conſuetudine ſiue præſcriptione, aut tranſactione, aut remiſſione eius, cui debentur decimæ.

f *c. 2. ext. hoc tit. iuncto d. c. ad Apoſtolica.*

g *c. ex parte 10. cum c. ſeq. ext. hoc tit.*

h *ita attemperauit Innocentius III. in c. penult. ext. hoc tit.*

i *d. c. ex parte 10. verſ. cæteris verò.*

k *c. conquerente 16. ext. de offi. iud. ordin. c. quoniam 13. ibi. tua parte retenta. ext. hoc tit.*

l *c. 4. ext. de præſcript.*

De

*ext. de conſtitutio.* u *c. ſuborta.* 21. *ext. de ſent. & re iudic.* x *l. Imperatores.* 35. *ff. de re iudica. facit l. ſub prætextu. C. de trāſact.* y *vide infr. tit. de in integr. reſtitut.*

*De tranſactione decimarum non ſoluendarum.*

Tranſactio verò de decimis non ſoluendis ita demùm valet, ſi nihil temporale ab altero præſtandum intercesſerit z, eaque perpetua eſt, ſi & Epiſcopi conſenſu facta ſit *a*; aliàs perſonam tranſigentis non egreditur *b*.

*De remiſſione decimarum.*

Denique decimæ rectè remittuntur, proſpectu paupertatis debitoris *c*; aut vitandi ſcandali cauſa, exemplo D. Pauli *d*; idque ad tempus, non in perpetuum: alioqui hæc remiſſio alienationem ſaperet, pernicioſaque eſſet Eccleſiæ *e*.

z *c. fi. ext. de rerum permutat.* a *Per tex. in c. 2. ext. de tranſactio.* b *c. veniens* 8. *iuncto c. de cætero ext. d. tit. de tranſact.* c *c. decima. & c. fi.* 16. *q.* 1. d *Acto.* 20. *circa fi.* 2. *ad Corin.* 11. *cap. de quo latius* D. *Thomas* 22. *q.* 87. *art.* 1. *in reſponſo ad* 5. *& ibi Caiet.* e *c* 2. *ext. de donat.*

## Notatio in Tit. 26.

*a. Hæc præſcriptio immemorialis eſſe debet; cùm ius commune, quo parocho loci ſolui iubentur decimæ, præſcribenti aduerſetur: aut certè præſcriptio quadragenaria eſſe debet cum titulo, ſecundum deciſionem textus in c.* 1. *de præſcript. in* 6. *de quo latius Couarr. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 7.

*b Etiam*

ɛ *Etiamſi ſit immemorialis. præſcriptio, propter rationem, quæ in textu ſubiicitur; quòd ſcilicet ius decimandi ſit ſpirituale; ac proinde in laicum non cadit eius quaſi poſſeßio, quæ requiritur in præſcriptione rerum incorporalium. c. cauſam 7. ext. de præſcript. iuncto capitul. 3. ext. de cauſa poſſeſſ. Exceptis tamen duobus caſibus, qui in textu noſtro recenſentur. Quibus ceſſantibus videant laici, quo iure poßideant decimas: nec enim alium titulum obtendere poſſunt.*

γ *Quod hîc dicitur de præſcriptione 40. annorum, deſumptum eſt ex c. 4. ext. de præſcript. & exaudiri debet, ſi & titulus adſit; aliàs opus eſt præſcriptione immemoriali, iuxta text. in cap. 1. de præſcript. in 6. qui ad verbum recitatur in §. & licet. infr. tit. de exceptione. Panorm. ad d. c. 4. num. 3. Balb. in tract. de præſcript. 1. part. quintæ principalis quæſt. 13. Adde Couarruu. ſuprà citato loco.*

δ *Textus hîc de præſcriptione 30. vel 40. annorum, huc relatus eſt ex c. ſi de terra. 6. & ex c. accedentibus. 15. extr. de priuil. & non paruam difficultatem mouet, propter iuris communis regulam; qua contra Eccleſiam non currit præſcriptio minor quadragenaria. c. 4. c. 6. & c. 8. ext. de præſcript. cui textus conformis eſt in d. c. accedentibus. Vnde mirum eſt, cur d. c. ſi de terra. minorem admiſerit, videlicet, triginta annorum. Sed putat Panorm. ad d. c. accedentibus.*

hoc

*hoc cappitul. tanquam poſterius corrigere d. cap. ſi de terra. & pro hac ſua ſententia citat gloſſam ibidem communiter receptam.* Cæterùm, *vt correctio iurium, quoad fieri poteſt, euitetur, c. cum expediat. 29. in princ. de elect. lib 6. l. vnica,* C. *de inoff. dotib. melius eſt, vt ſeparemus ſpeciem d. c. ſi de terra. à ſpecie d. c. accedentibus. Si quidem in illo agitur de præſcriptione parochialis* Eccleſiæ*, ad quam aliàs de iure pertinent decimæ, contra monaſterium: ac proinde cùm hæc præſcriptio fauorabilis ſit, eò quòd res faciliùs ad ſuam naturam redeat l. ſi vnus. 27. §. pactus. verſ. quod ſi non. ff. de pact. c. venerabilis. 21. ext. de cenſib. ideò in hac præſcript. minus tempus ſufficit. Quod ſecùs accidit in d. c. accedentibus, vbi alij inter ſe certant de decimis.* Et *huius ſententiæ videtur eſſe* Henricus Boich. *ad d. c. ſi de terra. &* Couarr. *in c. poſſeſſor malæ fidei. in initio 2. partis in 9. de regulis iur. in 6. Quò ſit, vt vtramque præſcriptionem in textu noſtro reliquerimus.* Nec *enim veriſimile eſt, hæc duo capita ſup. eodem titulo contenta, eodemq́; tempore à collectore* Decretalium *edita, ſibi inuicem derogare, contra prooemium lib.* Decretalium*, vbi ſuperflua præciſa dicuntur.*

DE

# DE PRÆBENDIS.

## TITVLVS XXVII.

*Præbenda quid.*

a *c. ſi quis dator. c. ex multis. §. conſtitutus 1. q. 3.*

PRæbenda nihil aliud eſt, quàm beneſicium Eccleſiaſticum *a*; ſiue ius percipiendi prouentus Eccleſiæ ratione miniſterij Eccleſiaſtici.

*Diuiſio præbendarum ſiue beneficiorum.*

Præbendarum ſiue beneficiorum Eccleſiaſticorum quædam curata ſunt, quædam non curata. Curata dicũtur, quæ animarum curam annexam habent: idque duplici ratione; vel quia beneficiatus certis perſonis, puta, parochiæ ſuæ, Sacramenta Eccleſiaſtica adminiſtrat, & verbum Dei denunciat *b*: vel quia exercet ea, quæ ſunt iuriſdictionis ſpiritualis; veluti ſunt, viſitare, inquirere, ſuſpendere, excommunicare, abſoluere *c*. Nam & hæc animarum curam concernunt *d*. Non curata beneficia ſunt, quibus nulla huiuſmodi cura annexa eſt.

b *c. 2. §. verum de ſepultis. in Clement.*
c *c. execrabilis, §. fi. de præbend. in extrauag. commun.*
d *vide latius Conc. Triden. ſeſſ. 23. cap. 1. de reform. & Panorm. ad c. de multa. n. 24. ext. hoc tit.*

Altera

*Altera diuiſio.*

Rurſus beneficiorum Eccleſiaſticorum alia adiunctam habent dignitatem, alia perſonatum, alia præpoſituram, alia adminiſtrationem, alia officium; alia nihil horum habent *e*.

*De clerico abſque beneficio non ordinando.*

Prudenter verò à ſacris Canonibus ſancitum eſt; ne quis in Clericorum numerum cooptetur, niſi cum beneficii titulo; idque adeò olim obtinuerat, quòd etiam ordines Eccleſiaſtici abſque titulo ſuſcepti, irriti & inanes haberentur, in odium Ordinantium *f*. Quo iure hodie non vtimur, ſed Epiſcopus à ſe ordinato ſine titulo, vel ipſius ſucceſſor, tamdiu alimenta ſubminiſtrat, donec is beneficium Eccleſiaſticum conſequatur *g*.

*e c. 1. de conſuetud. lib. 6. & ibi Doctores. vide Panorm. ad d. c. de multa. n. 20. cũ ſeqq. vbi hæc explicat.*

*f c. ſanctorũ ſecundùm. 16. ex h. tit.*

*g c. 2. & d. c. cum ſecundũ ext. eod. adde c. ſi Epiſcopus. 37. eod. in 6. vbi quid iuris, ſi quis ab alieno Epiſcopo ſine tit. ordinetur.*

*Decretum Concilij Tridentini.*

Quam in rem extat & Concilij Tridentini decretum; Statuit, *inquit*, ſáncta Synodus; ne quis deinceps Clericus ſecularis, quamuis aliàs ſit idoneus moribus, ſcientia & ætate, ad ſacros ordines promoueatur, niſi priùs legitimè conſtet eum beneficium Eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiat, pacificè poſſidere.

„ Id verò beneficium reſignare nõ poſsit, niſi „ facta mentione, quod ad illius beneficij ti- „ tulum ſit promotus; neque ea reſignatio ad- „ mittatur, niſi conſtito, quod aliunde viuere „ commodè poſsit, & aliter facta reſignatio „ nulla ſit. Patrimonium verò vel penſionem „ obtinentes, ordinari poſthac non poſsint, „ niſi illi, quos Epiſcopus iudicauerit aſſumē- „ dos pro neceſsitate vel commoditate eccle- „ ſiarum ſuarum; eo quoque prius perſpecto, „ patrimonium illud vel penſionem verè ab „ iis obtineri, taliaque eſſe, quæ eis ad vitam „ ſuſtentandam ſatis ſint, atque illa deinceps „ ſine licẽtia Epiſcopi alienari aut extingui vel „ remitti nullatenus poſsint, donec bene- „ ficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, „ vel aliunde habeãt vnde viuere poſsint; an- „ tiquorum Canonum pœnas ſuper his inno- „ uando *h*.

*h text. eſt Cõc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. de reformat.*

*De modis acquirendi beneficium Eccleſiaſticum.*

Adquiritur præbenda ſiue beneficium Eccleſiaſticum, vel per conceſsionem, vel per inſtitutionem. De quibus hîc ex ordine diſſeremus. Nam de electione & poſtulatione ſuprà egimus *i*.

*i tit. 11. & 12. lib. 1.*

DE

# DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ, SIVE BEneficii Eccleſiaſtici.

## TITVLVS XXVIII.

*Præbendæ à quibus concedantur.*

PRæbenda ſiue beneficium Eccleſiaſticum confertur, aut ab Epiſcopo, aut à Capitulo, aut à S. Pontifice, aut à Legato Sedis Apoſtolicæ.

*Epiſcopus quo iure beneficium conferat, item Capitulum.*

Ab Epiſcopo ideò rectè confertur, quòd is ex præſcripto ſacrorum Canonum, eccleſiarum omnium ſuæ diœceſis curam gerat *a*. Vt tamen in conferendo beneficium, Epiſcopus, & Capituli ſui (cùm quo vnum corpus conſtituit) conſilium abhibeat *b*, niſi fortè conſuetudine, vel ſtatuto Ecclesiæ aliter receptum eſſet, vt vel ſolus Epiſcopus, vel ſolum Capitulum beneficium conferat; quod meritò retinendum eſt *c*.

a *c. omnes Baſilicæ. cũ c. ſeq. 16. q. 7. c. decretum. cum 3. cc. ſeq. 10. q. 1. c. cùm ex iniuncto in fin. ext. de hæretic.* b *c. nouit. 4. cum c. ſeq. ext. de his quæ fiunt à prælat.* c *c. cum Eccleſ. 31. ext. de elect. c. ea noſcitur. ext. de his quæ fi. à prælo. c. vnico. §. fi. ne. ſede vac. in 6. iuncto c. fi. ext. de conſuet.*

*Beneficia antequàm vacent, non ſunt conferenda.*

Priuſquam verò vacet beneficium Eccleſiaſticum, alteri conferendum vel etiam addicendum non eſt, ne votum captandæ mortis alterius inducatur *d*; adeoque collatio vel addictio huiuſmodi ipſo iure nulla eſt *e*. Neque intereſt, generaliter vel ſpecialiter beneficij nondum vacantis promiſſio quibuſcunque verbis facta ſit *f*.

*Vacantia beneficia quando conferenda.*

Vbi autem vacant beneficia vel officia Eccleſiaſtica, conferenda ſunt intra ſex menſes; alioqui his elapſis ab Epiſcopo, ſi ad eum ſpectat, collatio deuoluitur ad Capitulum; & è diuerſo à Capitulo ad Epiſcopum: his autem negligentibus, ad Metropolitanum *g*: & poſt hunc ad Patriarcham, cui Metropolitanus ſubeſt; quem ſi non habet, ad S. Pontificem collatio defertur *h*.

*Vbi non eſt certus numerus beneficiatorum, nulla vacatio datur.*

Quæ certè obtinent in beneficiis cuiuſcunque generis: exceptis Epiſcopalibus & Regularibus prælaturis, quarum electioni trium menſium ſpatium præſtitum eſt à iure *i*. Item Eccleſijs, quæ certum beneficiorum numerum conſtitutum non habent; ac

d *c.2 ext. de conceſſ. præbend.*
e *c.3. c. 13. ext. eod. Cōcil. Trid. ſeſſ. 24. c. 19. de reform.*
f *c. 2, eod. lib. 6.*
g *d c. 2. ext. eod. ibi latius.*
h *c. 3. ext. de ſupplenda neglig. prælat. adde Panor. ad d. c. 2. n. 7, ext. eod.*
i *c. ne pro defectu. 42. ext. de elect.*

ac proinde in iis nunquam cenſetur vacare beneficium *k*.

*i c. dilectus. 12. ext. de conceſſ. præbend. vide ſupra tit. de elect.* k *c. ex parte 10. extr. hoc noſtro tit.*

*Tempus ſex menſium vnde incipiat currere.*

Tempus verò ſex menſium non à tempore vacationis beneficii, ſed notitiæ computandum eſt, neque legitimè impeditis currit *l*.

l *c. quia diuerſitatem. 5. ext. hoc tit. d. c. 3.*

*Sede vacante non ſuccedit Capitulum in collationem beneficiorum.*

Cui conſequens eſt, vt neque Sede Epiſcopali vacante ſuccedat Capitulum in collationem beneficiorum ad Epiſcopum ſpectantium: cùm hic nulla argui poſſit negligentia Epiſcopi; ac proinde ceſſat hoc caſu deuolutio beneficii vacantis ad Capitulum *m*.

m *c. 2. ext. ne ſede vacant.*

*De collatione poſt tempus facta.*

Planè ſi decurſo collationis ſpatio, nihilominus per negligentem fiat collatio beneficii vacantis; ſuſtinetur quidem eo caſu collatio, ſed ex patientia, ſi modò idoneo facta ſit *n*.

n *c. litera 4. ext. de ſuppl. neglig.*

*De authoritate S. Pontificis in beneficijs conferendis.*

Ad S. Pontificem quod attinet, dubium non eſt, quin is pro ſumma in Vniuerſa Eccleſia poteſtate, omnes Eccleſias earumque

o c. 2. de præbend. in 6. p propter Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 19. de refor. vbi vide q d. c. 2. de præb. lib. 6.

beneficia cuiuſcunq; generis liberè conferre poſſit, non tantum vacantia, ſed & vacatura *o*: non tamen hodie eo iure vtitur *p*, niſi in beneficijs apud Sedem Apoſtolicam vacantibus, quæ ſingulari iure diſpoſitione S. Pontificis reſeruata ſunt *q*.

*Quæ beneficia Eccleſiaſtica apud Sedem Apoſtolicam vacare dicantur.*

r l. 1. & ibi gloſſ. Dig. Si quis cautionib. l. itinere. 3. ff. de verb. ſignif. s c. in præſenti. 34. de præbend. lib. 6. Excipe tamen parochialem Eccleſiam defuncto Papa, iuxta c. ſi Apoſtolica. 35. eod. tit. lib. 6. t c. 3. eod. lib. 6.

Dicuntur autem beneficia vacare apud Sedem Apoſtolicam, ex Bonifacii VIII. declaratione, quæ ab illis poſſidebantur, qui in Curia Romana, vel in vicino ei loco, per duas dietas legales, id eſt, per iter duorum dierum (computando vicena millia paſſuum in ſingulos dies, id eſt, viginti milliaria Italica *r*) dum ad Curiam irent vel redirent; è viuis exceſſerint *s*. Quæ tamen ſi non conferat S. Pontifex intra menſem à die vacationis, redit ad eos collatio, ad quos aliàs ſpectabat *t*.

*Beneficium, quod vacat per aliud beneficium incompatibile, reſeruatum eſt Sedi Apoſtolicæ.*

u in c. execrabilis. de præbend. in extrauag. commun.

Sanè ex Ioannis XXII. conſtitutione & ea beneficia, quæ per adeptionem alterius beneficii incompatibilis quocunque loco vacant, Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruata ſunt *u*.

De

*De legatorum Sedis Apoſtolicæ poteſtate in conferendis beneficiis.*

Quo ad Legatum Sedis Apoſtolicæ; quam, ſcilicet, is poteſtatem habeat in beneficiis Eccleſiaſticis conferendis, ſuprà retulimus x.

x tit. de off. Legati. §. inter. cum 2. ſeqq.

*In quo conueniunt collatio beneficij à S. Pontifice facta, & ab eius Legato, cum aliis.*

Illud commune eſt collationi S. Pontificis & Legati Sedis Apoſtolicæ, quòd vtraq; tanquam ſurreptitia & nullius momenti ſit, ab eo ſiue eius nomine impetrata, qui aliud beneficium, licet exiguum, obtinet, nulla huius mentione facta y. Diuerſum verò eſt in aliorum collationibus z.

y c. ſi motu. 23. de præbend. in 6. c. fi. de off. leg. in 6.
z c. 2. de off. iud. ord. in Clement.

*Beneficium motu proprio collatum,*

Porrò, vbi motu proprio expreſſeè collatio beneficij facta eſt per S. Pontificem, conſtat omninò collatio; nulla etiam aliorum beneficiorum, quot & qualiacunq; illa ſint, facta mentione a.

a d. c. ſi motu. cum c. 1. de præbend. in Clement.

*An in caſu motus proprij, & in collatione Ordinarij intelligatur diſpenſatio facta ſuper pluralitate beneficiorum?*

Quæ tamen non eò trahenda ſunt, quaſi collatio beneficij, motu proprio à S. Pon-

tifice, vel ab Ordinario facta, diſpenſationem inducat duo vel plura beneficia ſimul retinendi; ſed dũtaxat eò pertinent, ne poſterior illa collatio ſubreptionis argui poſſit *q*. Quò fit, vt ſi beneficiũ poſterius cum priori incompatibile ſit (qualia ſunt duo beneficia curam animarum, dignitatem perſonarum, vel officium annexum habentia) vtique in priori retinendo diſpenſatio exigatur; alioqui ipſo iure prius beneficium vacat *c*.

b *per tex. in c. non poteſt 21. de præbend. lib. 6.*

c *c. execrabilis. §. porrò. cum §. ſeq. de præbend. in extrauag. communic. c. de multa. 28. ext. de præbend. c. 1. de conſuetud. in 6.*

*Cauſæ diſpenſationis ſuper pluralitate beneficiorum incompatibilium.*

Legitima verò diſpenſationis cauſa eſt, in Cardinalibus, & Regũ filiis *d*. Item in ſublimibus & literatis perſonis, ſi & in his iuſta cauſa S. Pontificem permoueat ad diſpenſandum *e*. Etenim conniuentia nihil prodeſt plura beneficia poſſidenti, cùm is qui conniuet, diſpenſare non intelligatur *f*.

d *d. c. execrabilis §. 1.*

e *d. c. de multa.*

f *c. cum iamdudum. 18. in fin. ext. de præbend.*

*Decretum Concilij Tridentini ſuper pluralitate beneficiorum, &c.*

Qua in re prætereundum non eſt ſacri Concilij Tridentini decretum; quod hic libet adſcribere: Cùm Eccleſiaſticus, *inquit*, Ordo peruertatur, quando vnus plurium officia occupat clericorum; ſanctè ſacris Canonibus cautum fuit; neminem oportere

tere in duabus Eccleſiis conſcribi. Verum quoniam multi improbæ cupiditatis affectu ſeipſos, non Deum, decipientes, ea quæ benè conſtituta ſunt, variis artibus eludere, & plura ſimul beneficia obtinere non erubeſcunt; ſancta Synodus debitam regendis Eccleſiis diſciplinam reſtituere cupiens, præſenti decreto; quod in quibuſcumque perſonis quocunque titulo, etiamſi Cardinalàtus honore fulgeant, mandat obſeruari; ſtatuit, vt in poſterum vnum tantum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur; quod quidem ſi ad vitam eius, cui confertur, honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodò vtrumq; perſonalē reſidentiam non requirat, eidem conferri. Hæcque non modò ad Cathedrales Eccleſias, ſed etiam ad omnia alia beneficia tam ſecularia quàm Regularia quæcunque etiam commendata, pertineant, cuiuſcunque tituli ac qualitatis exiſtant *g*. Cæterùm quæ ad ſubleuandam tenuitatem eccleſiarum Cathedralium & Parochialium, item Canonicorum Cathedralium & Collegiatarum inſignium, ſpectant, hic conſultò omittimus breuitatis cauſa. De his idem Concilium Tridentinum adeatur *h*.

*g ex concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 17 de reform.*

h *d. ſeſſ. 24. cap. 13. cap. 15. de refor.*

*Cui Eccleſiaſticum beneficium conferendum ſit.*

i *Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de refor.*

k *vt infrà. de clericis non reſidentibus.*

Ab extremum; nullus ad Eccleſiaſticum beneficium aſſumi poteſt, niſi clericus, prima ſaltem tonſura initiatus, quatuordecim annorum *i*, & qui in loco beneficii ſui poteſt reſidere & deſeruire *k*. In dignitatibus tamen, canonicatibus, portionibus eccleſiaſticis, quæ ſacrum Ordinem annexum habent, illud amplius eſt; vt qui ad eas aſſumuntur, etiam eodem ordine inſigniti ſint, aut eius ætatis, quod infra tempus à iure & à Concilio Tridẽtino definitũ eo poſſint inſigniri *l*.

l *c. cum 7. §. inferiora. ext. de elect. cap. 14. & c. 24. eod. in 6. idem Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 3. & ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. §. neminem.*

# DE INSTITVTIONE ET IVRE PATRONATVS.

## TITVLS XXIX.

*Quid nomine Inſtitutionis veniat.*

a *§. fi. de prabend.*

b *vt paſſim*

ALter modus acquirendi beneficii Eccleſiaſtici eſt, vt ſuprà diximus *a*, inſtitutio; quæ etſi hoc iure noſtro quandoque ſumatur pro collatione Eccleſiæ ſiue Eccleſiaſtici beneficii *b*: quandoque pro deductione

ction in poſſeſſionem Eccleſiæ ſine beneficii Eccleſiaſtici, quæ iure cõmuni ad Archidiaconum ſpectat *c*: propriè tamen & hoc quidem loco, accipitur pro tranſlatione iuris Eccleſiaſtici ad præſentationem patroni Eccleſiæ ſiue beneficii Eccleſiaſtici facta *d*.

*Ad quem pertineat inſtitutio.*

Eaque inſtitutio fit, aut per Epiſcopum *e*, aut ipſius Vicarium *f*, aut Sede vacante per Capitulum *g*, aut per eum, cui aliàs ex præſcriptione competit *h*. Ceterùm de iure Patronatus hic latius diſpiciamus.

e *c. 4. c. 5. c. 8. c. 10. c. 12. & c. fi. ext. de iur. patr.* f *c. 3.* g *c. 1. eod. in 6.* h *c. auditis. 15. c. cùm olim. 18. ext. de* *præſcript. &* *ibi vide Panorm. adde omnino Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 13. & ſeſſ. 25. cap. 9. de refor. cuius verba infrà hoc tit. citantur.*

*tit. de inſtit. ext. c. 4. ext. de his quæ fiunt à prælat. c. cum ext. iniuncto. 12. ext. de hæret. c c. ad hæc. 7. c. vt noſtrum ext. de offic. Archidiacon.*

*p c. 4. c. 5. c. 7. c. 8. cum ſimilib. extr. de iur. patr.*

*Definitio iuris Patronatus.*

Eſt itaque ius Patronatus, poteſtas præſentandi inſtituendum ad beneficium vacans *i*; quod attinet ad præſens argumentum, in quo de inſtitutione agitur. Alioqui & in Prælaturis, quæ ſine inſtitutione per electionem conferuntur, ius Patronatus locum ſibi vendicat, non vt eligendus per Patronum prius præſentetur, ſed vt electione facta, eius aſſenſus ſiue comprobatio honeſtè requiratur *k*, niſi fortè Patronus & tractandæ electionis ius habeat *l*. *a terra 14. c. ſacroſa. 51. ext. de elect.* l *d. c. nobis. verſ. niſi aliter.*

i *ita rectè Lancelottus in Inſtitutionibus ſuis, hoc tit.*

k *c. nobis. 25 ext. de iure patron. c. cũ*

Quibus

*Quibus modis ius Patronatus inducatur.*

Inducitur autem ius Patronatus, vel per fundationem, vel per conſtructionem, vel per dotationem Eccleſiæ; nec non per præſcriptionem, & ſummi Pontificis priuilegium. Per fundationem, ſi prædium donetur vel relinquatur Eccleſiæ extruendę *m*. Per conſtructionem, ſi Eccleſia impenſis alicuius ædificetur *n*. Per dotationem, ſi miniſtris Eccleſiæ & luminaribus neceſſaria conſtituantur *o*; vt tamen Epiſcopi conſenſus vbique accedat *p*. Præſcriptionem verò immemorialem eſſe oportet, vt iuri Patronatus locus ſit *q*. Nec dubitandum eſt, priuilegio S. Pontificis hoc ius induci poſſe, propter ſummam eius in omnes Eccleſias & beneficia poteſtatem *r*.

m *c. abbatem in monaſterio. 18. q. 2.* n *d. c. filius c. nobis. c. piæ mentis. c. Fulgentius. c. monaſterium. 16. quæſt. 7.* o *d. c. filiis, iuncto c. nemo. de conſ. diſt. 1.* p *d. c. piæ mentis. c. Fulgentius. c. conſiderandum 16. q. 7. c. nobis ext. de iure patron.* q *c. querelam. 24. ext. de elect.* r *cap. 2. de præbend. lib. 6.*

*Decretum Concilij Trident.*

Cæterùm, Concilium Tridentinum his de rebus ita cenſet: Decernit ſancta Synodus, vt titulus iuris patronatus ſit ex fundatione vel dotatione, qua ex authentico documento, & aliis iure requiſitis, oſtendatur, ſiue etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, aliáſve

aliáſve, ſecundùm iuris diſpoſitionem. In iis verò perſonis ſeu Communitatibus, vel Vniuerſitatibus, in quibus id ius plerumque ex vſurpatione potius quæſitum præſumi ſolet; plenior & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur, nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quàm ſi præter reliqua ad eá neceſſaria præſentationes, etiam continuatæ, non minori ſaltem quàm quinquaginta annorum ſpacio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis probentur. Reliqui patronatus omnes in beneficiis tam ſecularibus, quàm regularibus, ſeu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuſcunque aliis beneficiis, in cathedrali vel collegiata Eccleſia; ſeu facultate & priuilegia conceſſa tam in vim patronatus, quàm alio quocunque iure nominandi, eligendi, præſentandi ad ea, cùm vacant, exceptis patronatibus ſuper cathedralibus Ecclesiis, competentibus, & exceptis aliis, quæ ad Imperatorem & Reges, ſeu regna poſſidentes, alioſq; ſublimes ac ſupremos Principes, iura Imperii in dominiis ſuis habentes, pertinent, & quæ in fauorem Studiorum generalium conceſſa ſunt, in totum prorſus abrogata & irrita, cum quasi poſſeſſione inde ſecuta, intelligantur, beneficiaque huiuſmodi táquam libera, à ſuis col-

latoribus

latoribus conferantur, ac prouiſiones hu-
„ iuſmodi plenum effectum conſequantur.
„ Ad hæc liceat Epiſcopo, præſentatos à Pa-
„ tronis, si idonei nō fuerint, repellere. Quòd
„ si ad inferiores inſtitutio pertineat, ab Epi-
ſcopo tamen iuxta aliàs ſtatuta ab hac ſan-
„ cta Synodo *s* examinentur, alioquin inſti-
„ tutio ab inferiorib. facta, irrita sit & inanis *t*.

*Ius Patronatus & ad hæredes tranſit.*

Atque his modis ſemel inductum siue conſtitutum ius Patronatus, etiam ad hæredes Patroni tranſmittitur *u*; ita tamen vt si ex pluribus Patronis vnius defuncti multi hæredes sint, hi omnes in præſentando vnius vocem habeant, ob perſonam defuncti, quem vnum omnes ſuccedendo repræſentant *x*.β

*Quin & alios.*

Sed & titulo donationis *y*, permutationis *z*, venditionis, vniuersitatis *a*, rectè in aliū transit ius Patronatus: dum si in laicum donatio fiat, etiam Epiſcopi approbatio accedat; nam si in Ecclesiam aut in locum religioſum, nullo Epiſcopi conſenſu opus eſt *b*. Permutatio verò ita demum permiſſa eſt, si fiat cum alia re ſpirituali; puta, cum alio iure Patronatus *c*.

*s vide ſeſſ. 24. c. 18. de refor. & ſeſſ. 14. c. 12. & c. 13. do refor.*

*t ita Concil. Trid. Seſſ. 25. c. 9. de reform.*

*u c. 2. de iure patron. in Clement.*

*x d. c. 2. in Clement. adde Crotum ad. d. c. 3.*

*y c. ext. inſinuatione. 14. ext. de iure patron. c. vnico. eod. in 6.*

*z gloſſ. ad c. cum ſeculū. 13. ext. de iure patron. Iun. ad Rubr. eiuſdem tituli. Hoſtienſ. in ſumma. verſ. qualiter transferatur. per text. in c. nemini. 16. q. 7.*

*a d. c. cum ſeculum.*

b c. vnico de

*iure patron. lib. 6. c. nullus. & quæ ibi notant gloſſ. & DD. ext. de tit. c per tex. in c. ad quæſtiones. 6. de rer. permut. Vide Innocent. & Hoſtienſ. antè citatos.*

*Vniuerſitatis nomine quæ veniant, & quomodo transferatur ius Patronatus.*

Vniuerſitatis verò nomine veniunt, hęreditas, bonorum poſſeſsio *d*, ciuitas, pagus, caſtrum, prædium *e*; in quibus Eccleſia Patronata continetur; quæ ſi in alium transferantur, & ius Patronatus illis inhærens, vnà transfertur *f*. Licet in conductore vniuerſitatis oppignoratæ diuerſum obtineat *g*. Per ſe verò ſiue ſeparatim, ius Patronatus vendi non poteſt; cum ſpirituali annexum ſit *h*.

*Non refert, Patronus ſecularis an eccleſiaſticus ſit, vnus vel plures, qui & viciſſim ex conuentione præſentare poſſunt.*

Ex quibus conſtat, nihil intereſſe, Patronus ſecularis ſiue eccleſiaſticus, vnus vel plures ſint *i*; dummodò ſi plures ſint in præſentando omnes vel certè maior pars in eunbem conueniant *k*: atmetſi Patroni inter ſe paciſci poſſint, vt alternis vicibus ſinguli præſentent *l*. Plures quoque hæredes vnius patroni mortui non niſi in præſentando vnius locum obtinent. *

*e l. item veniunt. 22. §. ait Senatus cum antequam in fi. ff. de petit. hæred. l. 1. ff. quorum bonor. e l. cum fundus 10. in fi. ff. de leg. 2. adde l. ſi. mercedem 55. §. 1. Digeſt. de act. empt. f arg. d. l. cum fundus. l. in modicis 24. in fi. ff. de contrah. empt. g c. cum Bartholdus. 18. ext. de ſent. & re iud.*

*h c. de iure. 16. ext. de iure patron. adde Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. verſ. nec dictum. de reform. i c. vnic. de iure patron. in 6. c. 1. c. 3. cum ſimil. ext. eod. k d. cap. 3. vide. gloſſ. & Pan. l c. 2. verſ. & vt facilius. de iure patro. in Clem. * d. c. 2.*

Præ-

*Præſentatio quo tempore fieri debet.*

Præſentatio autem fieri debet intra quatuor menſes à tempore vacationis, si Patronus ſecularis eſt: sin Eccleſiaſticus, intra ſex menſes *m*; alioquin decurſo hoc tempore aut Patronorum contentione extracto, ad Ordinarium collatio ſpectabit *n*.

*Etiam plures præſentari poſſe.*

Porrò non tantum vnus, ſed & plures simul clerici à Patrono laico præſentari poſſunt *o*; imò & ſucceſſiuè plures poſteriorem accumulando priori *p*; licet priori sine cauſa reiecto regreſſus detur aduerſus inſtitutorem *q*. Patronus verò Eccleſiaſticus vni à ſe præſentato adhærere cogitur *r*.

*Patrono honor & commodum debentur.*

Illud præter prçſentationem, in Patrono fundatore Eccleſiæ amplius eſt; quòd ipſi honor in progreſſu publicó debeatur; & ſi ad inopiam redigatur, modeſtè ſuccurratur ab Eccleſia *s*: idq; naturali quadam ratione, qua ad remunerandum obſtringimur illis, à quibus beneficium accepimus *t*.

m *c. vnico. §. 1. de iure patro. in 6.*
n *c. 3. c. 12. c. 22. c. 27. ext. d. tit.*
o *d. c. 2. in Clement. adde. Rochū in repetitio. rubr. de iure patron. in verbo, honorificum, nū. 28 & 34.*
p *c. cū autem 24. c. quod autem. 5. ext. de iure patron.*
q *c. paſtoralis 29. ext. eod. tit.*
r *d. c. cum autem.*
s *c. nobis. 25. ext. d. tit. c quicunque 16. quæſt. 7.*
t *c. cum in officiis 7. in princ. ext. de teſtam. l. ſed etſi. 28. §. conſuluit. ff. de petit. hæred.*

*De cura Patroni.*

Vt vel hinc non iniuria Patronus & eius ” hæredes curam rerum Eccleſiæ ſiue beneficii in ſe recipiant: vt ſi Sacerdotem ſeu miniſtrum aliquid ex collatis rebus præuiderint defraudare; aut cõmonitionis honeſtæ conuentione compeſcant, aut Epiſcopo vel iudici corrigenda denuncient. Quod ſi talia Epiſcopus agere tentet; Metropolitano eius hæc inſinuare procurent. Si autem Metropolitanus talia gerat, Regis hæc auribus intimare non differant. Ex decreto Concilij Toletani *u*. Quod tamen non eò producendum eſt; quaſi & rationem adminiſtrationis exigere poſsint à Sacerdote vel miniſtro, cũ ea Epiſcopo relinquenda ſit *x*; præterquam ſi Patronus Eccleſiaſticus ſit, cui id à iure permittitur *y*.

u *in c. filiis. 16. quæſt. 7.*

x *c. nouerint 10. quæſt. 1. c. cum & plantare. 2. §. in Eccleſ. ext. de priuileg. cap. ex literis. & ibi Panorm. num. 3. circa fin. ext. de iure patron.*

*De modis amittendi ius Patronatus.*

Demum amittitur ius Patronatus; ſi Patronus Rectorem vel alium Clericum eiuſdem Eccleſiæ, per ſe, vel per alium cędere ſiue mutilare nefariè præſumpſerit *z*; aut crimine hæreſis ſiue Maieſtatis ſe obſtrinxerit *a*, ita vt primo caſu, ius Patronatus Eccleſiæ, cui iniuria illata eſt, cedat *b*, poſte-

z *c. in quibuſdam 12. ext. de pænis.*

a *per c. vergentis 10. ex. de hæretic. aut Gaza-*

C. eod. tit. l. quiſquis. l. penult. C. ad l. Iuliam maieſt.

poſterioribus verò, vnà cum vniuerſitate rerum fiſco inferatur *c*. Quin & emptor iuris Patronatus ſingularis, amiſſione iuris multatur *d*.

b *d. c. in quibuſdam. in verb. prorſus amittant. iuncta ibid. gloſſa.*
c *d. c. vergẽt. & d. auth. Gazaros. l. 1. C. de bonis libertor. vide latè Lambertinũ de iure patron. lib. 3.* d *vt in caſu c. 6. extr. de iure patron. adde Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 9. verſ. nec dictum de reformat.*

*De iudice iuris Patronatus.*

Neque dubitandum eſt, cauſam iuris Patronatus ad Eccleſiaſticum Iudicem pertinere *e*.

e *c. 3. ext. de iud. ſed vtrũ quo ad poſſeſſorium. vide quæ tradit Did. Couar. pract. quæſt. capit. 25. & Panorm. ad c. 2. num. 6. ext. de iure calum.*

## Notatio in Tit. 29.

*α. Itaque diuerſum hoc ius eſt à iure patronatus Ciuili, quod in ſeruos à ſe manumiſſos, id eſt, libertate donatos, retinent domini eorumq́ꝫ liberi. de quo ſub tit. ff. de iure patron. & tit. C. de bon. libert. Quod non eſt huius argumenti. Nam de quo in præſenti agitur; illis conceſſum eſt à ſacris Canonibus, qui vel fundarunt, ſiue conſtruxerunt vel dotarunt Eccleſiam, ſiue ipſi, ſiue alij, quibus cauſam habent; ſicut videre eſt hoc titul. noſtro. Pio autem conſilio hoc ius introductum eſt in vicem cuiuſdam remunerationis, vtq́ꝫ Chriſtiani, etiam laici, hac ratione magis prouocarentur ad benè merendum de religionis cultu.*

β. In

*β. Intellige etiam hæredes fœminas. Nam & hæ capaces ſunt iuris patronatus. c. ſi. extr. de conceſſ. præben. c. ex literis 7. ext. de iur. patron. De quo vide latiùs Roch. Curt. in repetit. titul. de iure patron. in verb. competens alicui.*

*γ. Et ratio eſt in vniuerſitate, quòd ius patronatus eo caſu non principaliter veniat, ſed acceſſoriè. At abſurdũ non eſt, vt ea, quæ per ſe & ſeparatim vendi ſiue alienari non poſſunt, cum vniuerſitate rectè transferantur. l. quædam. 62. ff. de adquir. rer. domin. l. in modicis. 24. ff. de contr. empt. iuncto c. acceſſorium. de regul. iur. in 6. Idem eſt in locatione vniuerſitatis, quæ per longum tempus ſit, d. c. ex literis: cùm hac ſpecie dominium vtile in conductorem tranſeat. l. 1. §. quod ait prætor. ff. de ſuperſic. l. 3. iuncta l. 1. in fi. ff. ſi ager vectig. ſicuti & in venditione feudi, c. cum ſæculum. 13. ext. de iure patron. Aliud verò eſt in creditore, cui vniuerſitas iure pignoris obligata eſt, c. cum Berthol. 18. ext. de ſent. & re iud. cùm in hunc non tranſeat dominium vtile, imò ne quidem vllum commodum rei pignoratæ. l. 1. l. 2. C. de pign. act.*

*δ. Ratio eſt in ſeq. §. porrò, vt, ſcilicet, ſæcularis qui in vno iuuatur, in altero incommodum ſentiat, arg. l. cum. 30. in princip. ff. de iureiur.*

# DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS.

## TITVLS XXX.

### *De neceſsitate reſidendi.*

a *c. fi. de reſcript. lib. 6.*

CVm beneficia Eccleſiaſtica, diuini officii explendi cauſa inſtituta ſunt *a*, rectiſſimè ſancitum eſt à ſacris Canonibus, vt nullus ad Eccleſiaſticum beneficium aſſumatur, niſi qui in loco eiuſdem beneficii reſidere, & per ſe deſeruire poſſit *b*. Quòd ſi aliter quis aſſumptus fuerit, & citatus non paruerit, coërcetur eius contumacia vel per ſuſpenſionem, vel per excommunicationem, vel per priuationem beneficij *c*,

b *c. 3. & c. 4 ex. hoc tit.*

c *c. ex tua. 11. ext. eodem. c. fi. qui verò cum c. ſeq. c. ſi quis in clero. 7. quæſt. 1. d. c. 3. & 4. ex parte 8. 2. cc. ſeqq. ext. eod. ſecundum diſtinctionem Panormit. ad. c. ex tua.*

### *Quæ cauſa abſentem Clericum excuſet.*

Excuſatur autem abſens iuſta ex cauſa: veluti, ſi morbo impediatur *d*, ſi in ſeruitio S. Pontificis *e*, vel Epiſcopi *f*, vel Eccleſiæ ſuæ verſetur *g*; ſi ſtudiorum cauſa, aut aliàs honeſtè abſit, ex Prælati licentia *h*, aut conſuetudo Eccleſiæ non damnoſa, abſenti ſuffragetur *i*.

d *c. 1. ext. de cleric. ægrot. c. 1. de cler. non reſid. in 9. iuncta l. 4. § pen. ff.*

*de ſtatu lib.* e *c. cum dilectus.* 14: *ext. hoc tit.* f *c. ad audientiam* 15. *c.* 7. *ext. eod.* g *c. ex part.* 13. *ext. eod* h *c.* 4: *ext. eodem.* i *c. cũ omnes.* 6. *ext. de conſtit. iuncto c.* 1. *ext. de conſtit.*

*De abſentia Prælatorum aliorumq́; beneficiatorum ex Concilio Tridentino.*

Ceterùm cùm ex ſententia veterum Canonum illi, qui aliquantiſper abſunt, non videātur abeſſe, quia ſtatim reuerſuri ſunt *k*; idcircò ſancta Tridentina Synodus hac in re modum adhibens, ſtatuit vt in omnibus Patriarchalibus, Primitialibus, Metropolitanis, Cathedralibus Eccleſiis, quibuſcunque quocunque nomine titulo præfectis, etiamſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſint: illud abſentiæ ſpatium, ſingulis annis ſiue continuum, ſiue interruptum (si tamen ex æqua cauſa fiat, & abſque gregis detrimento) duos menſes, aut ad ſummum tres non debere excedere: nisi fortè Chriſtiana charitas, vrgens neceſsitas, debita obedientia, & euidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ vtilitas maius abſentiæ ſpatium requireret. In aliis curatis inferioribus illud abſentiæ tempus duobus quoque mensibus conclusit; cauſa tamen priùs cognita & probata per Epiſcopum, nisi & hic rei grauitas longius tempus poſtularet *l*. Ex Canonicis verò Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum, aut in iis præbendas, aut portiones

k *c. non oportet. c. peruenit. c. ſi qui verò.* 7. *q.* 1.

l *Vide Concil. Trident. ſeſſ.* 13. *c.* 1.

de reforma. iuncto cap. 1. ſeſſ. 6. de reform. adde Bullam Pij IV. ſuper reſidentia prælatorum, & cet. Anno M. D. LXIV. 7. Kalend. Decemb. in ſeſſ. 24. cap. 12. §. præterea obtinentibus de reform. Vbi latius & de pœnis in tranſgreſſores.

nes obtinentibus, nemini permittit vigore cuiuslibet ſtatuti aut conſuetudinis, vltra tres menſes abeſſe *m*.

# DE PECVLIO CLERICORVM.

## TITVLVS XXXI.

*Peculium vnde dictum?*

HIc conſequenter de Peculio Clericorum videamus. Dicitur autē Peculium, quaſi puſilla pecunia, auctore Vlpiano *a*; quod certè Clericis vel in primis competit, ſi veteres Canones ſpectemus *b*.

*Clericorum triplex Peculium.*

Sed cùm hodie ex recentioribus Canonibus Clericis circa res poſſidendas maior poteſtas facta ſit *c*, ſolet eorum Peculiū triplex conſtitui. Aut enim conſtat ex propriis bonis ipſius Clerici: aut ex bonis Eccleſiæ; aut ex bonis proſpectu Eccleſiæ acquiſitis *d*.

*Propria bona Clericorum quæ, eaq́ue pro arbitrio alienari poſſe à Clerico.*

PROPRIA bona ſunt, quæ ex ſucceſsione

a in l. depoſiti. 5. §. 2. ff. de peculio.
b in c. clericus. in c. duo ſunt. 12. q. 1.
c §. & licet. ſup. de iure perſonarum.
d toto titul. ext. de peculio cler. c. 1. c. 2. 12. q. 3.

ne hæreditaria, legato, fideicommiſſo, donatione alióve titulo Clerico obuenerunt, dummodò non occaſione Eccleſiæ. Et hæc cùm nihil à bonis priuatorũ ſiue ſæcularium diſtent; permiſſum eſt Clerico, quo velit modo de iis diſponere, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate *e*.

*Bona Eccleſiæ quæ, eaqúe Eccleſiæ dominio contineri.*

Bona Ecclesiæ dicuntur, quæ Ecclesiæ eiuſque miniſtris exhibendis, conſecrata vel diſtinata ſunt; veluti ſunt, domus, agri, vineæ, ſyluæ, calices, aliáve, quæ vel ex donatione, emptione, vel ex alio contractu, vel ex alicuius hæreditate, legato, siue fideicõmiſſo ad Ecclesiam peruenerunt *f*. Quæ cùm ipsius Ecclesiæ dominio contineantur, nihil in his miniſtri Ecclesiæ sibi iuris vendicare poſſunt præter adminiſtrationem *g*.

*Bona ex rebus, vel proſpectu Eccleſiæ adquiſita quæ? & de eorum vſu.*

Bona verò ex rebus, siue proſpectu Ecclesiæ adquisita à Clerico; vt ſunt, fructus aliique reditus & obuentiones Ecclesiaſticæ: hæc licet Clerico cedant *h*, non tamen in alium quàm neceſſariũ, & pium vſum à Clerico conuerti debent *i*. Nam huc ſpectat illa

e *d.c.i. verſ. ſi autem. cum ſeq. c. quia 9. c. relatum 11. iuncto c. requiſiſti. 15 ext. de teſta. cap. 1. & ibi. gloſſ. ext. de ſucceſſ. ab inteſt. c. Epiſcopi. cum 2. cc. ſeqq. 12. q. 1. c. 1. c. fixũ ead. q. 5.*

f *c. nulli. cum cc. ſeqq. 12. q. 2.*

g *c. 2. ext. de donat. ſi. 12. q. 1. c. Epiſcopi. c. manifeſt. d. q. 1.*

h *an etiam quo ad dominium vide Mart. Nau. & Franciſ. Sarmientu. de reditib. Eccleſ.*

i *c. ex his. cum c. ſeq. c. fin. 12. q. 1. c. cum ſecundum. 16. ext. de præb.*

k *apud Gratianum in ſumma: 44.* Hieronymi vox *k*. Tibi ſacerdos de altario
„ viuere, non luxuriari permittitur. Et quod à
„ Concilio Tridentino diſertè edictum eſt:
„ Omninò interdicit; *inquit Concilium de Epiſcopis aliiſq; Clericis, etiam Cardinalibus*, ne ex re-
„ ditibus Eccleſiæ conſanguineos familiaréſve
„ ſuos augere ſtudeant, cum & Apoſtolorum
„ canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas,
„ quæ Dei ſunt, conſanguineis donent; ſed ſi
„ pauperes ſint, iis vt pauperibus diſtribuant;
„ eas autem non diſtrahant nec diſsipent, il-
l *in cap. 1. §. omnino. ſeſſ. 25. de reformat.* lorum cauſa *l*.

*Empta ex reditibus & oblationibus Eccleſiæ, eidem remanere debent.*

„ Vnde & Concilium Remenſe de his, quæ
„ ex Eccleſiæ reditibus & oblationibus com-
„ parata ſunt, ita pronunciat: Inquirendum
„ eſt ſi quis Presbyterorũ de reditibus Eccle-
„ ſiæ, vel oblationibus vel votis fidelium, a-
„ lieno nomine res comparauit, quia ſicut nec
m *qui textus Conc. Rem. relatus eſt inter decretales in cap. en. ext. de pecul. cler.* ſuo, ita nec alieno nomine Presbyter fraudem facere de facultatibus Eccleſiaſticis debet: quoniam hoc ſacrilegium eſt & par crimini Iudæ furis, qui ſacras oblationes aſportabat & furabatur *m*.

*Melioramenta à Clerico facta, ſunt eius quoad vixerit.*

Et Concilium Toletanum; Si quis ſanè

cleri-

clericorum, *inquit*, agella vel vineolas in terra Eccleſiæ ſibi feciſſe probabitur, ſuſtentandæ vitæ cauſa, vſque ad diem obitus ſui poſsideat: verùm poſt ſuum deceſſum Eccleſiæ reſtituat, nec teſtamentario aut ſucceſſorio iure cuiquam hæredum, prohæredúmve relinquat: niſi forſan cui Epiſcopus pro ſeruitiis ac præſtatione Eccleſiæ largiri voluerit *n*.

*n extat in c. fi. ext. de pecul. cleric.*

# DE REBVS ECCLESIÆ NON ALIENANDIS.

## TITVLVS XXXII.

*Res Eccleſiæ & monaſterij alienari non poſſe; & quid veniat nomine alienationis.*

QVia res Eccleſiæ propriæ ipſius Eccleſiæ ſunt in cuius vſum & miniſterium ſunt dedicatę *a*: idcircò diſertè à ſacris Canonibus cautum eſt, ne illæ à clericis etiam Summis Pontificibus, vel aliis quibuſcunque alienari poſsint *b*. Idem ſtatutum eſt de rebus monaſterii *c*. Alienationis autem nomine hîc continetur, donatio

*a c. nulli 12. q. 2. Nihil tamen impedit has res Dei dici. ſupr. titul. proxi. § bona verò.*

natio, venditio, permutatio, emphyteuſis, infeudatio, vſusfructus, hypotheca, locatio ad longum tempus *d*, & ex Pauli II. conſtitutione etiam locatio vltra triennium *e*, & haud dubiè, hæredis inſtitutio, legatum, fideicommiſſum *f*.

b *toto titul. ext. in 6. & Clem. de rebus Eccleſ. c. prædia. c. non liceat. cum cap. ſeq. 12. quæſt. 2.* c *Clem. 1. hoc titul.* d *c. nulli. 5. §. alienationis. ext. hoc tit. d. c. non liceat. & d. Clem. 1.* e *in c. vnic. in extrauag. com. de qua vide Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 16. & 17. Nauarrum ad d. c non liceat.* f *cap. 1. c. cùm in offi. 7. cum 2. cc. ſeqq. ext. de teſtam. c. Epiſcopi. c. manifeſta. c. ſint manifeſtæ 12. quæſt. 1.*

*Alienatio rei Eccleſiaſticæ ipſo iure nulla eſt.*

Vnde ſi qua rei Eccleſiaſticæ alienatio fiat, ea ipſo iure non ſubſiſtit; adeoque per ipſum alienantem, vel quemuis alium Clericum infringi & retractari poteſt *g*. Quod in præſenti argumento ſingulare eſt; cùm regulariter nemo factum ſuum improbare poſſit *h*.

g *cap. ſi quis presbyterorum 6. ext. hoc titul. & ibi notant gloſſ. & Panorm. c. quod quis. 35. quæſt. 6. ad c. vnico, in extrauag. com. iuncta l. non dubium 5. C. de legibus. c. quæ contrà. de reg. iur. in 6.* h *c. inter dilectos. 8. ext. de donat. l. 4. C. de reuoc. donat. l. factum cuique. Dig. de regul. iur.*

*Res perituræ & ſuperuacua animalia rectè alienantur.*

Quæ certè intelligenda ſunt de rebus immobilibus & mobilibus, quæ ſeruãdo (vt loquimur) ſeruari poſſunt. At in rebus perituris,

turis, quæ diuturnitatem non patiuntur; vt ſunt fructus, veſtes & his ſimilia *i*; item in ſuperuacuis animalibus, alienatio minimè interdicta eſt *k*.

*i d. c. vnico in extrauagant. com. & à Clem. 1. iuncto §. conſtituitur. Inſtitut. de vſufruct licet veſtimenta Eccleſiæ vetuſtate conſumpta comburi, & eorum cineres recondi debeant, iuxta c. altaris. 39. de conſecr. deſtinct. 1. k Hoſtienſ. in ſumma huius titul. num. 1. adde tex. in l. lex, quæ. 22. in fin. C. de adminiſtr. tutor.*

*Caſus à ſuperiori regulà excepti.*

Neque quod de rebus immobilibus & mobilibus diximus, perpetuum eſt. Nam & certi caſus exiſtunt, quibus ex permiſsione ſacrorum Canonum etiam illæ rectè alienãtur:* quorum vnus eſt, ſi neceſsitas Eccleſiæ alienationem ſuadeat *l*; puta, si Eccleſia alieno ære oppreſſa ſit *m*. Alter eſt, ſi pauperes alendi aut captiui ab hoſtibus redimẽdi ſint *n*. Aurum enim, *ſententia Ambroſii eſt*, Eccleſia habet, non vt ſeruet, ſed vt eroget & ſubueniat in neceſsitatibus *o*. Tertius eſt, ſi Eccleſiæ expediat alienationem fieri *p*. Nec enim prohibitio alienationis in læſionem Eccleſiæ retorquenda eſt *q*.β

* *qui recenſentur à gloſſ. in ſumma 12. quæſt. 2.*
l *d. Clem. 1. hoc titul. cap. 1. ext. de pignoribus.*
m *auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. Eccleſ.*
n *c. ſacrorum & c. ſeq. c. aurum. cum c. ſeq. 12. quæſt. 2. c. ſi. 16. q. 1.*
o *in c. d. c. aurum* p *d. Clem. 1. ſine excepti. 12. q. 2. c. 8. §. ſi. ext. hoc tit.* q *quod fauore 6. C. de legib.*

De

*De ſolemnitatibus adhibendis in alienatione iis caſibus, quibus permiſſa eſt.*

Vt tamen his tribus caſibus, quibus alienatio permiſſa eſt, Capituli conſenſus & ſubſcriptio adhibeātur, vbi ſcilicet Epiſcopus alienationem molitur *r*. Sin alius clericus, qui Capitulum non habet; Epiſcopi aſſenſus accedat *s*. In alienatione verò rerum monaſterij non tantùm opus eſt conſenſu Capituli, ſed & Epiſcopi; ex decreto Conciliorum Aurelianenſis *t*, & Agathenſis *u*.

*r d. c. ſine exceptione d. Clem. 1. c. 1. cum cc. ſeqq. ext. de his quæ fi. à prælat. Panormit. in d. c. 1. s c. placuit. 12. quæſt. 1. t c. Abbatibus. d. quæſt. 1. u c. in venditionibus. 17. quæſt. 4. adde c. 1. eod. tit. in Clem. & ibid. Panor.*

*Ius ſingulare in bonis laico ſubiiciendis.*

Illud verò ſingulari iure ſancitum eſt à Gregorio Decimo in generali Concilio Lugdunenſi, vt in Eccleſiæ bonis immobilibus ſiue iuribus, laico tanquam ſuperiori vel tanquam patrono ſiue aduocato ſubiiciendis, præter Capituli conſenſum etiam Apoſtolicæ Sedis licētia ſpecialiter adhibeatur *x*.

*x cap. 2. hoc tit. in 6.*

*In exiguis & longè diſsitis non requiri ſolennitatem.*

Porrò in terrulis & vineolis exiguis & Eccle-

Eccleſię minus vtilibus, aut longè diſſitis, remiſſa eſt omnis ſolennitas; cùm per ſolum Epiſcopum, ſi neceſſitas vrgeat, rectè diſtrahantur *y*. *y iuxta c. terrulas. d. q. 2.*

*In feudum & emphyteuſin, eandem rem rurſus concedi poſſe; & quando.*

Idem eſt, in rebus in feudum olim datis, ſi per mortem vltimi vaſalli ad Epiſcopum redeant. Nam & has poteſt Epiſcopus (ſi viderit expedire) liberè in feudum alteri concedere *z*. ſimiliter, & res in emphyteuſin ab antiquo dari ſolitas; ſi euidens Eccleſiæ vtilitas ſuaſerit *a*. *z c. 2. ext. de feudis. c. 1. §. 1. Epiſcop. vel Abbat.* *a d. c. vnico. in extraua. com.*

*Emphyteuſis noua quo caſu permiſſa.*

De agris verò in emphyteuſin nouam concedendis hoc reſcriptum extat Alexandri III. ad Epiſcopum Vigornienſem: Illas terras, *inquit*, quæ de ſyluis exſtirpatæ, ſunt arabiles factæ, eis hæreditario iure poteris concedere, ſub annuo cenſu tenendas, à quibus ſuo, vel parentum ſuorum labore conſtiterit exſtirpatas. Niſi fortè tunc aliis poſſint ad maiorem Eccleſiæ vtilitatem cum eodem labore & onere conferri *b*. *b tex. eſt in c. ad aures. 7. ext. h. tit.*

( : )

*Prælatus rem vnius Eccleſiæ cum alia permutare poteſt vtriuſque conſenſu.*

Sed & permiſſum eſt Epiſcopo, terram vnius Eccleſiæ cum alia permutare, interueniente vtriuſque Ecclesiæ conſenſu *c*; & si vnius æſtimatio alteram exceſſerit, refusione pecuniæ ab altera Ecclesiæ præſtanda, rem ad æqualitatem redigere *d*.

c c. 1. ext. de rer. permut.
d c. ad quæſtiones. 6. ext. de rer. permutat.

*An autem, quæ hoc & 2. præcedentibus §§. dicuntur, per ſe poßit Epiſcopus abſque Capitulo ſuo, dubium eſt, preter cap. 1. & cap. 4. ext. de his quæ fiunt à prælat. Sed in his conſuetudini magis ſtandum eſt. c. ea noſcitur. 6. ext. de his quæ fiunt à prælat. Adde quæ ſuprà titulo de iuris non ſcripti partibus, diximus.*

*Per præſcriptionem rem alienari ſiue auferri legitimè ab Eccleſia.*

Poſtremò ſciendum eſt; per præſcriptionẽ, id eſt, poſſeſſionem continuam 40. annorum cum bonafide, prædium, siue aliud ius cuiuſlibet Ecclesiæ vel monaſterij (excepta tamen Romana Ecclesia, aduerſus quam ſolùm centenaria præſcriptio currit) alienari vel tolli *e*. Sicut infrà commodiùs dicetur *f*.

e c. 4. 5. 6. c. 8. c. 13. c. 14. ext. de præſcript.
f infra. de exceptionib. §: tam de præſcript.

## Notatio in tit. 32.

*a. Quod hic dicitur de prohibita locatione ad triennium ex Pauli II. conſtitutione; id accipiendum eſt de rebus Eccleſiæ, quæ quotannis excoluntur*

*luntur & fructus reddunt: alioqui ſi eius ſint conditionis, vt ſingulis trienniys ſemel tantùm fructus proferant, poterunt & in nouem annos locari. Nec dubium eſſe debet, vbi eadem conſtitutio* Pauli II. *moribus recepta non eſt, non obligare, c. in iſtis. diſt. 4. & vbi recepta eſt, contraria conſuetudine eam tolli poſſe, iuxta c. fi. ext. de conſuetud. & quæ ibi tradunt* DD. *de quo* Didac. *Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 16. num. 6. &* N*auarr. ad c. non liceat. 12. q. 2. n. 21.*

*8. Addunt alij quartum caſum, propter rei incommoditatem; vt quia res magis damnoſa quam vtilis eſt c. terrulas. 12. quæſt. 2. Verum hic caſus ſub tertio continetur.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

# SVMMÆ IVRIS CANONICI

## LIBER TERTIVS QVI EST DE CONTRACTIBVS, VLTIMIS voluntatibus, & de delictis.

---

## DE CONTRACTIBVS ET EORVM DIVISIONE.

### TITVLVS I.

CONTRACTVM vocat Labeo I C. vltrò citroque obligationem *a*; ſecutus proprietatem nominis: quaſi contrahere idem ſit, quòd ſimul trahere alterum

*a l. Labeo. 19. Dig. de verb. ſignif.*

alterum alteri obligando. Aliàs vſurpatione iuris, contractus etiam depoſitum, precariũ, donationem, & ſimiles conuentiones continet, quæ vtrimque obligationem non pariunt; vti ex ſequentibus patebit. Contractum Auctores iuris diuidunt in Nominatum & Innominatum. Nominatus contractus eſt, qui in certum & diſtinctum ab aliis contractibus nomen tranſit; vt ſunt, emptio, venditio, locatio, in conductio, commodatũ, depoſitum, mutuum, pignus, fideiuſſio, & nonnulli alii. *b* Quibus & adiiciuntur; precarium, precaria, feudum, donatio. *c* Contractus verò innominatus certo nomine caret; cauſam tamen obligandi habet; videlicet, dationem vel factum. Horum quatuor genera recenſentur: Do vt des: Facio vt facias; Do vt facias: Facio vt des. *d* quò referri poteſt & permutatio. *e*

b *l. 1. §. fin & l. iuris gentium. 7. circa pri. ff. de pact. l. naturalis. 5. ff. de præſcript. verb.*

c *de quibus infrà ſuis titul.*

d *de his in d. l. iuris gentium. & toto tit. de præſcr. verb.*

e *de qua lib. 3. ext. & in 6. de rer. permut. permutationem nihil aliud eſſe quam contractum (do vt des) probat Coraſius lib. 2. Miſcella. c. 15.*

# DE EMPTIONE ET VENDITIONE. TITVLVS II.

EMPTIO & Venditio tunc contrahitur, „ ſimul atque de pretio conuentum eſt, „ etiamſi pretium nondum numeratum,& res „ nondum tradita ſit. *a* Sed pretium in nume- „ rata pecunia conſiſtere debet. *b* Qualiſcumque autem res empta & vendita, ſiue mobilis, ſiue immobilis ea ſit, corporalis ſiue incorporalis,nihil planè intereſt, modò ea poſſideri aut quaſi poſsideri poſsit. *c* Poſsidentur propriè res corporales;quaſi poſsidentur res incorporales,veluti ſunt hæreditas,ſeruitutes,obligationes, actiones, aliæque his ſimiles. *d*

a *Tit.inſtit.de emptio. in princ. & in §.quam autem.* b *§.pretium. inſtit. d. tit.& l. empt.9.Cod.de contrah.empt.* c *l. ſi in emptione.34. §.omnium.Digeſt.de contrah.empt.* d *d.l. 3.& ibi gloſſa,in verb. corporalia, Digeſt.de acqu. vel amitt. poſſ. iuncto tit.ſupr.de rerum diuiſ.*

*Annuum cenſum ſiue reditum rectè emi.*

Nam & annuus cenſus rectè emitur, id eſt, ius præſtandi & ſoluendi annuum cenſum ſiue reditum. *e*

e *c.1.c.2.de empt.in extr.com.vide latius Couarru.var.reſolut.lib.3. cap.7.Andream Gail.lib.2.obſer.7.Nauar.in Manual.ca.17 num.234. cum ſeqq.*

*De iuſto pretio emptionis & venditionis.*

Vt autem hic contractus conſtet, neceſſe eſt, pretium rei emptæ & venditæ aut iuſtum ſit, aut non valde inæquabile; alioqui læſus vltra dimidium iuſti pretii, agere poteſt, vt vel contractus reſcindatur, vel quod iuſto pretio deeſt, ſuppleatur. *f*

*De dolo in hoc contractu.*

Quod tamen non aliter accipiendum eſt, quàm vbi emptor vel venditor re ipſa, id eſt, circa rei æſtimationem, nullo aduerſarii dolo læſus eſt. *g* Ceterùm, ſi dolus aduerſarij interceſsit, poteſt agi vel ad reſciſsionem contractus, *g* vel quantò pluris ſiue minoris res empta vel vendita eſt. *h* Etenim iniquum eſt, alteri alterius dolum nocere, & ſibi prodeſſe. *i* Nam & huc pertinet illa D. Pauli cõmonitio: *k* Ne quis ſupergrediatur neque " circumueniat in negotio fratrem ſuum.

*De rebus, quæ vendi prohibentur.*

Sed quod ante dictum eſt, quamlibet rem, quæ poſsidere vel quaſi poteſt, venire in emptionis & venditionis contractum, exaudiendum eſt, niſi ius vel boni mores huic contractui obſtent. *l* Vt hinc Eccleſiaſticorum Ordinum, beneficiorum, aliarumque rerum ſpiritualium nulla ſit emptio & venditio. *m* Item, nec rei datæ in do-

*f cap. 3. ca. 8. extr. hoc tit. & l. 3. C. de reſc. vend.*

*g l. ex empto. §. ſi quis virginem. ff. de actio empt. l. dolum 10. C. de reſc. vend.*

*h l. Iul. 13. § ſi vend. ff. de act. empt.*

*i l. 1. cir. pri. ff. de dolo.*

*k 1. ad Theſſal. 4.*

R 2 tem

*l dd. l. ſi in empt. in §. omnium. m c. cum in Eccleſiæ 9. & paſsim tit. extr. de ſimonia. ex multis c. cum ſeqq. q. 3.*

tem vel donationem propter nuptias ; ne quidem aſſentiente vxore. *n* Adde neque iudici iudicium, neque teſti teſtimonium etiam iuſtum, vendere licere: *o* tametſi Aduocato permiſſum ſit vendere patrocinium & Iuriſconſulto conſilium iuſtum. *p*

n *l. vnica. §. & cum lex. C. de rei vxor. act. auth. ſiue à me. C. ad S C. Vellei. §. & illud. Nouell. vt immobilia ante nupt. do. niſi duob. caſib. qui ibidem continentur. & in ca. 4. ext. de empt. in c. cum contingat. 8. ext. de iureiur. & ca 2. de pact. in 6. iuncto c. 2. de iureiur. lib. 6.*

o *c. non licet. 11. q. 3. c. fin. 14. q. 5. l. venales. 7. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. l. 1. §. 1. & l. falſi pœna. 20. ff. ad l. Corn. de falſ.*

p *d. cap. non licet. & d. c. fin.*

### *De re aliena vendita & euicta.*

Et licet res aliena vendi non poſſit ad eum effectum, vt in emptorem dominium tranſeat: *q* tamen eatenus valeat venditio, vt ſi res per verum dominum euicta fuerit, emptori ſuccurratur aduerſus venditorem in id, quod ſua intereſt. *r* Niſi forte emptor poſt inſtitutum contra ſe iudicium omiſerit denunciare venditori; vt rem venditam defenderet, aut ſi propter abſentiam ſuam, ſiue per iniuriam iudicis emptor condemnatus ſit. Nam his caſibus venditor euictionis nomine non tenetur. *ſ*

q *l. 1. l. 6. de reb. alien. nõ alienand.*

r *l. venditor 5. Digeſt. de euictio.*

ſ *c. fin. extr. h. tit. l. empt. 8. C. de euicto.*

## Notatio ad Tit. 2.

*a. Et quamuis hic §. de ſolo venditore læſo loquatur, idem tamen iudicium eſt de emptore læſo, ex ſententia omnium DD. teſte Ario Pinelo ad l. 2. in 1. parte, cap. 2. Cod. de reſcind. vendit. qui & cap. 3. eiuſdem l. 2. idem trahit ad reliquos contractus bonæ fidei; ob eandem æquitatem; idq; receptiſsimum eſſe ait; imò & ad contractus ſtricti iuris accommodat. Excipe tamen tranſactionem, propter text. in l. Lucius. 78. §. fin. ff. ad SC. Trebell. Intellige verò de læſione, non quæ dolo aduerſarii, ſed quæ ex re ipſa prouenit; quæ nihil aliud eſt, quam error circa æſtimationem rei; cuius mentio fit in l. ſi quis cùm aliter. 35. verſ. idem eſt. ff. de verb. oblig. vt & hic in §. ſequent.*

# DE LOCATO ET CONDVCTO

## ET DE EMPHYTEVSI.

## TITVLVS III.

*Quid locatio & conductio; & quot modis contrahantur.*

LOCATIO & Conductio proxima eſt emptioni & venditioni, iiſdemque iuris regulis conſiſtit. Nam ſicut emptio & venditio contrahitur, ſi de pretio conuenerit: ita & locatio & conductio contrahi intelligitur, vbi merces conſtituta eſt pro vſu alicuius

*a text. in l. 2. & l. 29. Digeſt. locati, iuncto princ. Inſtit. de locat.*
*b l. viam. 10 C. hoc tit.*
*c §. adeo Inſtit. eod.*

cuius rei, vel operæ hominis. *a* Idque quandoque ad tempus fit, quandoque in perpetuum. *b* Ad tempus; puta, ad annum, biennium, aut ad aliud maius min úſve tempus. In perpetuum; vt quamdiu merces ſoluitur, neque ipſi conductori, neque hæredi eius aut alteri, qui eorum in locum ſucceſſit, auferre liceat. *c*

*De Emphyteuſi.*

Verùm hic contractus poſterior à priori hodie diſtinctus eſt ex Zenoniana conſtitutione, vocaturque contractus emphyteuticus. *d* In quo tamen & illud permiſſum eſt, vt & ad vitam vnius aut plurium, res in emphyteuſin dari poſſit. *e*

d *d. §. adeò. & l. 1. Cod. de iur. emphyt.* e *Nouell. 7. de non alien. aut permut. § emphyteuſin. & Nouell. 120. de aliep. & emphyteu. § licentiã iuncta l. & l. 2. C. de iure emphyt. vbi iubentur pacta ſeruari. vide Iulium Clar. in § emphyt, qu. 6. 42. & 43. & Cou. var. reſolut. lib. 2, cap. 17. & 18.*

*Caſus quibus inquilinus ex domo rectè eiicitur.*

Porrò in domo conducta eo iure vtimur: vt Inquilinus ante finitum tempus à domo conducta eiici non poſſit: niſi dominus domus ob neceſſitatem (quæ tamen non imminebat tempore locationis) eam velit inhabitare, vel reficere; vel ſi conductor malè in domo conducta verſetur; vel mercedem locationis non ſoluat per biennium, *f* (vbi ſcilicet ad plures annos locatio con-

f *cap. 3. §. 1. extrauag. hoc tit. l. 3. Cod. eodem.*

contracta eſt. Nam ſi ad minus tempus, dubium non eſt, quin ſtatim eo decurſo, conductor expelli poſsit;) vel denique, niſi res conducta alteri ab ipſo domino vendita, donata, aut ſimili titulo tranſlata fuerit. Quibus certè caſibus conductor iure ex re conducta expellitur: *g* ſalua tamen conductori, hoc poſtremo caſu, actione ex conducto contra locatorem; quod ſibi frui re conducta non liceat. *h*

g *l. empt. 9. C. eod. l. ſi merces. 28. §. 1. & l. qui fundũ. 32. Digeſt. locati. l. arbores. § 1. Digeſt. de vſufr. & iuribus antea allegat.*

h *d. l. ſi merces. § 1. l. ſi fundus. 36. Digeſt. hoc tit.*

*Emphyteuta quibus caſibus iure ſuo priuetur.*

5. Receptum eſt & in emphyteuſi, vt ſi ſolutio canonis, id eſt, penſionis vltra biennium (in emphyteuſi *ſcilicet* Eccleſiaſtica) vel triennium (in emphyteuſi ſeculari) ab emphyteuta protracta, vel ſi ipſa emphyteuſi vendita fuerit, nulla denunciatione facta domino; vel denunciatione quidem facta, ſed non expectato termino duorum menſiũ, qui domino conceduntur ad deliberandum, vtrum oblato pretio velit emphyteuſim ad ſe recipere; emphyteuta eiici poſsit à domino; *i* α niſi fortè celeri ſatisfactione emphyteuta moram ſoluendi canonis purgauerit. *k* δ

i *fi. ext. h. tit. l. 1. & l. 3. C. De iure emphy.* k *in d. c. fi. § fi.*

*De remiſſione penſionis propter ſterilitatem.*

Ceterùm in colono remiſſio penſionis pro rata rectè petitur, ſi ſterilitas fortuitò vel vitio ipſius rei abſque culpa ipſius coloni inciderit; niſi cum vbertate præcedentis vel ſubſequentis anni (vbi ſcilicet plurium annorum conductio contracta eſt) ſterilitas compenſari poſſit: *l* aut ſterilitas modica ſit, quam æquo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non aufertur. *m* Diuerſum eſt in emphyteuta; cuius periculo cedit ſterilitas; tum etiam ipſius rei particularis interitus. At totius rei interitus liberat eum à canone; *n* ſicut & ſi ſterilitas anni tanta ſit, quòd fructus percepti canonem non adæquent; ex benigniore ſententia Doctorum. *o γ*

l *c. 3. in princ. ext. hoc tit. l. ex conducto. 16. §. ſi vis tempeſtatis. & l. ſi vno. Digeſt. locati. & l. licet. 8. C. eodem.*

m *l. ſi merces. 25. §. vis maior. Digeſt. locati.*

n *l. 1. Cod. de iure emphyt.*

o *Bart. ad d. l. 1. Alex. conſ. 112. li. 1. vbi latius eũ vide.*

## Notatio in Tit. 3.

*α Vbi tamen domini conſenſu alienatio facta eſt, ſoluitur domino quinquageſima pars pretii ſiue æſtimationis rei emphyteuticæ. l. 3. verſ. & ne auaritia tenti. C. de iure emphyteut. Quæ pars vulgò vocatur laudemium: quod videtur originem ſumpſiſſe à verbo, Laudo, id eſt, nomino, ſiue certum facio, vt in l. 6. §. ſi tibi iter. ff. de act. empt. in l. 7. Codic. de euict.*

*euict. quaſi laudemium nominationis noui emphyteutæ ſit quoddam præmium; de quo latius Iul. Clarus in §. emphyteuſis. q. 23. iuncta q. 15.*

*β Et hoc in emphyteuſi Eccleſiaſtica expeditum eſt, iuxta c. fin. extr. de locat. at in ſæculari emphyteuſi non videtur hæc purgatio moræ admittenda eſſe: eò quòd in hac triennium præſtitutum ſit; & ſic longius tẽpus loco purgationis moræ meritò cenſetur.*

*γ Hoc in fructibus ſemper retinendo, vt hi non aliter intelligantur, quàm deductis expenſis, quæ quærendorum, colligendorumq́; eorum gratia facta ſunt. l. ſi à patre. 39. §. fin. ff. de petit. hæred. l. fructus. 7. ff. ſol. matri. & l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ. exceptis tamen decimis, ſicut meminimus §. illud. ſuprà de decimis.*

# DE COMMODATO, DEPOSITO ET MVTVO.

## TITVLVS IV.

*Quare hi contractus re contrahi dicantur.*

COMMODATVM, depoſitum, & mutuũ, re contrahi dicuntur; *a* ideò quod non niſi rei præſentis interuẽtu fiant. Quod non æquè eſt in emptione, locatione, ſocietate, mandato, quæ ſolo conſenſu, etiam re non præſente, contrahuntur. *b*

*a l. 1. Digeſt. de oblig. & act. tit. Inſt. qui. 6. mod. re contrah. oblig.*

*b Tit. Inſt. de oblig. ex conſenſu.*

*De commodato, & in quo diſtet à locatione & precario.*

Commodatum dicitur, quaſi cum modo datum, ſcilicet, ad certum & præſcriptum vſum, idque gratuitò. Nam mercede interueniente locatio eſt, *c* aut ſi ad non certum tempus & præſcriptum vſum datum ſit, in precarium incidit. *d* Atque hinc, commodatum non niſi expleto vſu reuocatur; *e* precarium verò quandocunque. *f*

*Quid in commodatum veniat.*

Et cùm commodatum commodatarij tantùm gratia contrahi ſoleat; idcircò, ſi res commodata, commodatarij culpa etiam leuiſsima, interierit, aut deterior facta fuerit; rectè eo nomine commodatarius conuenitur. *g*

*De depoſito, & quid veniat in depoſitum.*

Eſt autem depoſitum, quod cuſtodiendum alicui datum eſt: dictum ex eo, quòd apud alium depoſitũ ſit: Præpoſitio enim *de* auget poſitum, vt oſtendat totum fidei eius eſſe commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet. *h* Et quia depoſitum deponentis gratia contrahitur; idcircò depoſitarius de ſolo dolo tenetur, *i* qui ea ſpecie præſumitur, cùm depoſitarius circa rem depoſitã non

*c* §. *commodata. Inſtit. quib. modis re contr. oblig.*
*d* *l.* 2. *l.* 4. *ff. de precar.*
*e* *c. vnico. extrauag. de commod.*
*f* *l.* 1. *l.* 2. *ff. de precar. iunge infra tit. de preca.*
*g* *d. c. vnic. iuncta l. ſi vt certo.* 5. §. *commodatũ. Digeſt. commod. &* §. 2. *eiuſdem. leg.* vbi & elegans diſtinctio traditur, in quibus contractibus dolus, culpa & periculũ veniant.

*h* *leg.* 1. *in princ. ff. depoſ.* 1. §. *præter, Inſt. quib. modis re contrah. obligat l. contract. Digeſt. de reg. iur.*

non eamdem, quam ſuis rebus, diligentiam adhibet. *k*

k *c.2.in princ.extr.de depoſ.l.quod Nerua.32 ff.depoſ.*

*Depoſitarius quandoque culpæ nomine tenetur, & quid de caſu fortuito.*

Interdum tamen Depoſitarius & culpæ nomine rectè conuenitur, vbi ſcilicet, vltrò ſe depoſito obtulit, aut quid pro cuſtodia accepit, aut cum eo conuentum fuit, vt culpam præſtaret. *l* Caſum verò fortuitum numquam præſtat Depoſitarius, niſi id conuenerit, vel culpa ſiue mora ipſius caſus acciderit. *m*

l *d.l.2.c.1.§.ſi conueniat. Digeſt. depoſ.*
m *d.c.2.& d l.1.§.ſi conueniat.& l. contract. Digeſt. de reg.iur.*

*Depoſitum ſemper repeti poteſt.*

Depoſitum pro arbitrio deponentis ſemper reuocari poteſt, nulla etiam admiſſa compenſatione aut deductione propter bonam fidem, quæ in hoc cõtractu vberior eſt, quàm in cæteris contractibus. *n* Eſt autem compenſatio (vt obiter hoc inſeram) debiti & crediti inter ſe contributio. *o*

n *d.c.2.& d.l.1.§.eſt autem.iuncta l.penult.C.depoſ. & l.fin.Cod.de compenſ.* o *l.1.Digeſt.de compenſat.*

*Eccle-*

*Eccleſiam nomine clerici depoſitarii vel mutuum accipientis conueniri non poſſe, niſi in rem Eccleſiæ verſum ſit.*

Porrò cùm depoſitum aliique contractus non pariant obligationem, niſi inter ipſos contrahentes, *p* fruſtrà Eccleſiæ conuenitur propter rem apud clericum Eccleſiæ depoſitam, vel mutuo ab eo acceptam: niſi fortè ex ea quid in vtilitatem Eccleſiæ verſum probetur; quo caſu quatenus verſum eſt, Eccleſia tenetur; *q* ne locupletetur cum alterius iniuria. *r*

p *l. 3. C. ne vxor pro marito. l. ſi me 32. Digeſt. ſi certi petat. l. 1. in princ. Digeſt. de pact.*

q *c. 1. extr. depoſ. c. penult. extr. de fideiuſſor.*

r *l. nam hoc natura. Digeſt. de condict. indeb.*

*De Mutuo.*

Quod ad Mutuum attinet; contrahitur Mutuum, cùm rem alteri damus, vt eius fiat, recepturi aliam eiuſdem generis & bonitatis. *ſ*

ſ *l. in princip. Digeſt. ſi cert. pet.*

*In quibus rebus conſiſtat Mutuum.*

Quod fieri non poteſt, niſi in rebus quæ mutuam functionem recipiunt; hoc eſt, quæ numero, pondere vel menſura conſtant. Nam in aliis rebus ideo in Mutuum non itur, quod aliud pro alio ſolui non poteſt, inuito creditore. *t*

t *d. l. 2. §. 1. ſi quidem in aliis rebus cadit affectio.*

De

*De pacto vel ſtipulatione adiecta Mutuo.*

Et cùm Mutuum re contrahatur; profectò conueniri non poteſt, vt plus, quàm datum eſt, reddatur; putà, vndecim pro decẽ: *u* ne quidem accedente ſtipulatione: cum hæc res in vſuram incideret, non ſolùm jure Canonico, ſed & lege diuina improbatam. *x*

u *l. rogaſti. 11. §. ſi tibi dedero. Digeſt. Si cert. pet.*
x *c. conſuluit. 10. extr. de vſur. de quo latius infrà titul. de vſur.*

# DE PRECARIIS.

## TITVLVS V.

*Quid Precarium, & in quo conueniat cum Commodato, & ab eodem diſtet.*

Precarium eſt, quod precibus petenti vtendum conceditur, tamdiu, quamdiu is, qui conceſſit, patitur. *a* Conuenit cum Commodato in eo, quòd is, qui commodat, etiam permittat vti re commodata. *b* Diſtat verò, quòd Precarium ad certum tempus & pręſcriptum vſum nõ detur, Commodatum contrà. *c*

a *l. 1. in princip. Digeſt. de precario.*
b *d. l. 1. §. fin. Digeſt. de titul.*
c *§. 1. ſuprà de commod. vide Couarr. var. reſol. cap. 15. num. 7. lib. 3.*

*Tempus certum Precario adiectum reiicitur à Precario.*

Hinc aliàs quæſitum fuit: ſi Precarium ad certum

certum tempus, veluti, ad Calendas Ianuarias conceſſum fuerit, an precariò poſsidens in eum diem ſe tueri poſsit, ne antè ab eo res auocetur. Et reſponſum eſt, nullam vim eſſe huius conuentionis: cùm adiectum tempus naturæ precarii repugnet. *d* *α*

*Ad quid tenetur precario poßidens.*

Quo etiam fit, vt propter hanc liberam reuocationem concedentis, is qui precario poſsidet, non teneatur vltra dolum & latam culpam, quæ dolo proxima eſt. *e*

*De precaria.*

Extat & hoc iure Can. contractus precariæ, quo pro re donata Eccleſiæ donatori, in vicem, triplum vel duplum in vſumfructum redditur ab eadem Eccleſia. *f* Vnde pro arbitrio concedentis non reuocatur precaria, ſed exſpirat morte accipientis, *g* dummodò precaria rationabiliter facta ſit; alioqui à concedentis ſucceſſore impunè reuocatur. *h* De quinquennio autem in quinquennium precariæ renouatio fieri iubetur. *i* *β*

d *l. cum precario. 12. ff. de precario. & cap. fin. extr. eod.*
e *l. quæſitum. 8. §. & illud annotatur. cum n. ſeq. Digeſt. eod.*
f *iuxta deciſionem ca. 4. precariæ. 10. q. 2.*
g *c. fin. in fin. extr. hoc tit. iunct. od. cap. precariæ.*
k *c. de precariis d. q. 2. & ca. 2. extr. eo. vide Pan. & alios in hunc tit. extr.*
i *cap. extra. hoc tit.*

## Notatio in tit. 5.

*α. Vbi ſcilicet, indefinitè conceditur precarium; aliàs ſi in certum vſum, eſſet commodatum.*

*β. Videtur huius precariæ veſtigium extare apud Iuſtinian. in §. ſi verò aliquis. Nouell. 120. de alien. & emphyt.*

DE

# DE FEVDIS,
## TITVLVS VI.

*Feudum quid?*

FEudum eſt beneficium, quod ex beneuolentia ita datur alicui, vt proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem maneat, vſus fructus verò illius, ita ad accipientem tranſeat, vt ad eum hæredeſque eius maſculos, ſiue fœminas (ſi de his nominatim ſit dictum) in perpetuum pertineat: ad hoc, vt ille & hæredes eius fideliter domino ſeruiant; ſiue ſeruitium illud nominatim, quale eſſe debeat, ſit expreſſum, ſiue indeterminatè ſit promiſſum. *a* ,, ,, ,, ,, ,, ,, ,, ,, ,, ,,

a *c.1.§.beneficium.titul.in quibus caſibus feudum amit. vide in notat.*

*Quibus permiſſa eſt feudi conceſsio.*

Et feudi quidem conceſsio vnicuique laico permiſſa eſt, qui liberam rerum ſuarum adminiſtrationem habet. *b* At in Eccleſiaſtico contrà eſt: *c* præterquam ſi feudum legitimè ſemel conſtitutum, *d* ad Eccleſiam morte Vaſalli redierit: qua ſpecie Prælatus eiuſdem Eccleſiæ, poteſt idē liberè alteri conferre in feudum; dummodò id ex re Eccleſiæ futurum arbitretur. *e* Item, ſi à Vaſallo illicitè alienatum fuerit feudum, & ſic ipſo iure commiſſum; poteſt Prælatus, idem

b *cap.1.per quos fiat inueſtitura. iuncta l. in re mandata 22. Cod. mandati.*

c *c. vnico de reb. Eccleſ. non alien. in ex.com.c. 2. ex. de locato. c. Epiſcopum vel Abbatem*

d *iuxta. §. neque ſupra de rebus Eccleſ. non alien.*

e *cap. 2. extrauag. hoc titul.*

idem feudum alteri dare etiam filiò vel conſanguineo eiuſdem Vaſalli. Quod & meritò obſeruatur, vbi feudum alienatum difficile recuperatu eſt: vt & hoc caſu poſſit Prælatus alteri potentiori feudum cedere; qui idē à ſe reuocatum ab Eccleſia recognoſcat. *f*

*g* Neque dubium eſt, in proprijs bonis; id eſt, proſpectu ſuo, non Eccleſiæ adquiſitis, poſſe clericum feudum conſtituere: *g* cùm hæc à bonis laicorum minimè diſtent. *h*

f *d. c. 2.* g *c. 1. in princ. de clerico qui inueſtituram:*
h *c. quia nos. 9. cap. relatum. 12. circa fin. extr. de teſtamentis: c. quicumque 12. quæſt. 3.*

## Notatio in Tit. 6.

*a Hæc deſcriptio ex libris feudorum deſumpta, etſi pleriſq; prolixior videatur: tamen feudi naturā rectè explicat; prout communiter Feudum concedi ſolet; & in dubio ita concedi intelligitur. Vnde hac deſcriptione non continentur feuda, quæ ſingularem naturam habent: qualia ſunt feuda caſtaldiæ, & guardiæ, & quæ loco mercedis dantur; de quibus in ca. 1. de feudo guardiæ & caſtaldiæ. Adde & conſuetudine loci & conuentione inter dominum & vaſallum, ab hac natura feudi quandoque diſcedi; ita tamen, vt qua in parte diſceſſum non eſt, retineamus in ceteris communem naturam feudi. cap. 1. de feudo non habente propr. & cap. 1. §. feudum ea lege, ſi de feudo defuncti.* Nomine

autem

*autem vſusfructus in diſcriptione, non venit vſusfructus propriè dictus (alioqui feudum ad hæredes non tranſiret. §. finitur, inſt. de vſufr.) ſed vtile dominium ſiue omnis vtilitas rei feudalis perpetua. Quod verò ad beneuolentiam attinet, ea non ſtrictè accipienda eſt; quaſi debeat eſſe mera & omninò gratuita; ſed ſufficit eam habere aliquam rationem beneficij ſiue beneuolentiæ, arg. l.* Titius. *3. ff. de obſeq. à liber. Vnde abſurdum non eſt; Feudum pecunia aut alia re comparari poſſe. c.* I. *de inueſtitura in mar. fact. c.* I. *quemadmod. feud. ad filiam pert. c.* I. *de natura feudi. & c.* I. *de benef. fratris; dummodò id fiat beneuolè & cum gaudio accipientis. c.* I. *§. beneficium. in quib. cauſ. feud. amit.* Rei im*mobilis appellatione continentur non ſolùm res ſoli, ſed etiam quidquid ſolo cohæret, vt ſunt, domus, vineæ, arbores in ſuperficie ſoli conſtitutæ.* Item *ea, quæ inter immobilia rediguntur; veluti, cùm de camera, id eſt, ærario, vel de cauerna, id eſt, de penuario, horreo, vel cellario feudum conceditur. c.* I. *§. ſciendum. de feudi cognit. vel etiam ex annuis reditibus; nam & hi inter immobilia recenſentur. c. exiui. §. cumq; annui, de verb. ſignif. in* Clement. Item *immobilium loco ſunt,* Regnum, Du*catus,* Marchia, Comitatus, Iuriſdictio, *quæ ſimiliter in feudum rectè dantur. c. paſtoralis, de re iudicata in* Clement. *c.* I. *quis dicatur dux. c.* I. *de feudo March. & c. ſi diligenti.* 17. *ext. de præſcrip. Quo verò ad hæc verba deſcriptionis, vt ad eum*

*hæredesq́; ſuos maſculos: his ſignificatur in materia Feudali hæredum appellatione non continere fœminas, niſi nominatim de his dictum ſit. Probat etiam textus in c. 1. §. ſimiliter. verſ. profectò. de lege Corradi. Vnde mihi ſemper ſuſpecta viſa fuit Doctorum diſtinctio, inter feudum ex pacto & prouidentia, & hæreditarium feudum q. 9. Andr. Gail. lib. 2. obſeru. 154. & Did. Couarr. var. reſolut. lib. 2. cap. 18. n. 4.*

*β Licet textus in c. 12. ext. de feud. quo prædicti tres caſus textus noſtri continentur, diſertè loquatur de Epiſcopo, idem tamen pertrahendum eſt ad reliquos Prælatos Eccleſiarum; cùm nullam diuerſitatis rationem videamus. Vide quæ hac de re ſcripſit Iul. Clarus in §. feudum. q. 13. Nos breuitati quantum poſſumus, conſulimus.*

# DE DONATIO-NIBVS.

## TITVLVS VII.

*Donatio ſola liberalitate conſtat.*

DOnationis contractus ſola liberalitate conſtat; cùm quis ob nullam aliam

aliam cauſam dat, quàm vt liberalitatem & munificentiam exerceat. In quo ſi interuenerit rei traditio, ſtatim ea fit accipientis *a*; ſin minus, agitur ad rei traditionem *b*.

*Donatio nonnunquam præſumitur.*

Interdum hæc donatio præſumitur, ea ſpecie; cùm quis prudens nullo iure cogente aliquid dat *c*. Cuius enim per errorē dati repetitio eſt, eius conſulto dati donatio eſt; vt habet iuris regula *d*.

*De inſinuatione donationis.*

Sed videndum eſt, ne donatio quingentos ſolidos excedat; alioqui quod ſupra hāc ſummam erit, Magiſtratūi inſinuandum eſt *e*; niſi donatio in redemptionem captiuorum, vel in refectionem ædium ruina aut incendio conſumptarum conferatur *f*, vel à Principe priuato; ſiue è contrà *g*; vel à magiſtris militum ipſis militibus fiat *h*. Nam his caſibus donatio cuiuſcunque quantitatis, inſinuatione non eget *i*.

*De his qui donare non poſſunt.*

Non tamen omnibus donare permiſſum eſt, etiamſi rerum ſuarum domini ſint: non enim minoribus 25. annis *k*; non coniugibus inter ſe *l*: neque inuicem parentibus & liberis in poteſtate eorum conſtitutis *m*,

a *l. 1. in princ. l. 6. ff. h. tit.* b *condictione certa, ſi ſtipulatio interceſſit, alias condictione ex lege. l. ſi quis argentum. 35. C. eod. quamuis de iure Canonico nomen actionis exprimere neceſſe non ſit. c. dilecti. 6. ext. de iudic.*

c *l. donari. 29. ff. eod.*

d *d. l. cuius per errorem. § 4. ff. de reg. iur. l. 1. ff. de condict. indeb.*

e *l. penult. iuncta l. 34. C. hoc tit.*

f *d. l. penult.*

g *l. ſancimus 34. & auth. item. C. eod.*

h *d. l. penult.*

i *iam dd. iurib.*

k *§. nunc admonendi. Inſtit. qui. alienare licet.*

l *toto tit. ff. & C. de donat. inter vir. & vx.*

tis *m*: Quamuis his duobus poſterioribus caſibus, donatio morte donatoris conualeſcat *n*: imò & donatio illa parentis in filium, emancipatione confirmatur *o*.

*m l. cum de 9. C. de donat l. donationes. 25. C. de donat. inter vir. & vx.* *n d. l. donationes. c. fi. ext. de donat. inter vir. & vx.* *o l. fine 17. C. hoc tit. l. 2. C. quis alteri vel ſibi.*

*Prælatus Eccleſiæ an donare permiſſum.*

Et cùm nemo plus iuris in alium transferre poſſit, quàm ipſe habet *p*; rectè ſequitur, Prælatos Eccleſiarum (cùm rerum eccleſiaſticarum non domini, ſed procuratores ſint *q*) rem Eccleſiæ alteri donare non poſſe: præterquam ſi datæ rei quantitas, & loci cõſuetudo à ſacris Canonibus non improbata donationem patiatur *r*; aut ſi Epiſcopus, Eccleſiæ ſiue monaſterio extruendo donationem faciat *s*.

*Caſus, quibus donatio reuocatur.*

Et licet donatio ſemel legitimè facta retractari non poſſit, ne quidem reſcripto Principis *t*: iure tamen obtentum eſt, vt ſi donatarius ingratus fuerit in donatorem ſuum; videlicet, impias manus, vel atroces iniurias, vel graue damnum illi inferendo, vel inſidiando vitæ ipſius; donatio à donatore, non verò ab eius hærede reuocari poſſit *u*. Imò, & ſi modo donationi adiecto ſatisfactum non erit à donatario; impunè res donata repetitur *x*. Idque in donatione priuato

*p l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. q c. 2. ext. h. tit. r c. 3. & ibi latius DD. ext. eod. facit l. filius-familias. 7. ff. hoc tit. l. cum plures 12. §. cum tutor. ff. de administr. & per tut. s iuxta deciſionem tex. in c. penult. ext. hoc tit. iuncto c. 7 4. bona rei 1. 2. q. 2. t l. 1. C. de reuocan. don. u c. fi. ext. h. tit. fi. l. fi. C. de reuoc. donat.* *x tex. eſt in l. fi. C. d. tit.*

uato facta. Nam quæ Eccleſiæ facta eſt donatio, non reuocatur ob modum non impletum, ſed ad eius impletionem agitur: niſi modo adiecta ſit clauſula reuocatoria, hæc vel alia ſimilis: Et ſi modo adiecto paritum non fuerit, res donata repetatur *a*. Sed & eorum ſententia non improbabilis eſt, qui donationem omnium vel partis bonorum reuocari poſſe contendunt, propter liberos poſtea à donatore ſuſceptos *b*.

*De alijs generibus donationum.*

Loquimur autem in præſenti de donatione ſimplici, quæ propriè donatio dicitur; non quæ fit ob cauſam; qualis eſt donatio cauſa mortis, dotis, propter nuptias, & remuneratoria.

*De donatione cauſa mortis.*

Donatio cauſa mortis, fit ob ſuſpicionem mortis imminentis, etiam ab eo qui alioqui firmæ valetudinis eſt *c*: eiuſque effectus poſt mortem donatoris confertur *d*, inſtar legati *e*. Reuocatur verò tribus ex cauſis. I. Si donator conualuerit. II. Si donatarius prior ante donatorem deceſſerit. III. Si donatorem penituerit donationis *f*.

*a c. verum. 4. ext. de condit. appoſ.*
*b per tex in l. ſi vnquam. 8. C. de reuoc. donat. vide ad eandem l. Tiraquellum, & Gomezium var reſol. lib. 2. cap. 4. nu. 11. adde c. fi. 17. q. 4.*
*c l. 3. cum ll. ſeqq. ff. de mort. cauſ. don. & Tit. Inſtit. de donat. in princip.*
*d l. non videtur. 23. ff. de mort. cau. donat.*
*e l. illud 37. ff. iam d. tit. l. fi. 2 de donat. cauſ. mort.* *f d. tit. Inſtit. in princ. l. non omnes 16. circa princ. ff. ſi cert. pet. l. qui mortis. 30. ff. de mort. cauſ. don.*

### *De donatione dotis, propter nuptias, & remuneratoria.*

i Donatio dotis, fit marito ab vxore, vel huius nomine à parente, vel ab alio pro ſuſtinendis oneribus matrimonii g. Vnde conſtante matrimonio repeti non poteſt; niſi maritus facultatibus ſuis labatur h, aut bona ſua fiſco inferantur i. Donatio propter nuptias, contra conſtituitur mulieri à marito, vel ab alio eius nomine, reſpectu dotis k. Remuneratoria verò in vicem præſtiti officii fit; atque idcircò irreuocabilis eſt l.

g *l. pro oneribus 20. & paſſim. C. de iure dot. l. vnica. C. de rei vxor. act.* quod autem dos inter donationes referatur, teſtatur *l. fi. C. de don. ante nup.* h *l. ſi conſtante 25 ff. ſol. matrim. l. vbi, 29. C. de iure dot. vbi latius.* i *l. ſi marito, 32. ff. ſol. matr. l. 1. C. de repud.* adde Nouell. *vt lic. matri. §. quia vero plurim. & §. cauſas. & caſum in l. quemadmodum 57 ff. ſol. matr.* k *l. fi. cum auth. eo decurſum. C. de donat. ante nupt.* l *l. Aquilius 27. & l. ſi pater 35. §. fi. ff. de donat.*

### *Dos & donatio propter nuptias quibus caſibus redeunt, aut lucro cedunt alteri coniugum.*

Vt autem ſoluto matrimonio dos ad mulierem, ita & donatio propter nuptias redit ad virum; niſi de conſuetudine aliter obtineat, aut pactum de lucranda dote, vel donatione propter nuptias, quod vtrinque æquale eſt, interceſſerit m.

m *c. fi. § qui. ext. de don. inter vir. & vx.* adde *Nouel. 97. de æqual. dot.*

Nota-

## Notatio in Tit. 7.

*Intellige primam reuocationis cauſam; cùm in infirmitate facta eſt donatio. de quo latiùs Pet. Coſtal. ad l. non omnis 19. ff. ſi cert. pet.*

# DE RERVM PERMVTATIONE.

## TITVLVS VIII.

*Quæ res permutentur.*

PErmutari dicuntur res; cùm vna pro alia datur & accipitur, dominii transferendi cauſa. Et id quidem propriè *a*. Etenim hoc iure & beneficia eccleſiaſtica rectè inter ſe permutari dicuntur *b*; quorum tamē apud clericos nullum dominium eſt, ſed ſola adminiſtratio *c*. Et de his duntaxat hic diſpiciamus.

*Beneficiorum permutatio vt permiſſa eſt.*

Et quidem beneficiorum eccleſiaſticorum permutatio à iure improbata eſt, ſi ea priuatâ auctoritate permutantium fiat *d*: adeò quòd vterq; permutatis beneficiis priuari poſsit *e*. Igitur auctoritate Epiſcopi

a *l. naturales. 5. §. 1. ff. de preſcrip. verb. l. 1. §. fi. ff. de rer. permut. c. 1. ext. hoc. tit. Vide ſup. de reb. eccleſ. non alien.*

b *paſſim hoc tit. ext. & in 6. & in Clement.*

c *c. 2. ext. de donat.*

d. *c. maioribus. 8. ext. de præbend. c. quæſitum 5. ext. h. tit.*

e *c. cum olim. 7 ext. h. tit.*

opus eſt, in cuius manus beneficiorum prius reſignatio fiat; deinde ab eo vtrinque alteri alterius beneficium conferantur *f*. Vbi tamen eorũ collatio vel præſentatio ad alium ſpectat, etiam illius conſenſus exquiratur *g*.

*f c.vnic.hoc tit. in 6. & in Clem. iuncto d.c. quæſitum 5. ext.eod.*

*g iuxta c. quod omnes. de reg. iur. in 6. l.fi.C. de auct. præſt.c. ad hæc.7. in fi.ext. de offic. Archidiac. Vide latius Aegidium Bellameram in 2. parte. q. 8. & in 4. part. per tot.*

*Beneficia ex cauſa permutationis vacantia alteri tertio conferri non debent.*

Quòd ſi verò Epiſcopus huiuſmodi beneficia ex caſu permutationis reſignata ſibi, tertio alicui conferat, nullius momenti erit hęc collatio *h*; etiamſi hic tertius auctoritate Sedis Apoſtolicæ expectabat primum beneficium vacãs: cùm beneficia illa non ſimpliciter vacent, ſed cũ cauſa permutationis *i*.

*h c. vnico. eod. tit. in Clement.*

*i c.vnic.eod. in 6.*

*Permutationi beneficiorum nihil temporale admiſcendum.*

Cauendum tamen eſt; ne quid temporale permutationi beneficiorum admiſceatur. Incideret enim hæc res in ſimoniam *k*. Vnde conſultus Clemens III. an Eccleſia parochialis cum altera permutari poſſet, attributis vtrinque poſſeſſionibus; reſpondit id quidem fieri poſſe; dummodò Eccleſiæ & poſſeſſiones ſeparatim inter ſe permutentur. Verba reſcripti hæc ſunt: Reſpondemus, quòd cùm de dictis parochialibus

*k d. c. quæſitum.*

Eccle-

Eccleſijs per ſe queat commutatio celebrari, "
& in permutatione poſſeſsionum, per ſe non "
ſit inhibitũ: ſi altera, ratione poſſeſſionum,
alteri præponderet; pecuniam poſſe refundi "
de ipſarum poſſeſſionibus ad inuicem, prout "
viſum fuerit expedire; refuſa certa pecuniæ "
quantitate, poterit contractus permutationis iniri: ſic tamen quòd illi contractus nequaquam ſibi inuicem miſceantur *l*.

*l tex. eſt in c. ad quæſtiones. 6. ext. hoc tit.*

# DE PIGNORIBVS ET FIDEIVSSORIBVS.

## TITVLVS IX.

Contractus pignoratitius ſicut & fideiuſſorius, acceſſorius eſt ad alios contractus: cùm vterq; ad horum ſecuritatem adhiberi ſoleat. Pignus quidem rei, fideiuſſio perſonæ acceſſione contrahitur *a*; quamuis & plurium rerum, etiam bonorum omnium pignus *b*, & fideiuſſio multarum etiam perſonarum iniri poſſit *c*.

S 5 Pignus

a *§. fin. in verb. quò magis ei in tuto. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. l. 1. & l. 2. ff. de fideiuſſo.*

b *l. 2. C. de pignor. l. ſi generaliter. 6. C. qui potior. in pignor.*

c *§. ſi plures. Inſtit. de fideiuſſo. l. inter. 27. cum l. ſeq. ff. de fideiuſſ.*

*Pignus vt contrahitur.*

Pignus vel nuda conuentione conſtituitur, etiamſi rei traditio non fiat *d*. Vbi tamẽ & rei traditio interuenit, propriè pignus dicitur inſpecta notione nominis: alioqui proprius hypotheca eſt *e*.

*De vſu pignoris.*

Pignus igitur vbi traditum eſt, creditori vti eo non licet, ſi in re mobili conſiſtat pignus *f*: ſin in immobili, vtitur quidem creditor *g*; cùm vtendo magis hoc pignus conſeruetur *h*; attamen fructus ab eo perceptos, & qui percipi potuerunt, vnà cum damno dato in re in exonerationem ſortis imputat *i*. Quippe pignoris contractus bonę fidei eſt, ac proinde in eo, ex æquo & bono agitur *k*.

*Pactum de lucrandis fructibus pignoris non valet.*

Vnde hęc conuentio in pignore non admittitur: vt fructus pignoris tamdiu cedant lucro creditoris, donec ſors; id eſt, debitum exſolutum fuerit; quod pactum à Martiano I.C. ἀντίχρησις dicitur *l*, adeoque vſurarium eſt *m*.

*d* l. 1. ff. de pig. act. *e* §. item Seruiana. Inſt. de act. l. ſi rem 9. §. proprie. ff. de pignore. *f* l. 6. ff. de furt. §. furtum. Inſtit. de oblig. quæ ex delicto. *g* l. creditor. 23. ff. de pignor. *h* l. non intelligitur. 3. §. diui fratres ff. de iure fiſci. l. ſingularium. C. de ædif. priuat. *i* l. 1. & l. 6. C. de pig. act. c. ex contrario 6. ext. de pignorib. *k* §. actionum autem. Inſtit. de act. *l* in l. ſi is qui 11. §. 1. ff. de pign. in l. ſi pecuniam 33 ff. de pign. act. *m* per tex. in c. 1. & 2. ext. de vſur. c. 4. & c. 6. de pignorib. iunge omnino §. hinc infr. de vſur. vbi caſus excepti referuntur ſiue potius declarantur, in iis vſuram ceſſare.

*Pactum legis commiſſoriæ improbatum in pignore.*

Nec hæc conuentio permittitur in pignore

gnore: vt ſi intra certum tempus pecunia non reddatur, pignus in ſolutum cedat creditori: quam conuentionem vulgò vocamus pactum legis commiſſoriæ *n*.

*De pignore pignori dato.*

Non prohibetur autem creditor, rem ſibi pignori obligatam, rurſus alteri dare in pignus; ita vt non ſolum retentio, ſed & vtilis actio hypothecaria eo nomine competat poſteriori creditori aduerſus debitorem principalem. Priori tamen creditori ſoluens debitor etiam à poſteriore creditore liberatur *o*; niſi poſterior antè denunciauerit debitori rem ſibi obligatam eſſe *p*.

*De fideiuſſione.*

Ad fideiuſsionem quod attinet; hæc ſtipulatione contrahitur *q*, & cuiuſuis generis obligationi, etiam quæ ex delicto venit adhiberi poteſt *r*; dummodò tale delictum ſit, quod corporalem pœnam non perſequatur; nam huic fruſtrà adhibetur fideiuſſor; cū nemo membrorū ſuorum dominus ſit *s*.

*Duplex genus fideiuſſorum.*

Solet autem fideiuſſor duobus modis intercedere: aut ſimpliciter fidem ſuam interponendo in id, quod debet principalis; aut quanto minus creditor à ſuo debitore conſequetur: & hic fideiuſſor indemnitatis dicitur, qui & idcirco à creditore antè conueniri non poteſt, quàm reus excuſſus fuerit *t*: prior autem antè conueniri poteſt,

ſed

*n c. ſignificante. 7. ext. de pignorib. l. fi. C. de pact. pign. & tit. C. ſi pignus pig. datum.*

*o l. grege. 13. §. cū pigno. ff. de pign. c. cum contra 6. ext. eod.*

*p l. nomen 4. C. quæ res pignor. oblig. iuncta l. 3. C. de nouatio.*

*q l. blanditus. 12. C. de fideiuſſorib. l. 5. §. ſatiſacceptio ff. de verb. obl.*

*r l. 1. l. græce 9. §. ſed & ſi ex delicto. ff. de fideiuſſ. & eod. tit. Inſt. in prin.*

*s l. liber homo. 13. ff. ad leg. Aquil. c. ſi non licet 23. q. 5.*

*t l. ſi & ibi DD. ff. ſi cert pet.*

ſed cum beneficio authenticæ, *Præſente. C. de fideiuſſoribus.*

*Fideiuſſor quando liberetur, & agere poſſit vt liberetur.*

Vbi autem fideiuſſor ſoluit creditori, aut aliter illi ſatisfecit, habet ad repetendum, mandati actionem *u*. Neque enim antè agere poteſt, cùm & ad ſoluendum ſumptus intelligatur *x*: niſi fortè aliter inter eum & debitorem conuenerit, aut condemnatus fuerit fideiuſſor, aut debitor ſolutionem diu extraxerit, ſiue bona ſua diſsipare cœperit. Nā his caſibus rectè agit fideiuſſor contra reū, vt eum liberet ab obligatione fideiuſſoria *y*.

*Clerico interdicitur ne fideiubeat.*

Illud conſtitutum eſt in Clericum à Concilio Cantuarienſi, vt is fideiuſſoribus inſeruiens à clero ſubmoueatur *z*: licet ab eo facta fideiuſsio valeat *a*.

*u* §. *ſi quid autem. Inſtit. de fideiuſſ. l. inter. 26. §. ſi is qui. ff. mandati.*
*x l. indebitā 47. ff. de cōdict. indeb.*
*y c. fi. ext. de fideiuſſ. l. ſi pro ea. 10. C. mandati. l. Lucius Tit. 38. ff. Mand.*
*z c. 1. ext. de fideiuſſ.*
*a c. 2. c. 3. ext. eod.*

## Notatio in Tit. 9.

*a. Sed an ſola ſtipulatione? quod putat Bald. ad c. 1. numer. 9. ext. de pact. negans pacto nudo fideiuſsionem contrahi; niſi apud acta per l. cum oſtendimus. 4. §. fi. ff. de fideiuſſo. tutor. Eandem ſententiam tuetur Iaſon ad l. ſtipulationum 5. §. ſatis acceptio. ff. de verb. oblig. vbi & ratio-*

*tionem reddit, & quatuor limitationes adſert. Verùm Felinus ad d. c. 1. n. 14. dubius hæret, propter c. 3. ext. de pact. vbi ſimpliciter dicitur: ſtudioſè agendum eſt, vt ea quæ promittuntur, opere compleantur. At promißio etiam nudum pactum continet, l. ſciendum. 19. §. 1. ff. de ædil. edict. Ex quo æquius & certius videtur; quòd etſi de iure Ciuili regulariteur fideiußio nudo pacto non contrahatur; ſecus tamen eſſe de iure Canonico, quo ex pacto nudo actio, aut ſaltem officium Iudicis ad complendum pactum, competit, eleganter Panorm. ad d. c. 1.*

# DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

*ita eſt inſcriptio in Decretalibus, ne quis putet teſtamentum non vltimam voluntatem.

## TITVLVS X.

### *Teſtamentum quid.*

TEſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit *a*. Iuſta, *inquam*, id eſt, perfecta *b* quæ & hæredis iuſtitutionem continet. Nam hæc baſis & fundamentum eſt teſtamenti, adeò quòd ſine ea, teſtamenti cauſa corruat *c*.

*a extat hæc definitio in l. 1. ff de teſtament.*

*b* ſicut iuſta vocatur ætas, id eſt, perfecta, *in l. quod. Seruius* 8.

Codi-

enim modo, de militis ſuprema voluntate ſiue ſcripta, ſiue non ſcripta, conſtat, valet eius teſtamentum *l*; dummodò illud in expeditione factum ſit; poſt miſſionem enim aut extra caſtra licet adhuc militet, ſolemni iure eum teſtari oportet *m*.

*A ſolennitatibus teſtamenti vt deceſſum eſt per Ius Canonicum, & in legato relicto Eccleſiæ quot teſtes ſufficiant.*

Illud verò receptum eſt apud ſacros Canones; vt teſtamentũ coram proprio Presbytero & tribus vel duabus aliis perſonis idoneis confectum, valeat; etiamſi aliis ſolennitatibus iuris Ciuilis deſtitutum ſit *n* α. Immò, & ſi quid relictum fuerit Eccleſiæ, duobus aut tribus tantùm teſtibus legitimis requiſitis; eodẽ iure ſuſtineatur, iuxta illud; In ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum *o*. β

*De liberis inſtituendis vel exhæredandis.*

Et licet nihil magis hominibus debeatur, quàm vt ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus & arbitrium *p*: non tamen permiſſum eſt parentibus liberos ſuos vtriuſque ſexus præterire, ſed neceſſe habent, eos vel inſtituere hæredes, vel exhæredare, inſerta legitima cauſa exheredationis, quæ & per ſcriptum haredem probanda eſt *q*.

*Nouell. de teſtam. imperfect. l. pen. ff. de teſtam.*

l *l. ex teſtamento. 5. l. milites. 15. C. de teſt. mil. & tit. eod. inſtit. in princ.*

m *c. penult. C. d. tit. §. 1. §. ſed hact. Inſt. eod. tit.*

n *tex. eſt in 6. cum eſſes. 10. ext. de teſtam.*

o *c. relatum. 11. ext. eod. iuncto Mat. 18. & Deut. 19.*

p *l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ.*

b *§. aliud quoque capitulum. cum §§. ſeqq. Nouell. 115. vt cum de appell. & tit. inſt. de exhæred. liber.*

Liberi

*Liberi in quo inſtituendi.*

Inſtitui autem debent liberi, vt minimùm in legitima *r*, quę triens eſt, id eſt, tertia pars; vbi quatuor vel pauciores ſunt liberi: ſin plures, legitima ſemis eſt, id eſt, dimidia pars eorum, ſcilicet bonorum, quæ habituri erant liberi ab inteſtato, ſi teſtamentum parens non feciſſet: ex æquo inter liberos diuidēda *r*. Et ſi in minore quā legitima inſtituti fuerint liberi, illud ſuppletur à ſcripto hærede *ſ*.

*r Auth. Nouiſſima, iuncta l. parentib. 8. C. de offic. teſt. §. 1. Nouell. de triente & ſemiſſe.*

*s de Nouel. vt cum de appell. §. hæc autem diſpoſuimus.*

*Legitima grauari non poteſt.*

Nullo verò onere, veluti, vſufructu, fideicommiſſo, conditione, modo, aliáve re, legitima grauari poteſt; & contrà factum fuerit, onus ipſum rejicitur, ſeu magis pro non adiecto habetur *t*.

*t d. Auth. Nouiſſima. in fin. & l. quoniam in priorib. 32. C. de inoff. teſt.*

*De duplici detractione Legitimæ & Trebellianicæ.*

Hinc filius à patre ita hæres inſtitutus, vt ſi ſine liberis deceſſerit, hæreditatem reſtituat fratri vel alteri cuipiam: non solùm filius legitimam ſuam ab hoc fideicommiſsi onere liberam retinet, ſed & quartam ex Trebelliano SC. ex eadem hæreditate detrahit, & cui vult vtramque relinquit, vel ab inteſtato ad legitimos ſuos hæredes tranſmittit; reliquum enim quod ſupereſt, fideicommiſſo tantummodò continetur *u*.

*u per tex. in c. Raynutius. 16. in c. Raynald. 18. ext. de teſtam.*

Eadem

*Eadem quæ de liberis, & in parentibus obtinent.*

Quæ pari ratione obtinent in teſtamentis liberorum reſpectu parentum *x*, illis ſcilicet caſibus, quibus liberis teſtamentum facere licet; quod tum accidit, cùm patria poteſtate ſoluti ſunt *y*: vel ſi adhuc ſacris parẽtum continentur, caſtrenſe vel quaſi caſtrẽſe peculiũ habeant, de quo teſtentur. Nam alias liberis permiſſum non eſt, facere teſtamentum *z*.

*x vt prob. int ſupr. alleg. iura iuncta l. nam etſi. 15. in princ. Digeſtis de inoff. teſtam.*

*y de modis ſoluendæ patriæ poteſtatis. vide Iuſtin. ſub Tit. Inſtit. in princ. quib. mod. pat. pot. ius ſol. & quæ ibid. latius tradunt D D. z Tit. Inſtit. in princ. quib. non eſt permiſſ. l. pen. & vlt. C. qui teſt. fac. poſſ.*

*Religioſi teſtari non poſſunt; ſed an clerici, diſtinguitur.*

De Religioſis dubium non eſt, quin teſtari non poſsint *a*: cùm neque liberam voluntatem *b*, neque bona propria habeant *c*. De clericis verò vulgò contenditur. Sed hanc contentionem iam pridem ſuſtulit Alexander III. cuius reſcripti verba ad Epiſcopum Vigilenſem hęc ſunt: Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd licet clerici de his, quæ paternæ ſucceſſionis vel cognationis intuitu, aut de artificio ſunt adepti, ſeu dono conſanguineorum aut amicorum, non habito reſpectu ad Eccleſiam, peruenerunt ad ipſos, liberè diſponere valeant: de his tamen quæ conſideratione Eccleſiæ per-

*a c. 2. text. de teſtam.*

*b c. 1. de teſtam. in 6.*

Eſt autem teſtamentũ voluntatis noſtræ ſententia.

*& c. ſupr. eod.*

*c c. cum ad monaſterium. ext. de ſtatu monaſt. auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

perceperunt; nullum de iure poſſunt facere teſtamentum *d*.

*d tex. eſt in c. quia nos. 9. ext. de teſtam. probat etiam text. in c. relatum. 11. circa fi. ext. eod. in c. Epiſcopi. in c. ſint manifeſta. 2. q. 1. c. 2. ead. q. 3. iuncto c. requiſiſti 15. circa fin. ext. d. tit.*

*Clerici de bonis per Eccleſiam adquiſitis interdum rectè alijs conferunt.*

Itaque clerico de bonis proſpectu Eccle-
» ſiæ adquiſitis teſtari non licet: Conſuetudi-
» nis tamen eſt non improbandæ, *inquit idem*
» *Alexander* III. vt de his, *mobilibus per Eccleſiam*
» *adquiſitis*, pauperibus & religioſis locis, &
» illis qui viuenti ſeruierant; ſiue conſangui-
» nei ſint, ſiue alij; aliqua iuxta ſeruitii meri-
» tum *à moriente clerico* conſerantur *e*: non ta-
» men in vim teſtamenti; vt alibi ſe explicat Alexander *f*.

*e tex. eſt in d. c. relatum.*

*f in cap. ad hæc. 8. extr de teſtam.*

*De proprijs bonis clerici etiam filij familiàs rectè teſtantur.*

De propriis verò bonis adeò clerico permiſſum eſt teſtari; vt & ſi is filiusfamiliàs ſit, de omnibus etiam quę ex quacunque cauſa conſtante clericatu ad eum peruenerunt rectè teſtetur; cùm ex Iuſtiniani conſtitutione huiuſmodi bona, licet aduentitia, in numerum caſtrenſium peculiorum redacta ſint *g*.

*g in §. Preſbyteros autē & Diaconos. Nouella de ſanctiß. Epiſc. & extat in auth. Preſbyt. & Diaconos. C. de Epiſcop. & Cleric. facit text. in d. c. quia nos, in verb. liberè diſponere. vide ibid. Couarr.*

De

*De ſubſtitutionibus.*

Solet nonnumquam in teſtamento hæredi inſtituto alius hæres ſubſtitui à teſtatore; idque vel verbis directis, vel obliquis, ſiue per fideicommiſſum *h*. Directis verbis; Titius hæres eſto: ſi Titius hæres non erit, Caius hæres eſto. Quod exemplum eſt vulgaris ſubſtitutionis. Vel, filius meus hęres eſto, & ſi hæres erit, & ante pubertatē deceſſerit. Sempronius hæres eſto. Et hoc exemplum eſt pupillaris ſubſtitutionis *i*. Obliquis verò verbis ſiue per fideicommiſſum; cùm hæres de hæreditate vel tota, vel eius parte reſtituenda alteri, rogaturt, vel fidei ipſius committitur à teſtatore. Qua tamen ſpecie, ſi hæres ex iudicio defuncti, quartam partem hæreditatis non habet, eam detrahit ex S C. Trebelliano *k*.

h *c.1. de teſtam. in 6. & l. Scæuola. 76. Dig. ad S C. Trebel. & infrà citandis iur.*

i *de quib. & ſimilib. Tit. Dig. de vulg. pub. ſubſtit. C. titul. de impub. & ali. ſubſtit.*

k *tit. Inſtit. de fideicom hered. & tit. Dig. & C. ad S C. Trebel. c. Raynu ex. de teſtam.*

*De legatis, & de lege Falcidia.*

Sed & quandoque in teſtamento relinquuntur legata & fideicommiſſa ſingularia; quæ ſi dodrantem hæreditatis, id eſt, nouem vncias exceſſerint (quippe hæreditas omnis, cuiuſcunque quantitatis, in 12. vncias diſtribuitur à iure; ipſa verò hæreditas *As* appellatur) hæres grauatus quartam partem ex iis detrahit beneficio legis Falcidiæ *l*. Exceptis tamen legatis pijs, & nonnulis aliis quæ Falcidiam non patiuntur *m*.

l *toto tit. ff. & C. & Inſtit. ad leg. Falcid.*

m *de quibus fuſè apud DD. ad l. in teſtamento 7. cum auth. ſeqq. C. ad leg. Falcid.*

*Ambulatoria extrema hominis voluntas eſt.*

Et quia ambulatoria eſt defuncti volun-taſ vſque ad ſupremum vitæ exitum; poteſt voluntas vltima in teſtamento vel in codicillis relicta, toties quoties videbitur, à teſtatore reuocari vel immutari *n*: ac proinde nihil ei oberit conteſtatio, ſi quam fortè in priore voluntate adiecit teſtator, de non reuocanda aut non immutanda ſua voluntate *o*.

*n* *l. 4. Dig. de adim. leg.*

*o* *l. ſi quis. 22. in princ. Dig. de leg. 3. l. ſi mihi & tibi. 12. § in legatis. Digeſtis de legat. 1. clauſula tamen opus eſt derogatoria; ſi in priore voluntate conteſtatio facta ſit. de qua in d. l. ſi quis.*

## Notatio in tit. 10.

*a* *Rectè ſentiunt qui hunc tex. deſumptum ex c. cùm eſſes. ext. de teſtament. ſolùm obtinere putant in ditionibus Eccleſiæ Romanæ & in foro Eccleſiaſtico; non autem in terris Imperij; in quo ius Ciuile ſeruandum eſt: ſicut videre eſt apud Iulium Clarum. §. teſtamentum. q. 57. Nam & eiuſdem c. cum eſſes. deciſio directa eſt ad Epiſcopum Hoſtienſem; qui & in temporalibus ſubiectus eſt Romano Pontifici. Nec monet Lex diuina: In ore duorum vel trium teſtium, &c. cuius meminit tex. in d. c. cùm eſſes. & extat Deuter. 17. & 19. cap. Quia hæc lex eſt veteris teſtamenti, cuius præcepta per mortem Chriſti abolita ſunt, quemadmodum notauimus ad titul. 2. ſupra lib. 1. Neque impe-*

*impedit, quod Chriſtus eadem lege vſus fuerit in nouo Teſtamento, Matt.* 18. *Non enim idcirco eſt lex noui teſtamenti: idq́; ex eo patet, quod tradit* D. Thomas *in* 1. 2. *q.* 103. *art.* 3. *ad* 2. Dicendum, *inquit, quod myſteriũ redemptionis humani generis completum fuit in paßione Chriſti; vnde tunc Dominus dixit: Conſummatum eſt: vt habetur Ioan.* 19. *& ideò tunc totaliter debuerunt ceſſare legalia, iam veritate eorum conſummata; in cuius ſignum in paßione Chriſti velum templi legitur eſſe ſciſſum. Matth.* 27. *& ideò ante paßionem Chriſti, Chriſto prædicante & miracula faciente, currebant ſimul Lex & Euangelium, quia iam myſterium Chriſti erat inchoatum, ſed nondum conſummatum; & propter hoc mandauit Chriſtus* Dominus *ante paßionem leproſo, vt legales ceremonias obſeruaret:* Hæc D. Thomas. *Hæc notanda ſunt ad multorũ Canonum declarationem, & conciliationem. Quod igitur ſummus Pontifex in d. c. cum eſſes. & in c. relatum.* 11. *ext. eodem; legem veteris Teſtamenti adduxerit, id factum eſt confirmandæ deciſionis ſuæ cauſa; alioqui ſi eandem legem tanquam diuinam adhuc vigere exiſtimaſſet, fruſtrà cenſuiſſet præter teſtes adhibendum eſſe presbyterum.*

β. Hic textus *loquitur de relictis ad piam cauſam, in qua ſufficiunt tres, vel duo teſtes, iuxta c. relatum.* 11. *ext. de teſtam. Vtrum idem obtineat in ditionibus* Imperij, *vide* Panorm. *&* Couarr. *ad d. c. relatum.* Iul. Clarum *in* §. *teſtamentum.*

tum. quæſt. 6. Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 1. & Iaſon. ad l. 1. num. 22. C. de ſacroſanct. Eccleſ.

γ. Non tamen neceſſe eſt, integram legitimam liberis relinqui, ſed ſufficit partem eius relinqui titulo inſtitutionis, vt deinde ad ſupplementum agatur. §. hac autem diſpoſuimus. Nouell 115. vt cum de appellat. cognoſc. l. omnimodo. 30. & l. ſcimus. 36. C. de inoffic. teſtam.

δ. Non dubium eſt, vtramque deductionem & legitimæ & Trebellianicæ locum habere in ditionibus Romanæ Eccleſiæ quoad vtramque iuriſdictionem ſubiectis. Sed quoad ditiones Imperij, res contentione non caret. de qua vide Iaſon. ad l. filium quem 24. num. 6. ff. erciſ. Caſtrenſ. ad l. iubemus. 6. num. 2. C. ad SC. Treb. & Couarr. ad c. Raynutius. §. 11. n. 10. ext. de teſtam. Textus verò hac de re ſunt in d. l. iubemus. in d. l. filium. in §. 1. in verſ. licebit in reliquam. Nouell. 18. de triente & ſemiſſe & in §. quamobrem. Nouell. 39. de reſtitutione & ea quæ parit.

ε. Vulgaris ſubſtitutio ita dicta eſt, quòd ea à quolibet & cuilibet fieri poſſit; quod & ipſa vox, vulgaris, indicat. Ideò à iure introducta eſt, ne facta caduca inſtitutione hæredis, vt quia inſtitutus adire hæreditatem non vult, aut non poteſt; teſtator contra voluntatem ſuam decedat inteſtatus. Nam deficiente inſtitutione locum habet ſubſtitutio, & totam teſtamenti cauſam ſuſtinet. Pupillaris ſubſtitutio ideò recepta eſt, vt pupillus,

qui

*qui ſibi ob defectum ætatis teſtamentum facere non poteſt, hæredem habeat in bonis ſuis, quem pater in teſtamentto ſuo ipſi nominauerit. l. 1. & l. 2. ff. de vulg. & pupill. & inſtit. eod. tit.*

# DE SVCCESSIONIBVS AB INTESTATO.

## TITVLVS XI.

*Quis dicatur inteſtatus.*

INteſtatus is dicitur, qui aut omnino teſtamentum non fecit, aut non iure fecit, aut id quod fecerat, ruptum irrtúumve factum eſt, aut nemo ex eo hæres extitit *a*.

*Qui ſuccedant inteſtato.*

Huius itaque bona primùm deferuntur liberis ſuis, id eſt, deſcendentibus, & his non extantibus, adſcendentibus, deinde collateralibus: vt tamen fratres & ſorores, ſi quos habet inteſtatus ex vtroque parente ſibi coniunctos, cum proximis gradu adſcendentibus concurrant *b*. Cæterùm his omnibus deficientibus ſuccedit vir vxori, & è cõtrà *c*, & poſtremò fiſcus *d*. Quod attinet ad bona allodialia. Nam in feudalibus alius ferè ſucceſſionis ordo eſt *e*.

a *inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. in princ.*

b *latè Nou. Inſt. de hæred. ab inteſt.*

c *l. vnica. C. vnde vir & vx. iunge ibidem auth. præterea & Nou. 53. & 117. vnde deſumpta eſt.*

d *l. 1. & l. 4. C. de bonis vacant. iuncta d. l. vnic.*

e *vt videre eſt in c. 1. de natura ſucceſſ. feudi. in c. 2. de ſucceſſ. feudi. & alibi in libris feudorum.*

*Clerico inteſtato qui ſuccedant.*

Et hæc quoad ſucceſſionem in bonis ſecularium. At clerico inteſtato ſuccedunt liberi, ſi quos ex legitimo matrimonio antè procreauit: deinde conſanguinei; & his deficientibus, Eccleſia ſiue altare, cui inſeruiuit *f*. Idque in bonis propriis ipſius clerici. Quæ enim proſpectu Eccleſiæ ad eum peruenerũt, non hæredibus eius deferuntur, ſed collegio clericorum; aut ſi ſeparatim extra collegium bona illa poſſidebat (vti Epiſcopus, Parochus & ſimiles) eius ſucceſſori *g*.

*f c. fi. 12. q. 5. ap. 1. & ibi DD. extr. de ſucceſſ. ab inteſt. §. ſi quis autem epiſ. Nouel. de eccleſ. titulis. facit 3. c. ſint manifeſta. 12. quæſt. 1.*

*g c. relatum 12. ex. de teſtam. c. fin. de off. ord. in 6. c. ſtatutum. 7. de elect. in Clement. & c. 2. eod. in extrauag. Ioannis XXII.*

*In Capitula, alioſq; qui Epiſcopi aut alterius defuncti bona occupant.*

Hinc illa Bonifacii VIII. cõſtitutio in Capitula, alioſque qui defuncti Prælati bona „ occupant: Quia, *inquit*, ſæpè contingit, quòd „ Cathedralibus & regularibus ac collegiatis Eccleſiis vacantibus, Capitula, Conuentus, „ Collegia & ſingulares earũdem perſonæ bo„ na à Prælatis ipſarum dimiſſa vel vacationis tempore obuenientia, quæ in vtilitatem di„ ctarum Eccleſiarum expendi, vel futuris de„ berent ſucceſſoribus fideliter reſeruari; oc„ cupant, inter ſe diuidunt, ſubripiunt, dilapidant, diſſipant & conſumunt, in earum gra„ ue diſpendium & iacturam; Nos ipſorum „ auſus reprimere, ac Eccleſiarum indemnitatibus

tibus præcauere volentes; Decernimus, vt "
hi, qui præmiſſa de cætero præſumpſerint, eo "
ipſo ſint & tamdiu maneant ab officio & be- "
neficiis quibuſcunque ſuſpenſi, donec plenè
reſtituerint quicquid de bonis perceperint "
ſupradictis; Non obſtantibus quibuſlibet "
priuilegiis vel indulgentiis, aut conſuetudi-
nibus, conſtitutionibus vel ſtatutis, iuramẽ- "
to, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, aut alia "
quacunque firmitate vallatis; quæ omnia "
quo ad hoc auctoritate Apoſtolica reuoca-
mus, caſſamus & irritamus; ac nullius deni-
ceps volumus eſſe firmitatis *h*.

*c. quia ſæpe. 40. de elect. lib. 6. adde c. quoniã quidam. diſt. dict. cum c. ſeq. 12. q. 2.*

h *tex. eſt in 75. c. illud.*

# DE SEPVLTVRIS ET CANONICA PORTIONE.

## TITVLVS XII.

HIc ſubſequenter de ſepulturis videamus, quæ pio & probato maiorũ more in Eccleſiis vel monaſteriis, aut eorum cœmiteriis excitari ſolent *a*.

a *c. 3. tex. h. 2. quibus titul. c. non æſtimemus. in fin. cap. cum grauia. 13. quæſt. locis & ratio redditur.*

*Sepulturæ electio cuilibet libera, exceptis impuberibus.*

Liberum eſt autem cuilibet, quo velit loco, ſepulturam ſibi deligere *b*; adeò vt &

b *c. in verbis, nullo no-*

men negamus. & c. cum ſuper 1.ext.eod.c. 2.§.fi. eod. in 6. c c.de vxore 7.ext.eod. in 6. d d.c.penult. adde §. vbi itaque.infra eod.

vxor inconſulto marito, & filius ſine aſſenſu patris ſui, hanc poteſtatem ſibi vendicent *c*. Niſi ſit filius impubes, cui propter defectum iudicij, pater ſepulturam elegit, ſi id ferat loci conſuetudo: alioqui ea ceſſante, in ſepulchro maiorum ſuorũ, vel in parochiali Eccleſia humandus eſt *d*.

*Item exceptis Religioſis.*

e textus eſt in c.fin.eod. in 6.

In Religioſis ſequimur præſcriptum Bonifacii VIII. quod ita habet; Religioſi niſi „ à propriis monaſteriis adeò forſitan ſint re„ moti, quòd ad ea cùm moriuntur, commo„ dè portari non poſſunt; nequeunt (cùm velle vel nolle non habeant) ſibi eligere ſepulturam; ſed ſunt apud ſua monaſteria tumulandi *e*.

f cap.2.§.fi. eod.in 6. g cap.3.ext. eod. adde Innocent. in c. text.eod. & l.in fundo Digeſtis de rei vind.

*Electio ſepulturæ etiam in loco minus religioſo permiſſa.*

Igitur in cæteris libera ſepulturæ electio eſt, etiam in loco minus religioſo *f*; modò id malitioſè non fiat: neq; enim malitiis indulgendum eſt *g*.

*Improbatur conuentio de ſepultura certo loco eligenda, vel electa non mutanda.*

Interdicitur verò Clericis & Religioſis, ne quem inducant ad eligendam apud ſe ſepulturam, vel ad eam ſemel electam non mutandam: ſecus electio etiam iuratò facta, nullius momenti eſt; inferrique iubetur defun-

functus eò loci, quò aliàs ceſſante electione inferendus erat. Et ſi fortè Clerici vel Religioſi eundem in ſepulturam ſuam receperint, conueniri poterunt non ſolùm ad reſtitutionem ſepulti corporis, omniumque eorum, quæ ratione ſepulturæ perceperunt; verumetiam ſi contumaces ſint in reſtituendo poſt decendium, Eccleſia & cœmiterium eorum interdicto Eccleſiaſtico ipſo iure ſubiicitur, quouſque reſtitutioni plenè ſatisfiat.

*h c. 1. eod. in 6. adde gloſ. ibidem. & c. 3. c. 5. c. 6. ext. eod. Quid autem ſit interdictum Eccleſ. vide infrà de ſent. excomm. §. interdictũ cum ſeq.*

### *Vbi ſepeliendus ſit qui ſepulturam ſibi non elegit.*

Vbi itaque defunctus ſepulturam ſibi liberè non elegit, ſepeliendus eſt in ſepulchro maiorum ſuorum: aut eo deficiente, in parochiali Eccleſia *i*: excepta vxore, quę defuncti mariti ſepulturam ſequitur *k*, & ſi fortè plures ea maritos habuerit, mariti poſtremò defuncti, cuius domicilium & honorem retinuit *l*. Idem quoque in marito retinendum eſſe indicat his verbis Hieronymus: Quos cõiunxit vnum coniugium, coniungat vnum ſepulchrum: quia vna caro ſunt, & quos Deus coniunxit, homo non ſeparet *m*.

*i c. 1. & ibi Innoc. c. 3. in verb. ſed in ſua parochiali. eod. in 6.*

*k cap. vnaquæque 13. quæſt. 2.*

*l c. 3. §. ſi eod. in 6.*

*m extat in c. 2. in fi. 13. quæſt. 2. ſed haud dubiè accipiendũ eſt, vbi ſepultura non eſt electa, iuxta ſuprà allegata.*

Ruri

*Ruri mortuus vbi ſepeliendus.*

De eo addubitari poſſet, quo loco ſepeliendus ſit, qui dum ruri animi gratia, vel re ruſtica occupabatur, nulla electa ſepultura ibi deceſſit? Et magis eſt, ſi abſque periculo inde exportari poſſit, eum ibidem non eſſe ſepeliendum, ſed remittendum ad ſepulturā parochialem, vel potius maiorum ſuorum *n*.

n capit.3. in princ. h. tit. in 6. cap. 1. auth. cod.

*Quibus ſepultura Eccleſiaſtica interdictum eſt.*

Et quamuis nemo ab Eccleſiaſtica ſepultura prohiberi debeat, iuxta illud Eccleſiaſtici: Mortuo non prohibeas gratiam, ſciens quoniam omnes moriemur *o*: occurrunt tamen nonnulli, quibus ſepultura Eccleſiaſtica iuſtè denegatur; imò planè interdicta eſt: Veluti ſunt, hæretici, eorumq́; receptatores & fautores *p*, in duello interfecti *q*, vel aliàs excommunicati *r*, quibus cùm viuentibus non communicamus, nec defunctis communicare debemus *s*. Adde Iudæos, paganos *t*, vſurarios manifeſtos *u*, raptores *x*, fures & latrones in flagranti crimine occiſos *y*, quive mortem ſibi conſciuerunt *z*, vel in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum non ſumpſerunt *a*, cæteroſque qui grauioribus peccatis obnoxij, ex hoc mundo impœnitentes diſceſſerunt *b*. Sed nec interdicti tempore quis ad ſepulturam Eccleſiaſticam admittendus eſt; neque is, qui nominatim interdicto

o extat in c. in Eccleſ. 13.q.2.
p c.2. de hæret. in 6.
q Conc. Tri. ſeſſ.25.c.19. de refor. adde c.1. extr. de torneamentis.
r c. ſacris 12. ext. hoc tit.
s d.c. ſacris.
t c. Eccleſiā. cum c. ſeq. de conſecr. diſt.1.
u c.3. ext. de vſur.
x iuxta c.3. ext. de rapt.

dicto multatus eſt *c*, vt infrà latiùs expli-cabitur ſub tit. de ſentent. excom. *y vide ca. 2. ext. de furt.*

*& c. penult. 13. quæſt 2. z c. placuit. 23. quæſt. 5.* a *c. omnes vtriuſque. ext. de pœnitent.* b *per tex. in c. quibus 13. quæſt. 2.* c *c. 1. hoc tit. in Clem. latiùs Hoſtienſ. in ſum. de ſepultur. Syluester in verbo, ſepultura.*

*Pœna recipientium interdictos Eccleſiaſtica ſepultura.*

Qui autem hæreticos, receptatores, fautoreſque eorum ſcienter præſumpſerint Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradere, ex conſtitutione Alexandri IV. excommunicatione notantur: à qua non antè abſoluuntur, quàm propriis manibus ſepultos publicè eruerint & proiecerint. Sed & locus ipſe perpetua ſepultura priuatur *d*. In eos quoque qui vel interdicti tempore, vel excommunicatos publicè, vel interdictos nominatim, vel vſurarios manifeſtos ſcienter in cœmiteriis ſepelire præſumpſerint; ex decreto Clementis V. in Concilio Viennenſi, excommunicatio ipſo facto conſtituta eſt; à qua neque antè liberantur, quàm arbitrio Diœceſani Epiſcopi, ſatisfactionem iniuriæ, iis, quibus hoc nomine irrogata eſt, competentem exhibuerint: nullo exemptionis vel quouis alio priuilegio, quauis etiam verborum forma concepto, illis ſuffragante *e*.

d *cap. 2. in prin. de hæret. leb. 6. dū tamen eorum oſſa diſcerni poſſint ab aliis iuxta d. c. ſacris.*

e *c. 1. eod. titulo in Clement. Hæc quæ dicuntur de nō ſepeliendis excommunicatis & interdictis, attemperāda ſunt iuxta extrauag. Martini V. quam vide in §. ſaue, infra de ſentent. excommun.*

Recon-

*Reconciliatis ſepultura Eccleſiaſtica reſtituitur, & ad refuſionem damni compelluntur hæredes ipſorum.*

Quæ certè exaudienda ſunt de iis, qui impœnitentes, non reconciliati Eccleſiæ, ex hac vita migrarunt. Cæterùm, ſi quis in extremis dum ageret, legitimè abſolutus fuerit; huic cœmiterium aliaq; Eccleſiæ ſuffragia minimè deneganda ſunt *f*. Cuius tamen hæredes & propinqui, ad quos bona eius peruenerunt, ad reſtitutionẽ damni à defuncto illati, conueniri & conſtringi poterunt *g*.

f cap. ſacris 12. c. fi. ext. hoc tit.

g d. c fin. & c. 5. ext. de raptorib.

*Caſu ſublato ſepultura non deneganda.*

In eo, quem caſus inopinatus oppreſſit vel ſuſtulit, hanc regulã ſequimur, vt cui cõmunicabamus viuenti, eidem quoq; defuncto communicemus *h*.

h c. ex parte 11. ext. eod. niſi tamen, cum in peccato diſceſſiſſe conſtiterit. gloſſa & Panor. ad d. cap. ex parte per tex. in cap. non æſtimemus. c. pro obeuntib. 13. q. 2. i c. abolenda. 13. ext. h. tit. c. quæſt. c. in Eccleſ. 13. quæſt. 2. c. non ſatis 8 c. ad Apoſtolicam. 42. ext. de ſimonia. k d. c. Apoſtolicam. gloſſ. ad d. c. abolenda.

*Pro ſepultura loco nihil exigendum eſt.*

Illud admonendi ſumus, à ſacris Canonibus omninò interdici, ne pro loco ſepulturę aut exequiis mortuorum aliquid exigatur; prætextu etiam conſuetudinis *i*: niſi conſuetudo pia & laudabilis aliud dictauerit *k*.

*De Canonica portione parochiali.*

Nemo autem prohibetur Eccleſiæ, cuius ſepulturam elegit, aliquid legare vel relin-

linquere *l*: ſalua tamen Eccleſiæ parochiali canonica ſua portione, quam hæc detrahit ex relicto, inſtar Falcidiæ: quæ quandoque quarta eſt; quandoque tertia, quandoque media, pro loci conſuetudine *m*.

*l c. qui oblationes cum c. ſeq. 13. q. 2. c. relatum ext de teſt. m de quarta eſt textus in c. cum ſuper. 8. ext. hoc titul. de tertia. in c. 1. ext. eod. de media. in c. 2. c. 9. ext. eod. de conſuetudine in d. c. 9.*

*In quibus legatis ceſſet portio canonica.*

Exceptis tamen legatis, pro ornamentis, pro fabrica, pro luminaribus; pro ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo, ſiue aliàs ad perpetuum cultum diuinum; relictis, in quibus ceſſat detractio canonicæ portionis *n*. Niſi in fraudem Eccleſiæ parochialis hæc legata relicta eſſent *o*, aut Fratribus Ordinum Minorum & Prædicatorum; qui & in his aliiſque relictis quartæ detractionem patiuntur *p*. Et hæc de canonica portione parochiali.

*n c. ſi. ext. de teſt. adde in hoſpitalariis, ex equis & armis ipſis relictis. c. in veſtra. 10. ext. de ſepultur. o d. c. ſi. p cap. 2. §. huiuſmodi. de ſepultur. in Clement.*

*De canonica portione Epiſcopali.*

Eſt & canonica portio Epiſcopalis, quæ ſcilicet Epiſcopo competit ex relictis alicui Eccleſiæ, pro cura quam ipſe in ſuam Diœceſim impendit *q*; quæ & quandoque quarta eſt, quandoque tertia, iuxta loci conſuetudinem *r*. Cuius vſus in diſſuetudinem abijſſe videtur *s*.

*q c. conquerente 16. in verb. mortuariorum ext. de offic. iud. ord. c. officij. 14. cum c. ſeq. ext. de teſt. r. c. requiſiſti 15. ext. de teſta. s & præſcriptione contraria tolli poſſe, probat c. quarta. ext. de præſcript.*

DE

# DE DELICTIS.

## TITVLVS XIII.

*Quid veniat nomine delicti?*

DElicti nomine non ſolùm venit admiſſum dolo malo, ſed & damnum culpa, licet leuiſſima, datum *a*; vt in lege Aquilia *b*; oritúrque delictum ex ipſa re, id eſt, maleficio *c*. Cogitatione verò ſola conceptum delictum, à iure non coërcetur *d*.

a *l.* 1. *& ibi gloſſ. C. ſi aduerſ. delict. c. ſi. ext. de iniuriis.* b §. *iniuria Inſt. de lege aquil. l. in leg.* 45 *.ff. ad leg. aquil.* c *l.* 4. *in princ. Digeſtis de oblig. & action.* d *l. cogitationis.* 18. *Digeſtis de pœnis. c. cogit. de pœnit. diſt.* 1.

*Diuiſio delictorum ciuilis.*

Delictorum ſiue criminum quædam publica ſunt; quædam priuata. Publicorum rurſus, quædam capitalia ſunt, quædam non capitalia. Verùm hæc diſtinctio magis eſt iuris Ciuilis *e*, & ad ius Canonicum non valdè pertinet.

e *vt videre eſt in l.* 1. *& l.* 2. *Digeſtis de publ. iudic. iuncto tit. ff. de priuat. delict.*

*Diuiſio delictorum Canonica.*

Ex ſententia verò iuris Canonici, delicta hoc modo commodè diſtinguuntur; quòd aut principaliter offendunt diuinam Maieſtatem, aut læſionem ſiue damnum proximo adferunt. Primi generis ſunt, ſimonia, hæreſis, ſchiſma, apoſtaſia, blaſphemia, ſortilegium. Poſterioris, homicidium, adul-

adulterium, ſtuprum, raptus, inceſtus, falſum, furtum, rapina, vſura, iniuria, damnum dolo vel culpa datum. De ſingulis ex ordine ac breuiter videamus.

# DE SIMOMIA.

## TITVLVS XIV.

*Simonia in quibus admittitur.*

SIMONIA E crimen admittitur circa res ſpirituales aut ſpiritualibus annexas; cùm ſcilicet ſacri Ordines, aliáve Sacramenta Eccleſiæ, conſecrationes eccleſiarum, vel altarium, ingreſſus Religionis, benedictiones nubentium, exequiæ & ſepulturæ mortuorum; item officia & beneficia Eccleſiaſtica, ſiue eorum collationes, electiones, præſentationes, inueſtituræ, poſſeſſiones, aut his ſimilia; data vel promiſſa, vel etiam ſolo animo deſtinata pecunia vel alia re; quæ æſtimationem recipit; adquiruntur. *a*

a *ca.* 1. *c. non ſatis.* 8. *c. cum in Eccleſiæ* 9. *& per totum extr. de ſimonia. cap.* 3. *& paßim* 1. *q.* 1. *cum* 5. *quæſtionibus ſeqq.*

*Conſuetudo an ſimoniam excuſet.*

Adeò quòd in his non excuſet conſuetudo contraria, cuiuſcumq; etiam temporis: cùm diuturnitas temporis non diminuat, ſed augeat potius peccatum. *b* Niſi forte con-

b *cap. fin.* 1. *quæſt.* 3. *d. ca. non ſatis. cum cap. ſeq.*

ſuetudo pia & laudabilis ſit, *c* quæ loco ſtipendii aliquid dandum cenſeat; ita quòd ea neque ſimoniæ, neque cupiditatis præ ſe ſpeciem ferat: cùm D. Paulus iubeat, etiam à ſpecie mala abſtinendum eſſe. *d*

c *c. ad Apoſtolicam. 42. extr. hoc tit.* d *1. ad Theſſal. c. vlt. D. Thomas in 2. 2 q. 100. art. 2. ad 4. adde ca. audiuimus 41. extr. hoc tit.*

*Decretum Concilii Trid. in ſtatuta & conſuetudines Eccleſiarum, ratione huius criminis, &c.*

Quò pertinet decretum Concilii Trid. „ In pluribus Eccleſiis, *inquit*, tam Cathedralibus quàm Collegiatis & Parochialibus, ex „ earum conſtitutionibus aut ex praua conſuetudine obſeruari intelligitur, vt in electione, prę ſentatione, nominatione, inſtitutione, cõfirmatione, collatione vel alia prouiſione „ ſeu admiſſione ad poſſeſsionem alicuius Cathedralis Eccleſiæ vel beneficii canonicatuũ „ aut præbendarum, vel partem prouentuum, „ ſeu ad diſtributiones quotidianas, certæ cõditiones ſeu deductiones ex fructibus, ſolutiones, promiſsiones, compenſationéſve illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus Eccleſiis dicuntur Turnorum lucra, interponantur: hæc „ cùm ſancta Synodus deteſtetur, mandat Epiſcopis, vt quæcumque huiuſmodi in vſus „ pios non conuertuntur, atque ingreſſus eos, „ qui ſimoniacæ labis, aut ſordidæ auaritiæ

ſuſpi-

ſuſpicionem habent, fieri non permittant; "
ipſique diligenter de eorũ conſtitutionibus "
ſiue cõſuetudinibus ſuper prædictis cogno- "
ſcant;& illis tantùm, quas vt laudabiles pro- "
bauerint, exceptis; reliquas vt prauas ac ſcã- "
daloſas reiiciant & aboleant. Eos verò qui "
hæc in præſenti decreto comprehenſa, qua- "
uis ratione commiſerint, pœnis contra ſimo- "
niacos editis, ſacris Canonibus & variis ſum- "
morum Pontificum conſtitutionibus, quas "
omnes innouat, teneri decernit: non obſtã- "
tibus quibuſcumq; ſtatutis, cõſtitutionibus, "
& conſuetudinibus etiã immemorabilibus, "
etiam Apoſtolica auctoritate confirmatis: de
quarum ſurreptione, obreptione & inten-
tionis defectu Epiſcopus, tamquam Apoſto-
licæ Sedis delegatus, cognoſcere poſsit. e

e. *text. eſt ſeſſ. 24. cap. 14. de reformat.*

*Caſus, quibus ceſſat ſimonia.*

Planè in re exigui momenti, qui recipientis animũ non peruertit aut allicit, ſimonia non committitur; dummodò ea non ex pacto, & non petenti offeratur; neq; compenſationis, ſed beneuolentiæ ergò detur. f Similiter ingredienti Religionem, dare vel offerre licet monaſterio quaſcumq; res, ſed purè, ſponte & plena liberalitate, abſq; conuentione vlla, g ſicut & illi, qui ius ſuum vitandæ vexationis cauſa ab aduerſario redimit.

 dimit.

f *c. et ſi quæſtiones. 18: ext. hoc tit. iuncto ca. ſicut Epiſcopum, 1. q. 2.* g *c. 1. hoc tit. in extrava. 3. commun.*

dimit. *h* Tametſi hîc aduerſarius accipiendo improbè agat; atque ob id condictione ob turpem cauſam teneatur ad reſtituendum quod accepit. *i*

*De pœnis in ſimoniacos.*

Simonia variis modis vindicatur per ſacros Canones. Qui enim ſimoniacè Ordinem ſuſcepit, non ſolùm ipſo iure ſuſpenſus eſt ab executione Ordinis ſui, *k* verùm etiam deponendus eſt, *l* niſi ignorauerit ſe ſimoniacè ordinatum, forte Epiſcopo à parentibus vel ab alio corrupto; qua ſpecie ordinatus ex benignitate Canonum ſuſtinetur. *m* Qui verò ad beneficium Eccleſiaſticum, vel ad monaſterium ſimoniacè electus, poſtulatus, confirmatus, vel aliter aſſumptus eſt; nullum ius ex eo aſſequitur, adeoq; ad reſtitutionem fructuum, ſi quos percepit, ſub periculo animæ obſtringitur. *n* In beneficio quoq; ſimoniacè collato ignoranti, eo iure vtimur; vt idem clericus poſt reſignationem à ſe factam, ad idem beneficium reſumi poſſit. *o* Monachus verò, ſi ignorans per ſimoniam in monaſterium receptus eſt, poſt abdicationem monaſterii à ſe factam, ad idem monaſterium reducitur, vel in alio eiuſdẽ ordinis collocatur: *p* ſin ſciens, ad arctius monaſterium transfertur; *q* Monialis verò hoc caſu monaſterio exturbatur, & ad agendam perpetuam pœni-

h *c. dilectus 28. ext. h. tit.*
i *l. 1. in fi. cũ l. ſeq. ff. de condict. ob turp. cauſ.*
k *c. 2. h. tit. in extr. com. 5. 5 ext. eo.* l. *c. ſi quis Epiſ. 8. c. ſtatuimus 107. cũ cap. ſeq. 1. qu. 1.*
m *c. de ſimoniac. 22. ext. h. tit. ſed diſpenſatiuè, vt ibi gl. per ca. præſentiũ. 1 qu. 5. &c.*
n *d. ca. 2. in extrau.*
o *ca. ex inſinuatiõe. 26. ext. eo. c. pen. ext. de elect.*
p *de regularib. 25. extr. hoc tit.*
q *d. ca. de regularibus.*

pœnitentiam in locum arctioris regulæ retruditur. r Eſt & pœna excommunicationis in ſimoniacos, eorumque procuratores & mediatores; cuius abſolutio Romano Pontifici reſeruata eſt. ſ

*r c.quoniam 40.extr.eodem.vbi & de recipientib. ſimoniacè.& d. c.de regularibus.*

*ſ d. c. 2. in extra. commun. Adde latius Nauarrum in Manuali cap. 23.de ſimonia.*

*Simonia mentalis nulla pœna punitur.*

Sanè, ſi ſimonia ſola mente concepta vel deſtinata eſt, nulla pœna à iure coërcetur; ne quidem reſignationis aut reſtitutionis: cùm cogitationis pœnam nemo patiatur, ſed ſufficit eam expiari per pœnitentiam coram Deo. *t* β

*t c.vlt. extr.eo. iuncto cap.cogitationis de pœnit.diſt.1.*

*Aliud decretum Concilii Tridentini.*

Vbi attexendum eſt, quod de Ordinatoribus aliiſque grauiter ſanxit Concilium Tridentinum: Quoniam, *inquiens*, ab Eccleſiaſtico Ordine omnis auaritiæ ſuſpicio abeſſe debet; nihil pro collatione quorumcumque Ordinum, etiam clericalis tonſuræ, nec pro literis dimiſſoriis aut teſtimonialibus, nec pro ſigillo, nec alia quacumque de cauſa, etiam ſpontè oblatum, Epiſcopi & alii Ordinum collatores, aut eorum miniſtri quouis prætextu accipiant. Notarii verò in iis tantùm locis, in quibus non viget lauda-

 bilis

bilis conſuetudo nihil accipiendi; pro ſingulis literis dimiſſoriis aut teſtimonialibus decimam tantùm vnius aurei partem accipere poſſint; dummodò eis nullum ſalarium ſit conſtitutum pro officio exercendo, nec Epiſcopo ex notarii commodis aliquod emolumentum ex eiſdem Ordinum collationibus directè vel indirectè prouenire poſsit; tunc enim gratis operam ſuam eos præſtare omninò teneri decernit: contrarias taxas ac ſtatuta & conſuetudines, etiam immemoriales, quorumcumque locorum, quæ potius abuſus & corruptelæ ſimoniacæ prauitati fauentes, nuncupari poſſunt, penitus caſſando & interdicendo: & qui ſecus fecerint, tam dantes quàm accipientes, vltra diuinam vltionem, pœnas à iure inflictas ipſo facto incurrant. *n*

n *Concil. Trident. ſeſſ. 21. cap. 1. de reformat.*

## Notatio in Tit. 14.

a *Intellige, ſi principaliter pretium ſiue eius æſtimatio interceſſerit. Nam conſtat in matrimonio, quod ſpirituale eſt, rectè interuenire dotem: cùm id fiat pro oneribus matrimonii ſuſtinendis. l. pro oneribus.* 20. C. *de iure dot.* Item *clericum propter diſtributiones quotidianas ire poſſe ad templum, dummodo id principaliter fiat propter* Deum; *etiamſi aliàs non eſſet iturus.* Latè Nauar. *in Manual.* c. 23. *n.* 101. *Item intellige textum noſtrũ quoad forum*

*exterius;*

*exterius; propter prohibitionem SS. Canonum, qui omnem pactionẽ, dationem, promiſsionem pro re ſpirituali aut ei annexa, interdicũt; ac proinde ſi cõtrà fiat, præſumunt id fieri in fraudem. Neque enim is, qui contra iura facit, cenſetur bonam fidem habere c. qui contra. de reg. iur. in 6. & l. 7. C. de agric. & cenſib. lib. 11. At ſecus eſt quoad forum interius, id eſt, conſcientiæ; in quo cùm ſtetur ſoli veritati. ca. tua nos. 26. ex. de ſponſal. ceſſat SS. Canonum præſumptio; vbi, ſcilicet quod datur vel promittitur, non pro re ſpirituali aut ei annexa fiat, ſed alio proſpectu ſiue intentione. Quia, vt inquit Auguſtinus, Deus cor interrogat, non manum. c. ſi quid. 14. q. 5. Et Alexander Papa. Nec tantùm, inquit, attendenda ſunt, quæ fiunt, quantum quo animo fiant. c. 1. circa fin. 15. q. 6. Et vulgata iuris ſententia eſt: voluntatem & propoſitum diſtinguere peccata. c. cum voluntate 54. extr. de ſent. excommun. l. qui iniuriæ. 55. ff. de furt. Facit pro hac explicatione text. in c. tua nos. 34. extr. hoc tit. vide Nauarr. d. c. 23. nu. 302.*

*β Ratio huius eſt, quòd Cogitationis pœnam nemo patitur, ca. cogitationes de pœnit. diſt. 1. ſcilicet, quo ad forum exterius. Confirmat D. Thom. in 2. 2. qu. 100. art. 6. ad 6. arg. vbi his verbis inquit: quòd quo ad Deum ſola voluntas facit Simoniacum, ſed quoad pœnam Eccleſiaſticam exteriorem, non punitur vt Simoniacus, vt abrenunciare teneatur, ſed debet de mala intentione pœnitere. Adde omninò quæ tradit Nauarr. ad ca. fin. hoc tit. in 2. tomo operum ſuorum.*

# DE HÆRETICIS, SCHISMATICIS ET APOSTATIS.

## TITVLVS XV.

a c. hæreſis. 24.q.3. & l.2.in C: de hæretic.

b c. qui in Eccleſia ead.q.3,

c tex in c.dixit ead.q.3.

d c ſchiſma.24.q.1.

e c.3.diſt.21 c.quoniam vetuſto 24.q.1. & l.inter claras. §.nos reddẽtes.C.de ſumma Trinit.Conc. Chalcedõ. in epiſt.ad Leonem. & act.1.f c.inter hæreſin, 24.q.3.

HÆretici denominationem ſuam trahũt ab hæreſi, hoc eſt, ab electione, quòd ſibi eligant doctrinam ſingularem & alienam à ſenſu Catholicæ Eccleſiæ *a*; eamque pertinaciter defendant *b*. Nam, *vt diſertè inquit Auguſtinus*, qui ſententiam ſuam, quamuis falſã atque peruerſam, nulla pertinaci animoſitate defendunt; præſertim, quam nõ audacia ſuæ præſumptionis pepererunt, ſed à ſeductis atque in errorem lapſis parentibus acceperũt; quærũt autem cauta ſolicitudine veritatem, corrigi parati cùm inuenerint; nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi *c*.

*Schiſmatici vnde dicti, & qui ſint.*

Schiſmatici verò à ſchiſmate, id eſt, à ſciſſura dicuntur *d*, quòd ab vnitate Eccleſiæ Catholicæ, quæ eſt in Romano Pontifice tanquam in capite *e*, ſe præſcindant. Quod quidem in principio, aliqua ex parte, *ait Hieronymus*, intelligi poteſt. Cæterùm nullum ſchiſma non aliquam ſibi confingit hæreſin, vt rectè ab Eccleſia receſſiſſe videatur *f*.

De

*De pœnis hæreticorum & ſchiſmaticorum.*

In hæreticos pœna à iure ſtatuta eſt, excommunicatio & bonorum confiſcatio *g*; ita tamen vt confiſcationis executio non antè fiat, quàm per ſententiam iudicis Eccleſiaſtici de hæreſi condemnati ſint *h*. Item ex conſtitutione Friderici Imperat. hæretici perpetua notãtur infamia, diffidantur atque banniuntur *i*. α In clericos (quorum tamen bona fiſco ſæculari non inferuntur, ſed Eccleſiæ, à qua ſtipẽdium receperunt, applicãtur *k*.) hoc amplius eſt; quòd beneficiis & Ordinibus Eccleſiaſticis exauctorati, relinquantur iudici ſæculari debita animaduerſione puniendi *l*. In ſchiſmaticos itidem excommunicatio ſtatuta eſt *m*; & ordinationes, beneficiorum collationes, & rerum eccleſiaſticarum alienationes ab iis factæ, irritæ ſunt *n*. β

g *c. ad abolendam. 9. cum c. ſeq. c. excommunicamus 13. & 15. ext. de hæret. c. cum ſecun. eod. tit. in 6. adde Auth. Gazaros. C. eod. tit. & Bullam cœnæ Domini. in princ.*
h *d. c. cum ſecund.* i *d. auth. Gazaros.* k *d. c. excommunicamus. 13. §. 1.* l *d. c. ad abolendam. & d. §. 1.*
m *Bulla cœnæ Domini. in princip. quæ extat apud Nauarr. in Manuali cap. 27. c. de Liguribus. 23. quæſt. 5.* n *c. 1. & c. 2. ext. de ſchiſmat.*

*De Apoſtatis.*

Apoſtatæ ſunt, qui deſerunt ſuſceptam à ſe Chriſtianam fidem, vel monaſti-

cam Religionem, vel ſacrum Ordinem; *o* varieque coercentur. Nam primi illi publicatione bonorum mulctantur, non extantibus propinquis; *p* neque teſtandi vel teſtimonii dicendi, vel ſuccedendi ius habent. *q* Et qui alteri huius apoſtaſiæ amplectendæ auctor eſt, in pœnam capitis incidit. *r* Secundi verò, ab accuſando & à teſtimonio ferendo reiiciuntur, ipſoque iure infames ſunt. *ſ* Item carceribus mancipantur, donec deſertum Religionis habitũ reſumpſerint. *t* Tertii, in criminibus comprehenſi amittunt priuilegium clericis indultum, *u* vtum aliter caſtigantur. *x* Eſt & quartum genus apoſtatarum; eorum, ſcilicet, qui Superioris præceptum tranſgrediuntur: *y* ſed hi ad propoſitum argumentum non pertinent.

o *Tit. decretal. & Cod. de apoſtatis.* p *l.* 1. *l.* 3. l. 4. *vbi & latius C. d. tit.* q *l.* 3. *C. eod. c. non poteſt* 2. *qu.* 7. r *l* 5. *C. eod.* ſ *c. alieni.* 2. *q.* 7. *c. beatus. c. ſi quis* 3. *q.* 4. t *c. penult. extr. de apoſt.* u *c.* 1. *extr. eod. iunge c.* 15. *&* 45. *extra. de ſent. excomm.* x *cap.* 11. 12 *&* 13. *cauſa* 11. *q.* 3. y *c. ſi quis. & c. illud. ext. de maior. & obed. vide gloſſ. & Panorm. ad dict. c.* 1. *de apoſtat. & D. Thomam* 2. 2. *quæſt.* 12.

## Notatio ad Tit. 15.

*a Banniuntur illi qui proſcribuntur, id eſt, à Repub. eiiciuntur; aſsimilanturq́ue excommunicatis. Bald. ad l* 1. *nu.* 10. *cum ſeqq. Cod. de hæred. inſtit.*
*b Diffidũtur, quibus denegatur, vel ſubtrahitur fides, quibusq́ue indictum eſt bellũ, & quos eo indicto quomodocumq́ue*

modecumq; per inſidias aut aperto Marte opprimere licet, non minus, quàm hoſtes, aduerſus quos id ipſum permittitur. c. Dominus. 23. q. 2. Ita exponit diſſidatos, per Greg. Tholoſan. in iuris Can. part. tit. lib. 4. c. 13. in gloſſ. c. Putat autem Pan. ad c. 9. nu. 12. ext. hoc tit. ſecutus Hoſtienſem, & Ioann. Andr. hæreticos igne puniendos eſſe, id eſt, cremandos, ex illo loco Ioan. 15. cap. Si quis in me non manſerit, & c. quod & comprobat conſuetudo, teſte ibid. Pan. Huius conſuetudinis meminit & Iul. Clar. in §. hæreſis. verſ. ſed quæro.

β Intellige, Ordinationes à Schiſmaticis factas eſſe irritas, quoad executionem Ordinum. nam ipſi Ordines per ſe ſubſiſtunt. c. 2. ext. de Schiſmat. Vide latius D. Thomam in 2. 2. q. 39. art. 3.

γ Hoc accipiendum eſt de priuilegio can. ſi quis ſuadente. extat in c. ſi quis ſuadente. 17. qu. 4. quod clericus in criminibus comprehenſus amittit, ita quòd eum comprehendentes non incidant in eiuſdem canonis excommunicationem: adhibita tamen moderatione c. ſi iudex laicus. 12. de ſent. excom. lib. 6. Non autem amittit priuilegium fori. Panorm. ad d. ca. 1. nu 6. Quam ſententiam poſt alios à ſe relatos ſequitur Did. Couarr. pract. q. c. 32. n. 2. verſ. tertio bis erit; licet cum quadam limitatione, vt ipſe putat, ſed abſque auctoritate iuris. De extrauag. Leonis X. vide infrà tit. 22. in notat.

DE

# DE SORTILEGIS, BLASPHEMIS ET SACRILEGIS.

## TITVLVS XVI.

*Sortilegi qui?*

SOrtilegi dicuntur, qui id quod occultum eſt, euentu alicuius rei expiſcantur: veluti ſunt, exempli gratiâ, qui ad deprehendendũ furem, vel ad præcognoſcendum id quod furtum ſuſpicantur, codìcem, tabulam, aſtrolabium vel aliud quid mouẽt aut inſpiciũt. *a* Hæc enim, cùm non ſine dæmonis conſpiratione, aut tacita eius imploratione exerceri ſoleant, rectè improbantur à ſacris Canonibus: iuxta illud D. Pauli; Nolo autem vos ſocios fieri dæmoniorum. *b*

a *c.1 c.2.extr.de ſortilegiis.c.vnico* 26.*q*.1. b 1.*ad Cor*.10 *cap*.

*Sors nihil in ſe mali continet; & quando licitè exercetur.*

Alioqui ſors nihil mali in ſe continet, *c* adeoque ea vti licebit, ſi neceſſitas cogat., *d* *e* aut cùm dubium factum inter partes, ſortitione dirimi placet. *f*

c *c*.1 26.*q* 2. d *de Matthia in actis Apoſtolic*.1. *de Ionata* 1.*Reg*.14 *c*. e *c.non exemplo* 26.*qu*.2. f *l.ſi quæ*.5. *ff.fami.erciſ.l.ſeq cũ ambo*.14.*ff.de iud.l*.3.*C.com.de leg*.

De

*De pœna ſorte abutentium.*

Illis igitur, qui ſorte abutuntur, communione Eccleſiæ interdicitur; ſicut & ariolis, aruſpicibus, aliiſque incantatoribus *g*. Sed & iure ciuili in eos animaduertitur *h*.

*Blaſphemi qui, & quomodo coërceantur.*

Blaſphemi ſunt, qui in Deum vel Sanctos conuitium vel maledictum euomunt *i*. Et hi ex præſcripto iuris Canonici ſolemni pœnitentia & pœna pecuniaria coërcentur *k*: à iure ciuili, vltimo ſupplicio, ſi in Deum blaſphemia admiſſa ſit, plectuntur *l*.

*Verùm hæ pœnæ quandoque immutantur, vt apud Did. Couarr. ad c. quamuis, de pact. in 6. 1. part. §. 7. n. 11. cum ſeqq.*

*Sacrilegi qui, & de eorum animaduerſione.*

Sacrilegi ſunt, qui rem ſacram è loco ſacro, vel non ſacram de loco ſacro, vel ſacram de loco non ſacro, dolo, auferunt *m*; latiùs hoc iure, quàm Ciuili, quo, in re non ſacra, quamuis è loco ſacro, ſacrilegium non admittitur, ſed furtum *n*: vtroque tamen iure, ſi qua iniuria loco diuino vel perſonæ Eccleſiaſticæ illata eſt, ſacrilegij nomine notatur *o*.

*De pœna ſacrilegorum.*

Pœna in ſacrilegos nunc aſperior, nunc mitior ſtatuitur, pro ratione perſonæ, rei, & temporis; adeoque arbitraria eſt *p*.

*g c. 1. & paſſim. 26. q. 5. vbi latius.*

*h vt videre eſt tit. C. de maleſ. & mathem.*

*i Apoc. cap. 13. c. 2. ext. de maledicis.*

*k d. c. 2.*

*l vide Nouell. vt non luxurientur homines.*

*m c. quiſquis. §. ſimiliter. 17. q. 4.*

*n l. diui. Dig. ad leg. Iul. pecul.*

*o d. c. quiſquis. c. ſi quis ſuadente d. q. 4. l. ſi quis 10. C. de Epiſc. & cler.*

*p iuxta l. ſacrilegij. Dig. ad leg. Iul. pecul. d. c. quiſquis. cũ capitibus ſeqq. tum alib.*

## Notatio in Tit. 16.

*a Libet hîc Bedæ locum integrum ſubiicere, ex quo textus noſter deſumptus eſt. Non exemplo Matthiæ, vel quod Ionas Propheta ſorte deprehenſus ſit, indifferenter ſortibus eſt credendum: cùm priuilegia ſingulorum (vt Hieronymus ait) communem legem facere omnino non poſſint. Et infrà: Si qui tamen neceſſitate aliqua compulſi Deum putant ſortibus exemplo Apoſtolorum eſſe conſulendum, videant hoc ipſos Apoſtolos non niſi collecto fratrum cœtu & precibus ad Deum fuſis egiſſe. Adde & illos meritò damnari, qui ex obſeruatione diei, menſis, aut anni fauſtum vel infauſtum quid exiſtimant. cap. fin. 26. q. 7. c. non liceat. & ibi gloſſ. ead. q. 5.*

# DE HOMICIDIO VOLVNTARIO ET CASVALI.

## TITVLVS XVII.

*Homicidij nomine quæ contineantur.*

HOMICIDII nomine apud SS. Canones, non tantùm venit hominis interemptio; ſed & odium, detractio, perſuaſio mala, omniſque motus iniquus ad nocendũ alteri. *a* Verùm nos de eo agimus, quod ad hominis internecionem pertinet. *b*

a *c. homicidiorum cum 4. cc. ſeqq. de pœn. diſt 1.*

b *ita enim accipitur ſub titul. decretal. de homicidio. & paſſim tit. Digeſt. & C. ad leg. Cornel. de ſicar.*

Duplex

*Duplex homicidii genus, voluntarium, & caſuale: & de pœna voluntarii,*

Et hoc, ſi animo occidendi & dolo malo admittatur, voluntarium dicitur. Sin caſu, id eſt, præter opinionem occidentis, caſuale ſiue fortuitum; *c* illud per Ius Ciuile capitali pœna vindicatur; *d* per Ius Canonicum excommunicatione coërcetur per iudicem; *e* tum etiam depoſitione ab Ordine quocumque, ſi clericus ſit. *f* Addimus, *dolo malo*, vt excludamus militem, iudicem eiuſque miniſtrum; quorum ille hoſtẽ, hi nocentem impunè occidunt; *g* licet non ſine irregularitatis nota. *h* Item vt excludamus eum, qui defendendi ſui cauſa aggreſſorem ſuum interficit: *i* cùm vim vi repellere omnes leges omniaque iura permittant. *k*

c *l. 1. iuncta l. in lege 7. ff. d. tit. & paßim extr. hoc tit.*

d *l. 3. §. legis Corneliæ iuncta l. penult. Digeſt. ad leg. Cornel. de ſica, §. item lex Cornelia Inſt. de publ. iud.*

e *c. itaque 24. q. 3. ca. ſi quis membrorum. 23. q. 8.*

f *iuxta diſpoſitionem text. in ca. cum non ab homine. 10. extr. de iudic. in c. tua. 6. extr. de pœnit.*

g *c. miles cum cc. ſeqq. 23. q. 5.*

h *c. ſi quis viduam. diſt. 50 c. penult. extr. de homic. ca. 5. c. 9. extr. ne cleric. vel monach. Vide D. Thomam in 2. 2. q. 40. art. 2.*

i *Clem. vnica. de homicidio. adde omnino Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. de reform.*

k *c. ſignificaſti 18. circa fin. extr. hoc tit. c. 3. §. ſi verò. extr. de ſent. excom. l. 3. Digeſt. de iuſt. & iure l. 1. §. vim. Digeſt. de vi & vi arma.*

*Homi-*

*Homicidium caſuale extra noxam eſt, niſi, &c.*

Caſuale ſiue fortuitum homicidium; quia fato quodammodo imputatur, extra noxam eſt *l*; niſi fortè culpa caſum præceſſerit: hac enim ſpecie homicidium à iure Ciuili punitur, ſed mitiùs *m*; & à SS. Canonibus irregularitate notatur *n*: ſicut & ſi dum rei illicitæ opera dabatur, caſus inciderit *o*.

l *c. latro. 9. ext. de hom. l. 1. C. ad leg. Cor. de ſica. l. in lege ff. eod. tit. c. frater. diſt. 50.* m *l. 1. § ſed ſi. l. 4. § 1. ff. eod. tit. l. ſi putator. 31. ff. ad leg. Aquil.* n *c. 8. c. 12. ext. de homicid. c. hi qui diſt. 50.* o *d. c. 8. c. 10. c. penul. & vlt. ext. de homiciedio. quæ videto.*

*De homicidio à furioſo, & ſimilibus perpetrato.*

Caſuali ſimile eſt homicidium admiſſum à furioſo, infante vel dormiente. Nam & huius nulla ratio ducitur *p*.

p *d. clem. vnica. h. tit l. infans. 12. ff. ad leg. Cor. de ſicar.*

*De infante in lecto reperto mortuo.*

Illud verò de parentibus, apud quos infans in lecto repertus eſt mortuus, reſcriptũ eſt ab Alexandro III. vt ſi parentes non lateat, eum à ſe oppreſſum vel ſuffocatum eſſe; grauiter in hoc ſe deliquiſſe agnoſcant, & ad trium annorum pœnitentiam reuocentur: quorum vnum in pane & aqua tranſigant. Sin incertum; pœnitentiam arbitrio imponentis ſubeant *q*. Cùm in eo peccaſſe intelligantur parentes, quòd infantem in communem lectum recipiendo, periculo oppreſſionis vel ſuffocationis expoſuerint *r*.

q *vide c. fi. ext. de his qui filios occid. & ibidem gloſſam & alios.*
r *c. conſuluiſti. 1. q. 5.*

DE

# DE ADVLTERIIS, STVPRO, RAPTV, ET INCESTV.

## TITVLVS XVIII.

*De adulterio, & quæ eius pœna.*

ADulterium eſt alieni tori violatio *a:* & propriè in nuptam committitur de iure Ciuili *b:* ex ſententia SS. Canonum: etiam in ſolutam mulierem à coniugato *c;* cùm hoc iure eadem in marito, quæ in vxore caſtimonia requiratur *d.* Adulter ex præſcripto iuris Ciuilis, vbi criminaliter actum eſt, gladio plectitur *e:* adultera verò verberibus affecta, in monaſterium detruditur, poteſtate interim marito relicta eam intra biennium repetendi *f.* At vbi ciuiliter, hoc eſt, ad ſeparationem tori actum eſt; ſeparatione facta, dos & donatio propter nuptias innocenti coniugi applicantur *g.* Quamuis hoc iudicium non planè Ciuile ſit, ſed mixtum, id eſt, criminaliter & ciuiliter exerceatur *h.*

*a ita Grat. in §. cum ergo. verſ. adulterium verò eſt 36. q. 1.*
*b l. inter 6. §. lex Iul. ff. ad leg. Iul. de adult. l. fugitiuus. 225. ff. de verb. ſig.*
*c c. 19. & c. fi. 32. q. 5.*
*d cap. nemo blandiatur. 32. q. 4. cap. apud nos d. q. 5.*
*e l. quamuis 30. in fin. C. ad leg. Iul. de adult. §. item lex Iulia de adult. Inſtit. de publ. iud. adde Cuiacium obſer. lib. 20. c. 18.*
*f §. ſi quando Nouell. Vt nulli ind. auth. ſed hodie. C. ad l. Iul. de adult. Idem receptum videtur à iure Canonico, in c. gaudemus. 19. ext. de conuerſ. coniug. Et dos hoc caſu diuidetur, prout in d. §. ſi quando.*
*g d. quia verò plurimas Nouell. 117. Vt liceat matri & auiæ c. plerumque ext. de dona. inter vir. c. 1. ext. vt lite non conteſt.*
*h c. ext. 5. de procurat.*

*Maritus, adultera vxore, ingredi poteſt monaſterium.*

Quo fit, vt maritus, adultera vxore, monaſterium ipſe ingredi poſſit, cùm à iure ſoluendi debitum coniugale vxori adulteræ ſolutus ſit *i*.

*Caſus, quibus propter adulterium non fit ſeparatio.*

Vbi tamen vterque coniunx adulterium ſiue fornicationem admiſit, agi non poteſt ad ſeparationem tori, ſed mutua compenſatione delicta tolluntur *k*. Idem eſt, vbi alter alteri adulterij committendi auctor fuit, aut factum probauit *l*. Cur enim, *inquit ſcitè Scæuola*, ,, improbet maritus mores vxoris, quos ,, ipſe aut ante corrupit, aut poſtea probauit ,, *m*? Et cùm adulterium ſiue dolo malo non admittatur *n*, conſequens eſt, nec eam ab vſu tori ſubmoueri poſſe, quæ vel falſò credens maritum mortuum, alteri nupſit *o*: vel errore lapſa, alteri tanquam marito ſuo commiſcuit *p*.

*De pœna in clericos adulteros.*

Atque hæc in laicos ſtatuta ſunt. Clerici verò propter adulterium admiſſum à ſe, deponuntur à iudice Eccleſiaſtico; niſi peracta pœnitentia cum iis diſpenſet Epiſcopus *q*.

*i c. conſtitutus. 15. ext. de conuerſ. coniug.*
*k c. pen. & vlt. ext. de adulter. & 32. q. 6. per totam. l. [illegible] 40. Dig. ſol. matr.*
*l c. diſcretionem. 6. extr. de eo qui cognouit coſang. l. cum mulier. 49. Dig. ſol. matrim. [illegible] 13. § [illegible] Dig. ad leg. Iul. de adult.*
*m d. l. cum mulier.*
*n l. pen. Dig. ad l. Iuliam de adulter.*
*o cap. 1. 34. q. 1. c. 2. ext. de ſec. nup. p c. in lectum. ead. quæſt. 1. iuncta l. igitur 22. verſ. & generaliter. Digeſt. de liberal. cap. q c. cum non ab homine. 10. iuncto c. at ſi Clerici. 4. § fi. ext. de iud.*

De

*De ſtupro & eius pœna.*

Stuprum committitur, ſi quis ſine vi, virgini vel viduæ honeſtè viuenti vitium intulerit *r*. Eiuſque pœna eſt ex iure ciuili in perſonis honeſtis, publicatio dimidiæ partis bonorum: in humilibus, coërcitio corporis cum relegatione *s*. Nonnunquam grauius vindicatur pro perſonarum & delicti qualitate *t*. Ex præſcripto verò SS. Canonũ, compellitur is, qui ſtuprum virgini intulit, eandem dotare & in vxorẽ ducere: niſi pater virginis nolit eã duci; qua ſpecie dotaſſe eam ſufficit. Sin ipſe ſtuprator nolit eam in vxorem recipere; tunc hic corporaliter caſtigatus, & excommunicatus in monaſteriũ ad agendam pœnitentiam detruditur *u*.

*r l. inter 6. §. ſtuprũ. Digeſtis ad l. Iul. de adul. §. item lex iul. de adul. Inſt. de pub. iud.*

*s d. §. item lex Iul. de adult.*

*t vt in d. §. item lex Iulia. verſ. ſed & eos, in l. 1. §. ſi Digeſt. de extra ord. crean. l. vnica C. de mulie. quam qui nondum.*

*v ſe propr. ſeruis in leg. ſi quis aliquid. c. 1. c. 2. ext 38. §. Digeſt. de pœnis in l. vnico. C. ſi quis eam. u de adult.*

*De pœna ſtupri ſacrarum Virginum.*

In eos verò, qui ſacris virginibus ſtuprũ intulerunt, hæc pœna conſtituta eſt à ſexta Synodo: Si quis, *inquit*, Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, aut Subdiaconus, aut Lector, aut Pſalmiſta, aut Oſtiarius, cum muliere ſanctificata Deo, mœchatus fuerit, deponatur, quia ſponſam Chriſti corrupit: Si verò laicus, excommunicetur *x*. Amplius ex Iuſtiniani conſtitutione, res eius monaſterio applicãtur, aliaq; pœna hoc ſcelus coërcetur *y*.

*x extat in c. ſi quis Epiſcopus. 27. q. 1. adde c. cum non ab homine ext. de iud. & c. 5. ead. quæ. 1.*

*y Nouel. 123. §. penult. cap. ſi quis rapuerit. 27. q. 1. De fornicatione cũ filia ſpirituali vide c. penult. & vltim. 30. quæſt. 1.*

*De raptu, eiuſq́ue pœna.*

Raptus eſt, ſi honeſta virgo, vidua, vel etiam vxor alterius abducitur, licèt non inuita; præcipuè verò, ſi Deo dicata ſit virgo vel vidua. Pœna eius eſt in raptorem & ipſius comites, vltimum ſupplicium & bonorum ademptio, quæ raptæ mulieri ingenuæ, vel aliis, iuxta ordinem iuris ciuilis applicantur *z*. Item interdictio matrimonij inter raptorem & raptam ex Iuſtiniani conſtitutione *a*. Quod tamen iure Decretalium immutatum eſt *b*: dummodò rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto conſtituta, liberè cum raptore contrahat: alioqui quamdiu in poteſtate raptoris eſt, nullum inter eos conſiſtere poteſt matrimonium *c*: aliiſque pœnis hoc crimen perſequitur Concilium Tridentinum, quas ſupra retulimus *d*.

z *l. vnica. C. de rapt. virg. & Nouell. 123. de raptis mulieribus, vbi de his latius adde & d. Nouel. 123. §. penult. & c. ſi quis rapuerit 27. quæſt. 1.*

a *d. l. vnica & d. Nouell.* b *c. ſi ext. de raptoribus. & c. penult. ext. eod. tit.* c *hoc additum eſt ad d. c. fin. à Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. matr. adde & c. puellis. 36. q. 2.* d *lib. 2. tit. de homicidis, adulteris §. fin.*

*De inceſtu.*

Inceſtus committitur per concubitum cum conſanguinea vel affine *e*; non tamen quauis, ſed cum qua interdictæ ſunt nuptiæ *f*. Vnde & nuptię inter hos de facto contractæ, inceſtæ appellantur *g*. Sed & virginum Deo conſecratarum non ſolùm inceſta, ſed & ſacrilega coniunctio eſt *h*.

e *c. de inceſtis. 35. q. 2. l. fin. ff. de ritu nupt.*

f *Couarr in 4. lib. decr. in 2. parte.*

De

*cap.6.§.8.iunge quæ diximus ſuprà de cognatis & affinib.* g *Nouell.de inceſt.nup. in princ. l.fi. C. de inceſt. & inut. c. nec eam. 35. q. 2.* h *c. virginib.c.ſi quis ſacro.17.q.1.*

*De pœna inceſtus.*

Porrò inceſtûs pœna eadem eſt, quæ adulterij *i*: inceſtarum verò nuptiarum, exilium & bonorum publicatio; ſi tamen liberi ex alio matrimonio legitimi non ſuperſint: prætereà in vilibus perſonis additur corporis coërcitio *k*. In eum verò, qui virginem Deo conſecratam iungendi matrimonij cauſa vel ſaltem attentauerit; capitalis pœna conſtituta eſt *l*. Et hæc iuris ciuilis ſunt. A iure Canonum inceſtuoſis fidelium communione & matrimonio etiam cum alia interdicitur *m*; licèt contractum cum alia permittatur: cùm non ſit impedimentum dirimens, ſed tantùm impediens matrimonium *n*.

i *l. ſi adulterium cum inceſtu. 38. in princ. ff. ad leg.Iul. de adulter. Couar.d.loc.* k *vide Nou. 12.de inceſt. nupt.l.4.C. de inceſt. & inut.nupt. & omnino Conar.d.loc.* l *l.ſi quis non dicam 5. C. de Epiſc.& Cleric.adde & Nouel.123.§. penul.* m *c.fin. 35. q. 8. c. quædã,cũ aliquot cc.ſeqq. 32.q.7 6.c.8.c.9.c.10.34.q.1.c.1.c.2,c.4. c.8.ext.de eo qui cogno.conſang.* n *c. tranſmiſſæ.4. ext. d.tit. de eo qui. Adde Nauarr.in Manual.c.22, num.74.cum ſeq. & ſuprà tit. de imped.non dirimentibus.*

## Notatio in Tit. 18.

a. *Et ſi in hac re pares ſint maritus & vxor, vt propter alterius adulterium ſiue fornicationem alter agere poßit ad ſeparationem tori: tamen in hoc diſtant quò ad lucrum dotis, & do-*

*nationis propter nuptias : quòd vxor ob ſolum adulterium dotem amittat : maritus verò non antè, quàm ſi frequenter cum alia muliere egerit, & bis monitus non reſipuerit. Ita enim colligitur ex Nouell. 117. ne liceat matri & auiæ. §. cau. verſ. ſi quis in ſua domo. Et de hac materia vide latius Didac. Couarr. de matrim. part. 2. cap. 7. §. 5. & 6.*

*8. Sed an occidere licet marito vxorem ſuam in adulterio deprehenſam? Minimè, quamuis ipſum adulterum, ſi vilis perſona ſit, impunè occidat domi ſuæ in adulterio repertum. l. marito. 24. ff. ad leg. Iulia. de adulter. & l. Gracchus. C. eodem titul. Item & iure Nouell. licet marito occidere quemcunque adulterum in ſuſpecto loco cum vxore colloquentem; dummodò prius eum ter in ſcriptis admonuerit, vt videre eſt in §. his quoque. Nouell. 117. vt liceat matri & auiæ. in authent. ſi quis, C. ad l. Iulia. de adulter. Sed hæc ex conceſſione iuris Ciuilis; quo etiam permiſſum eſt patri adulterum quemcunque cum filia, etiam in domo mariti, in eodem delicto inuentum occidere. modò & ipſam filiam ſimul vel in continenti occidat, eáque in ipſius poteſtate ſit, non ſui iuris. l. patri 20. cum 3. ll. ſeqq. ff. iam d. titul. At de iure Canonico hæc nullatenus permittuntur marito & patri. per text. in cap. inter hæc admonere. in verſ. nam ſi verum. & c. ſi quod verius. 33. quæſt. 2. latius Couarr. cap. 7. §. 7. num. 15. de matrim. p. 2.*

*Is verò qui eam ducere prohibetur, vtpote aliàs vxoratus, aut ſacro Ordine inſignitus; nihilominus ad dotandum eam tenetur. Nam licèt hic à matrimonio contrahendo liberatus ſit, non à dote danda vel conſtituenda; cùm vtrumque ſit in obligatione, arg. l. Celſus. 28. §. 1. ff. de recept. arb. Panormit. & Henricus Bœch. ad c. 1. & c. 2. ext. de adulter. vbi latiùs eos vide.*

# DE CRIMINE FALSI.

## TITVLVS XIX.

### *Quid ſit falſum.*

FAlſum nihil aliud eſt, authore Iuſtiniano *a*, quàm veri imitatio, ſiue magis immutatio. In crimen verò & coërcitionem falſum incidit, ſi dolo malo admittatur *b*. Vnde qui falſum dicit, quod putat verum, falſi crimine non obſtringitur; cùm non tam fallat, quàm fallatur ipſe *c*.

a *Nouel. 73. de inſtrum. cau. in prin.*
b *l. nec exemplum. 20. C. ad leg. Cor. de falſ.*
c *c. homines cũ c. ſeq. 22. quæſt. 2.*

### *Quibus modis falſum incurratur.*

Variis modis crimen falſi incurritur, ſicut multis exemplis comprobant Iuris vtriuſque tituli *d*; quæ facilioris doctrinæ cauſa ad hæc quatuor capita reuocari poſſunt: Aut enim falſum admittitur dicto, aut

d *in Decret. de crim. falſi in Dig. & C. ad leg. Cor. de falſ.*

aut ſcripto, aut facto, aut vſu. Dicto; vt in teſte, qui falſum dicit, aut verum ſupprimit *e*. Vterque reus eſt, *inquit textus*, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat *f*. Scriptura: ſi quis teſtamentum, vel aliud inſtrumentum falſum ſcribat, ſignet, recitet, celet, ſubiiciat *g*. Item ſi in teſtamento quid ſibi abſcribat *h*. Facto; ſi quis falſam monetā percutiat *i*; ſi in aurum quid vitii addat; ſi argenteos nummos adulterinos conflet *k*; ſi pondera aut menſuras publicè probatas, corrumpat *l*; ſi ſignum adulterinum faciat, ſculpat, exprimat *m*; ſi duobus eandem rem in ſolidum vendat *n*, ſi iudicem corrumpat *o*. Vſu denique; ſi quis falſis literis vtatur *p*; ſi falſas leges allegét *q*; ſi falſum nomen aut cognomen ſibi vſurpet *r*: aliiſq; exemplis hæc illuſtrari poſſent, niſi prolixitas moleſta eſſet.

*e c. 1. ext. hoc tit. l. 1. ff. ad l. Cor. de falſ. f d. c. 1. & c. quiſquis. 11. quæſt. 3. g §. item lex Cornelia de falſis. Inſtit. de publ. iud. l. 1. §. qui in rationib. l. 2. & l. quid ſit falſum 23. ff. de tit. h l ſi quis legatum 6. ff. eod. i l. qui falſum 19. ff. eod. & tit C. de falſa mon. k l. Cornelia. 9. ff. d. tit. l l. penult. ff. eod. m d. loco Inſtit. n l. qui duob. 21. ff. eod. o l. 1 in princ. & d. l. qui duob. ff. eod. p c. ad falſariorum 7. ext. hoc tit. q l. fi. ff. d. tit. r l. falſi. 13. l. eos 27 in fi. ff. eod.*

*Pœna falſi ex iure ciuili.*

Pœna falſi in ſeruos vltimum ſupplicium eſt, in liberos deportatio & omnium bonorum publicatio *s*. Interdum tamen

*s d. loco Inſtit. & l. 1. in fin. ff. ad leg. Corn. de falſ. quod autem attinet de publicatione bonorum, videnda eſt auth. bona damnatorum. C. de bonis proſcript. & quæ ibi tradunt DD.*

pro

pro criminis qualitate remiſſiùs *t*, interdum ſeueriùs vindicatur *u*.

*t vt in d. l. quod duob. in fin.*

*u vt in crimine falſæ monetæ adde Doct. ad d. l. 1. in fin.*

### *Pœna falſi ex Iure Canonico circa literas Apoſtolicas.*

Adde ex præſcripto iuris Canonici: ſi quis falſum circa Apoſtolicas literas admiſerit, excommunicatione notatur, & clericus officiis & beneficiis Eccleſiaſticis exuitur; tum etiam degradatur, ſi per ſe hoc crimen exercuerit. Ita enim ab Innocentio Tertio diſertè conſtitutum eſt, cuius verba plenioris cognitionis cauſa, hîc libet ſubiicere: Ad falſariorum confundendam malitiam: & infrà. De communi fratrum noſtrorum conſilio duximus ſtatuendum, vt qui literis noſtris vti voluerint, eas primò diligenter examinent; quoniam ſi falſis literis ſe vſos dixerint ignoranter, eorum ſera pœnitentia euitare nequibunt pœnas inferiùs annotatas. Nos enim omnes falſarios literarum noſtrarum, qui per ſe vel alios vitium falſitatis exercent, cum fautoribus & defenſoribus ſuis, anathematis vinculo decernimus innodatos: ſtatuentes, vt clerici qui falſarii fuerint deprehenſi, omnibus officiis & beneficiis Eccleſiaſticis perpetuò ſint priuati; ita quòd qui per ſe falſitatis vitium exercuerint, poſtquam per Eccleſiaſticum iudicem fuerint degradati; ſæculari pote-

„ poteſtati traduntur, ſecundùm conſtitutio-
„ nes legitimas puniendi: per quam & laici,
qui fuerint de falſitate conuicti, legitimè pu-
„ niantur. Qui verò ſub nomine noſtro literis
falſis vtuntur, ſi clerici fuerint, officiis & be-
„ neficiis Eccleſiaſticis ſpolientur; ſi laici, tam-
„ diu maneant excommunicationi ſubiecti,
donec ſatisfaciant competenter: ita tamen
„ vt in iſtis & in illis malitia grauiùs quàm ne-
gligentia puniatur. Quod & de his qui fal-
„ ſas literas impetrant, ſtatuimus obſeruan-
„ dum *x*.

x *textus eſt in c. ad falſariorum. 7. ext. hoc tit. iunge c. penult. ext. eod. vbi in literis ſimplicis iuſtitiæ aliud ſtatuitur. Sed Bulla cœnæ Domini. §. 6. etiam ad literas iuſtitiæ & ad alios caſus hunc conſtitutionem Innocentij III. extendit. vt videre eſt apud Nauarrum in Manual. cap. 27. n. 62.*

### *De pœna clericorum, qui falſum extra literas Apoſtolicas admiſerunt.*

Extra literas Apoſtolicas clerici ſi falſum admiſerint, ab Eccleſiaſtico iudice deponuntur *y*, & pro grauitate criminis quandoque in monaſterium coguntur *z*.

y *per tex. in c. cùm non ab homine. 10. ext. de iudic.* z *c. ſi epiſcopus. dict. 50. iuncto c. tua. 6. ext. de pœnis.*

DE

# DE FVRTO, RAPINA, INIVRIA ET DAMNO DATO.

## TITVLVS XX.

### *De furto, rapina, & vtriuſque pœna.*

FVrtum eſt contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, poſſeſſioníſve *a*. Quæ contrectatio ſi per vim fiat, adſciſcit ſibi nomen rapinæ *b*. Illius pœna dupli eſt, ſi furtum ſit non manifeſtum: ſin manifeſtum, quadrupli *c*; quemadmodum & rapinæ; niſi quòd in pœna rapinæ & res ipſa inſit *d*. Amplius ex decreto Marci, aliorumq́; Imperatorum, ſi quis vi rapuerit vel inuaſerit rem alienam; poſt reſtitutionem ipſius rei, tenetur etiam ad æſtimationem eius: ſin verò rem propriam, cadit rei ſuæ dominio, vel ſi debica ſit, iure ſuo priuatur *e*. Sed & criminaliter ad vindictam publicam, vtrumque delictum exercetur: verùm hac ſpecie extraordinaria pœna ex arbitrio iudicis ſtatuitur *f*, ſi reus

a *tex. eſt in l. 1. ff. de furt. in §. furtum Inſtit. de obl. quæ ex delicto.*

b *Tit. Inſtit. de vi bon. rapt. in princip.* c *§. pœna. Inſtitut. d. titul.* d *tit. Inſtit. de vi bō. rapt. circa princip.* e *l. extat. 13. ff. de eo quod met. cauſ. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. §. ita tamen. Inſtitut. de vi bonor. rapt.* f *l. fi. ff. de furt. & c. fi. ff. de priuat. delict. Hodie ex Caroli V. conſtitutione pœna ferè ordinaria eſt, vt videre eſt in ordinat. pœnalib. titul. 157. cum ſeqq.*

laicus

g c. cùm non ab homine 10. ext. de iud.

laicus ſit; ſin clericus, deponitur per Eccleſiaſticum iudicem g. Imò & lege Iulia de vi, rapina coërcetur h.

h Videre eſt ſub tit. ff & Cod. ad l. Iuliam de vi publica, & vi priuata.

*De iniuria.*

" Iniuria ex eo dicta eſt, quòd non iure
" fiat: omne enim quod non iure fit, iniuria
" fieri dicitur. hoc generaliter. Specialiter autem iniuria dicitur contumelia i: vt hic. Et hæc quandoq; re, quandoque verbis, quandoque literis interdum geſtu infertur. Re; ſi manus alicui inferantur. Verbis; ſi conuicium fiat k. Literis; ſi libellum famoſum quis ſcripſerit vel ſcribi curauerit, vel repertum non ſuppreſſerit l. Geſtu; ſi quis ad inuidiam alicuius veſte lugubri vtatur, aut ſqualida; vel ſi barbam demittat m. Et generaliter, quod ad alicuius infamiam fit, iniuria fieri dicitur n. Qua ſignificatione hoc loco accipitur.

i tex. eſt in l. 1 ff. de iniuriis.

k d. l. 1 §. iniuriam ff. d. tit.

l l. vnic. C. de famoſ. libell. l. lex Corn. 5. §. ſi quis. ff. de iniur.

m l. item apud Labeonem 15. §. generaliter ff. d tit.

n d. §. generaliter.

*Propter iniuriam & ciuiliter & criminaliter agi, & de pœnis.*

Ob illatam iniuriam ciuiliter agitur vel criminaliter [vt & in cæteris delictis o.] Ciuiliter: ad æſtimationem iniuriæ: vt ſcilicet iudex tanti reum condemnet, quanti iniuriam paſſus æſtimauerit, vel minoris, prout iudici viſum fuerit p. Criminaliter; ad pœnam extraordinariam officio iudicis reo irrogandam q. Hæc ex præſcripto iuris ciuilis.

o de quo in §. cæterum infra de pœnis.

p §. in ſummo, iuncto §. pœna. inſit. de iniur.

q d. §. in ſumma, & l. fi. ff. de iniur.

Quibus adiiciatur ex iure Canonico, eum qui violentas manus in Clericum vel Religioſum iniecerit, excommunicationi ipſo facto ſubdi r. Item qui Cardinalem fuerit hoſtiliter inſecutus: vel percuſſerit, &c. in eum veluti Maieſtatis reum animaduerti; ex Bonifacii VIII. cōſtitutione; cuius verba hîc partim repetenda ſunt: De communi fratrum noſtrorum conſilio hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus: Vt ſi quis deinceps in hoc ſacrilegii genus irrepſerit, quòd ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem fuerit hoſtiliter inſecutus, vel percuſſerit aut ceperit, vel ſocius fuerit facientis, aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit, aut conſilium dederit vel fauorem, aut poſtea receptauerit vel defenſauerit ſcienter eundem; ſicut reus criminis læſæ Maieſtatis perpetuò ſit infamis, diffidatus, nihilominus & bannitus: ſit inteſtabilis, vt nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad alicuius bona ex teſtamento vel ab inteſtato vocetur: quatenus ab omni ſucceſſione repulſus, publicáq; repulſa confuſus minus inueniat ſuæ malitiæ ſucceſſorem: fiant habitationes eius deſertæ, & vt non ſit qui eas inhabitet, dentur cuncta ipſius ædificia in ruinam: & vt perpetuæ notā infamiæ perpetua ruina teſtetur, nullo tempore reparen-

r c. ſi quis ſuadente 17. q. 4. c. 5. cū ſimilib. ext. de ſent. excom.

„ rentur nullus ei debita reddere, nullus re-
„ ſpondere in iudicio teneatur: quidquid etiã
„ in bonis inuenitur ipſius fiſci vel Reipublicæ
s ext. eſt. „ dominio applicetur, &c. *s*.

*s in cap. felicis 5. de pœnis lib. 6. vbi & plures aliæ pœnæ ſtatuuntur, etiam quo ad liberos.*

Qui verò in Epiſcopum hæc perpetrauerit, iiſdem ferè pœnis coërcetur ex Clementina conſtitutione *t*. In auctorem famoſi libelli, aut qui eum inuentum non ruperit, hic Canon extat Hadriani Papę: „ Qui in alterius famam publicè ſcripturam aut verba „ contumelioſa confinxerit, & repertus ſcri„ pta non probauerit, flagelletur: & qui ea „ priùs inuenerit, rumpat, ſi non vult aucto„ ris facti cauſam incurrere *u*.

*t in c. 1. de pœnis, quòd vide. te de & c. vnicum eod. in extrauag. Ioan. XXII. c. ſi quis ſacerdotũ c. coniurationũ 11. q. 1.* *u tex. eſt in c. qui 5. q. 1. adde & c. 1. ead. q. 1.*

*De damno dato.*

Damnum culpa, etiam leuiſſima, datum tam in rebus animatis, quàm inanimatis; reſarciri debet ab eo, qui intulit *x*; cùm factum cuique ſuum nocere debeat; non alteri *y*. Idem eſt, ſi damnum ex imperitia datum ſit, veluti ab aſſeſſore *z*, medico *a*, aduocato, artifice; qui iuxta præcepta artis ſuæ diligentiam operi non adhibuit, & idcirco damnum datum ſit *b*: Siquidem imperitia culpæ adnumeratur *c*: cum non debeat quis id affectare, in quo vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem vel imperitiam ſuam

*x toto tit. ff. C. & Inſtit. ad leg. aquil. præcipue in leg. Aquil. 45. Digeſtis d. tit. c. fin. ext. de iniur. l. ſi. vſusfructus. 10. & ibi DD. ff. de vſufruct.*
*y l. factum cuique. Dig. de reg. iur.*
*z l. 2. Dig.*

ſuam alicui periculoſam futuram *d*. Idem & in eo eſt, cuius negligentia damnum illatum eſt *e*; vt in medico, qui dereliquit curationem ægroti *f*: in notario, cuius negligentia error in inſtrumento admiſſus eſt *g*; in eo, qui negligenter ignem cuſtodiuit, ne longius egrederetur *h*. Nam hi omnes & ſimiles, ad reſtitutionem damni dati, rectè conueniuntur *i*.

*quodquiſque iuris. al. illicitas* & *§. ſicuti, Digeſt. de offic. præſid. l. qua actione 7. in fi. Digeſtis ad leg. aquil.* b *l. ſi ſeruus 27. §. ſi calice, Digeſtis ad leg. aquil. iuncto c. ad aures & ibi gloſſ. ext. de ætat. & qual. tex. eſt & in c. fin ext. de iniur.* c *l. imperitia. Digeſtis de regul. iur.* d *l. idem iuris 8. Digeſtis ad leg. aquil. & d. § ſicuti.* e *d. 1. fi. ext. de iniur.* f *d. l. idem iuris.* g *l. fi. C. de magiſtrat. conueniend.* h *d. l. ſi ſeruus. § ſi fornicarius, l. qui occidit, 30. §. in hac quoque actione, Digeſtis ad leg. aquil. c. 5. ext. de iniur.* i *dictis iuribus.*

*De damno dato animalibus, & ſeruis.*

Quòd ſi animal pauperiem, id eſt, damnum dederit, contra dominum eius agitur: cui tamen liberum erit, vel præſtare æſtimationem damni, vel animal noxæ dedere; hoc eſt, viuum tradere *k*. Idem & in ſeruo obſeruatur, vt, ſi is damnum dederit, vel etiam iniuriam ſeu furtum fecerit, vel quid rapuerit, ſimiliter dominus noxaliter teneatur; & præſtando æſtimationem damni, vel ſeruum dedendo, liberetur *l*. Porrò in animalibus feris (quorum numero habentur, leo, aper, vrſus, verres, canis,) hoc am-

k *d. c. fi. verſ. quod ſi animal. & c. 3. extr. de iniur.*
l *tit. Inſt. & ff. de noxalib. action.*

amplius eſt, vt ſi ſoluta vel ligata eo in loco, quò vulgò itur, liberum hominem occiderint, in ducentos ſolidos; ſin tantum nocuerint, quanti æquum & bonum iudici videbitur; cæterarum verò rerum, quantum damni ſit, in duplum dominus condemnetur *m.*

m *l.hi enim.40.cum 2.ll.ſeqq.ff.de ædilitio edict.§.fi. Inſtitut. ſi quadrup. paup. & d. c. fi.in verb.quod tamen ad liberationem.*

### *De libero homine vulnerato aut aliter læſo.*

In libero homine vulnerato aut aliter læſo, eo iure vtimur: vt expenſæ in curatione factæ & operæ amiſſæ, quaſque amiſſurus eſt, prȩſtentur: deformitatis verò nulla ratio habeatur; cùm liberum corpus non recipiat æſtimationem *n.* α

n *l.liber homo 13.iuncta l.qua actione 7.ff. ad leg. aquil.o ex hac 3.ff.ſi quadrup.paup.feciſſ.l.fi.ff.de iis qui deiecerunt.& c.l.ext.de iniur.*

## Notatio in Tit. 10.

α *In muliere tamen quæ nuptura eſt, videtur habenda ratio deformitatis, iuxta ea quæ tradit Anton. Gomez.var.reſol.tomo 3. cap.6. num. 12. & fait arg. deductum à virgine ſtuprata, de qua ſuprà tit.de adult.§.ſtuprum.*

DE

# DE VSVRIS.

## TITVLVS XXI.

*Vſura eſt ſpecies rapinæ, & quando committatur.*

VSura ſpecies rapinæ eſt, *a* committiturque, vbi lucrum ſorti, id eſt, principali pecuniæ, quæ debetur, accedit, ſiue lucrũ in pecunia numerata, ſiue in alia re conſiſtat, *b* ſiue expreſsè, ſiue tacitè, hoc eſt, ſolo animo lucrum conceptum ſit; *c* appellaturq; alio nomine fœnus, *d* quaſi fœtus pecuniæ, vtpote, quòd in fœnore nummus nummum pariat, vt Ariſt. auctor eſt. *e*

*a* c. ſi quis vſuram 14. q. 4. *b* c. 1. cum 3. et ſeqq. 14. q. 3. *c* ca. conſuluit. 10. ext. de vſur. *d* hinc tit. ff. & C. de nautico fœnore. & verba fœnerare ac fœnerari. cap. 2. 14. qu. 4. l. qui ſine vſuris. 40. Digeſt. de negot. *e* lib. 1. polit. cap. 7.

*Conuentio de lucrandis fructibus pignoris vſuraria eſt, exceptis tribus caſibus ſingularibus.*

Hinc conuentio illa, inter creditorem & debitorem vſuraria eſt; vt tamdiu creditor lucretur fructus pignoris, donec debitum illi exſolutum ſit, *f* præterquam ſi pignus à ſocero datum ſi genero pro dote nondum à ſe numerata: qui interim, donec promiſſa dos ſoluatur, rectè percipit fructus pignoris, neque in ſortem imputare cogitur; cum frequenter dotis fructus non ſufficiãt ad onera

*f* c. conqueſtu 8. iuncto c. 1. & c. ext. de vſuris. & §. de pignor.

ra matrimonij ſupportanda.*g*. Idem eſt, & ſi feudum à vaſallo in pignus datum ſit ipſi domino; *h* aut à laico pignori obligata ſit clerico res beneficij ſui, quam hoc modo redimendam putauerit clericus. *i* Nam & vtroque hoc caſu, fructus licitè percipiuntur, neque in extenuationem ſortis cedunt. *k* Dum tamen interim vaſallus, quo apud dominum eſt feudum, immunis ſit ab onere præſtandi ſeruitij feudalis. *l*

g *c. ſalubriter* 16. *ext. hoc tit.* h *c.* 1. *extr. de feudis. ca. conqueſtus.* 8. *extra. de vſu.* i *c.* 1. *in fin. extr. hoc tit.* k *dictis iurib.* l *dict. c.* 1. *extra. de feudis. Hos tres caſus latè explico in tractatu de vſuris c.* 6.

*Vſura in contractu emptionis: in quo dubius tamen euentus vſuram excuſat.*

Et quamuis vſura propriè circa contractũ mutui verſetur; nonnumquam tamen & in alijs cõtractibus admittitur; veluti, ſi in fraudem vſurarum emptio & venditio cõtrahatur. *m* Aut ſi res pluris vendatur propter dilatam ſolutionem; *n* licet ab vſura excuſetur venditor, ſi veriſimiliter dubitetur auctũ vel diminutum iri pretiũ rei venditæ tempore ſolutionis: neque contractus tempore erat rem venditurus. *o* Nam & huius dubij euentus cauſa, nullam vſuram incurrit is, qui decem ſolidos dat, vt alio tempore totidem ſibi grani, vini vel olei menſuræ reddantur. *p*

De

m *vt in c. ad noſtram* 5. *extr. de empt. & vend. & in c. illo.* 4. *extra. de pig. l.* 3. *C. plus val. quod ag.* n *c. in ciuitate* 6. *c. cõſuluit.* 10. *c. fi. ext. vſur.* n o *d. c. in ciuit. & d. c. fi. & ibi latius D. d. facit l. ſi ea l.* 17. *C. de vſur.*

*De pœnis vſurariorum.*

Vſurarij, ſi laici ſint, iubentur excommunicari; ſin clerici, ſuſpendi ab officio & beneficio; *q* imò & deponi ab officio Eccleſiaſtico. *r* Adde, & vſurarios manifeſtos, nec ad communionem altaris, nec ad Eccleſiaſticã ſepulturam, nec ad oblationes admitti; *ſ* & ne quidem ad teſtamenti factionem priuſquam vſuras reſtituant, vel de iis reſtituendis idoneè caueant. *t*

*q c: præterea.7.extr.de vſur. r iuxta c.1.ext.eod.c.4.c.8. 14.q.4. ſ c: 3.extr.eod. t iuxta formam.c.2.de vſu.in 6.*

*Pœna eorum qui admittunt vſurarios.*

Sed & in eos qui vſurarios manifeſtos in ditiones ſuas admittũt, vel ipſis ædes locãt, certæ pœnæ conſtitutæ ſunt à Gregorio X. in generali Concilio Lugdunenſi: quemadmodum & in Poteſtates, Capitaneos, Rectores, Conſules, Iudices, Conſiliarios, alioſque Officiales communitatum; qui de vſuris ſoluendis, vel non reſtituendis ſtatuta condunt, dictant, vel ſcribunt, vel ſecundùm ea pronunciant; à Clemente V. in Concilio Viennenſi. Vti latius videre eſt in eorum conſtitutionibus. *u*

*u quarum illa Gregorii extat in ca.de vſur.in 6. Clem. in c.eodem in Clement.*

Ex quo liquet, quod præter ſortem, id eſt, ſummam principalem accipitur, propter damnũ emergens aut lucrum ceſſans, non eſſe vſuram: eò quòd non tanquam fœtus pecuniæ, ſed tanquam intereſſe, & ſit ex alia cauſa petatur vel ſoluatur. De quo Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 4. Toletus de Sacerdot. inſtruct. lib. 5. c. 32. & 33. & Nauar. in Manual. c. 17. num. 211. cum ſeqq.

# DE POENIS.

## TITVLVS XXII.

*Pœna delictorum quare inuentæ.*

POEnæ ideò à iure inuentæ ſunt, vt earũ ſaltem metu homines in officio contineantur, Reſq; publica pacata & ſalua perſiſtat. *a*

a *ſi operis. 14. C. de pœnis. l. licitatio 9. § quod licitè. Digeſt. de publican. l. ita vulneratus. 51. cir. fin. Digeſt. ad leg. Aquil. cap. vt famæ. 35. extrauag. ſent. excom.*

*Quædam pœnæ certæ ſunt, quædam arbitrariæ.*

Harum quædam à iure in delinquentes certæ ſtatutæ ſunt; *b* quædam arbitrio iudicis relinquuntur; vt in iis delictis, in quibus nulla certa pœna in delinquentem à iure conſtituta eſt. *c*

b *vti videre eſt in ſuperiorib. tit. vbi de delictis diſſeruimus. c. 4. in fin. de offic. & pot. iud. deleg. c. fin. extr. de tranſact. l. 1. § expilatores. Digeſt. de effractorib. l. odie 13. Digeſt. de pœnis. l. pediius. 4. Digeſt. de incendio, ruina. l. fin. Digeſt. de iniur.*

*Pœna certa quandoq; augentur, vel minuuntur.*

Et licet iudex à præſcripta in iure pœna, diſcedere non debet; *d* ſi tamen cauſa ſubſit, permiſſum eſt illi, pœnam vel augere, vel diminuere, vel etiam prorſus remittere, *e* inſpectis circumſtantiis cauſæ, perſonæ, loci, temporis, quantitatis, qualitatis, euentus. *f*

d *per text. in l.* 1. §. 1. *Dig. ad SC. Turpil. in c.* 1. *c.* 5. *ext. de conſtitutio. c. extr. de ſent. & re iud.* e *l.* 3. *& l.* 4. *C. ex quib. cauſ. infa. irrogat. l. quid ergo.* 13. §. *pœna grauior. Dig. de his qui not. infam. l. nõ omnis* 5. *Dig. de re mil. l. diuus.* 13. *Dig. ad l. Cor. de falſis l. hodie* 13. *Digeſt. de pœnis, & c. fin. extr. de tranſact. diuus,* 14. *Dig. de off. præſid. & l. infans.* 12. *Digeſt. ad l. Cor. de ſicariis.* f *de quibus in l. aut facta.* 16. *& in l. reſpiciendum* 11. *Digeſt. de pœnis.*

*Eccleſiaſticus iudex a pœna & iudicio ſanguinis abſtinere debet.*

Eo tamen obſeruato in iudice Eccleſiaſtico, vt is numquam ſanguinis pœnam inferat: *g* ſed ſi qua ſibi ex delegatione Principis, vel alio iure cognitio criminum competit; eam, ſi ſanguinis pœnam irroget, vel ad ipſum Principem remittat, *h* vel alicui laico demandet. *i. β*

g *c. clericis & c. penult. extr. ne clerici vel monachi.* h *vt in c.* 4. *ext. de raptoribus.* i *c. fin. ne clerici vel monachi in* 6.

*De delicto ſæpius repetito, & de pluribus dictis ex eodem facto emergentibus.*

Delictum quoties repetitum eſt, toties eius nomine condemnatio fit; *k* & ſi ex eodem facto plures delicti ſpecies oriantur, totidem pœnæ infliguntur, *l* aut ſaltem altera imponenda augetur. *m*

k *ca.* 1. *extr. de pœnis.*

l *l.* 2. *Dig. de priua. delict. adde ibidem Barthol.*

m *per vnic.* §. 1. *verſ. quæ multò magis. C. de rap. virg. l. ſi adulterium.* 38. *Digeſt. ad leg. Iul. de adult.*

Ordinis ſui detrahuntur per Epiſcopum retrogrado ordine. Verbalis verò fit per ſolā ſententiam Epiſcopi, adſiſtente certo numero Epiſcoporum, ſi clericus, qui deponitur, in Sacris conſtitutus ſit. In minoribus etenim nulla aliorum Epiſcoporum præſentia opus eſt, ſed ſufficit ſententia Epiſcopi *t*. Cæterū " hodie ex præſcripto Concilij Tridentini, licet Epiſcopo per ſe ſeu illius Vicariū in ſpi- " ritualibus generalem, contra clericum in ſa- " cris, etiam Preſbyteratus Ordinibus conſti- " tutum, etiam ad illius condemnationem, nec non verbalem depoſitionem, & per ſe ipſum " etiam ad actualem atque ſolemnem degra- " dationem ab ipſis Ordinibus & gradibus Ec- " cleſiaſticis, in caſibus, in quibus aliorum " Epiſcoporum præſentia in numero à Canonibus definito, requiritur *u*, etiam abſque il- " lis procedere: adhibitis tamen & in hoc ſibi aſſiſtentibus totidem Abbatibus vſum mitrę " & baculi ex priuilegio Apoſtolico habentibus, ſi in ciuitate aut diœceſi reperiri & cō- " modè intereſſe poſſint; alioquin alijs perſonis in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, quę " ætate graues ac iuris ſcientia commendabiles " exiſtant *x*.

*t c. 2. & ibi latius vide de pœnis. lib. 6. iuncto cap. 5. cum ſeqq. 5. q. 7.*
*u Vide cap. 1. cum. ſeq. 15. q. 7. x text. eſt in cap. 4. de reformat. ſeſſ. 13. Eadem ferè depoſitionis forma, olim ſingulare iure conſtituta erat in clericum. propter hæreſin; ſicut videre eſt in c. 1. de hæret. lib. 6.*

*Depoſitio actualis quibus caſibus locum habeat.*

Actualis autem ſiue ſolemnis illa degradatio, ex tribus tantùm cauſis infertur; Videlicet, propter hæreſin; *y* propter crimen falſi literarum Apoſtolicarum, *z* & propter delictum in Epiſcopum admiſſum. De duobus illa ſuprà retulimus; *a* de tertio ita Canon loquitur; Si quis Sacerdotum vel reliquorum clericorum, ſuo Epiſcopo inobediens fuerit, aut inſidias ei parauerit, aut contumeliam, aut conuitia intulerit, & conuinci potuerit; mox depoſitus curiæ tradatur, & recipiat quod iniquè geſſit. *b*

y *c. ad abolendam 9. & ca. excommunicamus. 15. extr. de hæret.*
z *ad falſariorum. extr. de crim. falſi vide latius ſupr. tit. de crim. falſi. §. adde.* a *Tit. de hæreticis. §. in hæreticos. & tit. de crim. falſi. d. §. adde.*
b *tex. eſt in c. ſi quis ſacerdotum. 11. q. 1.*

*Degradatio actualis præſente magiſtratu ciuili fit.*

Ex his igitur cauſis Clericus degradatur actualiter, præſente tamen magiſtratu ciuili, cui poſt degradationem coercendus relinquitur. Pro quo tamen ex reſcripto Innocentij III. debet Eccleſia efficaciter intercedere, vt citra mortis periculum, circa eum ſententiam moderetur. *c*

c *cap. nouimus 27. extrauag. de verb. ſig. iunge & ca. 2. de pœnis in 6.*

Ver-

*Verbalis depoſitio quibus caſibus locum habeat.*

Verbalis depoſitio ſiue degradatio locum habet in cæteris criminibus, veluti furto, homicidio, periurio, & ſimilibus: *d* in quibus tamen ſi quid atrocius admiſſum fuerit à clerico; poſt depoſitionem, etiam in arctum monaſterium pœnitentiæ cauſa includitur. *e*

d *d.c. cum non ab homine. extr. de iudic.* 30.
e *iuxta cap. tua.* 6. *extrauag. de pœnis.*

*De Epiſcoporum depoſitione.*

Singulare eſt in Epiſcopis, vt cauſæ criminales contra eos, qui depoſitione aut priuatione dignæ ſunt, ab ipſo tantùm ſummo Romano Pontifice cognoſci & terminari debeant, niſi neceſſariò extra Rom. curiam committendæ eſſent; quo caſu ſolis Metropolitanis vel Epiſcopis committuntur; ita tamen, vt hi non niſi facti inſtructionem ſumant, proceſſumque conficiant, reſeruata eidem Sanctiſſimo ſententia definitiua. *f*

f *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *ca.* 5. *de reform. vbi & latius quid olim, vide c.* 3. *cum c. ſeq.* 15. *q.* 7.

*De crimine aſſaßinij.*

Sanè & in crimine aſſaſſinij illud peculiare eſt, quod Prelati, aliiq; clerici ob hoc ſcelus ipſo facto abſq; alia ſententia, ordine & beneficio ſuo exuantur. *g* quemadmodũ & ob artem ioculatoriam, ſi per annum eam exercuerint. *h*

g *cap.* 1. *de homicid. lib.* 6. *vbi latius.* h *iuxta tex. in cap.* 1. *de vita & honeſt. cler. in* 6.

# Notatio in Tit. 22.

α. *Vide Andr. Tiraquell. in tract. de pœnis. Iul. Clar in pract. crim. q. 69. & in eundum Baiard. & Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. c. 1. vbi latè de his circumſtantijs. Adde & de iure Canonico crimen per inquiſitionem probatum, non coerceri ordinaria pœna, ſed mitiori. c. inquiſitionis. 21. circ. princ. extr. de accuſ. Quòd & comprobant Clar. d. q. 60. n. 33. & Gomez. d. c. 1. n. 51. quos latius vide, & Couarruu. lib. 2. var. reſol. cap. 10. num. 5. De iure verò Ciuili nulla diſtinctio eſt, vtrum per viam inquiſitionis aut accuſationis proceſſum ſit. Nam vtroque caſu pœnæ ordinariæ locus eſt, vt ex omnium confeßione tradit Iul. Clar. d. loco.*

β. *Vt hinc notandum ſit, merum imperium delegari per clericos iuriſdictionem temporalem habentes, vti ſunt Epiſcopi Germaniæ noſtræ, qui & iura Principum ſæcularium habent, haud dubiè ex conceßione Imperatoris, cuius, quoad temporalia, vaſalli ſunt. Cùm autem ea, quæ meri ſunt imperij (vtpote cognoſcere & coercere publica crimina l. 1. ff. de offic. eius l. ſolet. 6. ff. de offic. Proconſ. & l. 3. t. de iuriſdict. omn. iudic. ſicut & ſupra annotauimus. tit. 18.) per ſe exercere non poßint, propter metum irregularitatis, videtur tacitè ſi non expreßè Imperator eis indulſiſſe; vt per laicos, tanquam delegatos ſuos, merum imperium exercere poßint, ne fruſtrà penes eos ſit hoc imperium.*

γ. Hic

γ. *Hic tertius caſus deſumptus ex c. ſi quis Sacerdotum. 11. q. 1. ſi nudè inſpiciatur, videtur continere magnam iniquitatem, vt ſcilicet clericus propter ſimplicem iniuriam illatam Epiſcopo actualiter degradetur, & curiæ ſæculari relinquatur, cùm tamen propter homicidium, aut latrocinium nulla actualis degradatio fiat, ſed depoſitio verbalis c. cum non ab homine. ext. de iud. & c. tuæ 6. ext. de pœnis. Ideoq́; exaudiri debet de eo clerico, qui ſe corrigi non patitur, ſecundùm gloſſ. ad d. c. cum non ab homine, & communem opinionem, teſte Panormitan. ad c. 1. at ſi clerici, ext. d. tit. de iud. n. 37. adde & text. in cap. clericus. 3. q. 4.*

δ. *Aſſaßini ſunt infideles, certum hominum genus, qui in perniciem aliorum Chriſtianorum à clericis vel laicis conducuntur. De quibus Didac. Couarruu. lib. 2. var. reſolut. capit. 20. numer. 10. & Mart. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 136. Vulgò aliter accipiuntur, vt videre eſt apud Iul. Clar. in §. aßaßinium; ſed malè, vt eſt apud eundem Couarr. d. loco.*

ε. *Vide §. præterquam infr. de iudicijs, & quæ ibi notauimus. Sunt qui alium caſum his attexunt ex ext. Leonis X. quæ extat apud Chaſſan. in conſuetud. Burgund. tit. de inſtit. § . 5. nu. 51. & Boer. deciſ. 69. in fine. quâ clericos deſerto habitu & tonſura clericali, delinquentes per iudicem ſecularem capi ac puniri poſſe exiſtimant. Sed præterquam quòd ea extrauagans generalis non ſit, ſed localis pro regno Franciæ; concernit tantùm clericos in minoribus ordi-*

*ordinibus conſtitutos, ſaltem quod ad punitionem eorum attinet.* His *enim verb. eſt apud* Chaſſan. *Si tempore perpetrati eorum delicti & per quatuor menſes ante in habitu & tonſura clericalibus non inceſſerint, &c. per iudicem ſæcularem liberè & licitè capi, inquiri, diſtringi, & ſi in ſacris non fuerint, etiam puniri poßint. Quæ poſteriora verba:* Et *ſi inſacris, &c. detracta ſunt apud* Boer. *vbi & tẽpus editionis adſcribitur, Anno* 1506. *cùm tamen conſtet* Leonem X. *primùm An.* 1513. *renunciatum fuiße ſummum* Pontificem. *Quod hic adiicere placuit ad conuellendum eorum errorem, qui generaliter ad omnes clericos hanc extra. pertinere exiſtimant.* Ceterùm *videatur* Conc. Trid. *ſeß.* 23. *ca.*6. *de reſormat. vbi decernitur, quando clericus primæ tonſuræ aut in minoribus* Ordinibus *conſtitutus, gaudeat priuilegio fori.*

# DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS, Suſpenſionis & Interdicti.

## TITVLVS XXIII.

*Cenſuræ Eccleſiaſticæ quæ.*

POenæ, quæ à SS. Canonibus, vel iudicibus Eccleſiaſticis frequentiùs infliguntur, ſunt Excommunicatio, Suſpenſio, & Interdictum; quæ cenſuræ Eccleſiaſticæ vocantur. a

a *cap. querenti.* 20. *extra. de verb. ſig.*

Ex-

*Excommunicatio quid & quotuplex.*

Excommunicatio eſt Chriſtiani hominis à corpore Eccleſię, vel ſaltem à perceptione Sacramentorum eius, excluſio. *b* Eſt enim Excommunicatio duplex; vna, quæ maior dicitur; altera quæ minor. Maior, à communione Eccleſiæ, id eſt, fidelium ſubmouet, *c* quæ & idcircò anathema, hoc eſt, æternæ mortis damnatio dicitur: *d* licet & quandoq; anathema latiùs ſumatur, etiam pro excommunicatione minore: *e* & pro publica & ſolemni execratione, quę fit à Prelato Eccleſię contra priùs excommunicatũ, in extremam quandam deteſtationem, eius. *f* Minor excommunicatio tãtùm ſeparat à perceptione Sacramentorum Eccleſiaſticorum. *g*

*Excommunicatio à iure, vel ab homine infertur.*

Infertur excõmunicatio vel à iure, vel ab homine. A iure; cum quis ipſo facto abſque iudicis miniſterio, excõmunicationi ſubditur: quæ & idcircò latæ ſententiæ excõmunicatio nominatur. Qua feriuntur hæretici & eorũ receptatores & fautores; falſarii literarum Apoſtolicarum; percuſſores clericorũ; ſimoniaci, & alii quamplures: *h* eorumq; excommunicatio maior dicitur. Minore verò excõmunicatione ipſo iure afficiuntur, qui cõmunicant excommunicato maiore excõmunicatione. *i* Niſi & in eodẽ crimine cum eo

*b hac deſcr. probatur ex c. omnis Chriſtianus. cum c. ſeq. & cap. qui vero: 11. q. 3.*

*c c. pen. ext. de ſent. excõ.*

*d in ca. nemo Epiſcoporum d. q. 3.*

*e vt in c. quoniam multos d. q. 3.*

*f vt in c. cum nõ ab homine. 10. ext. de iud. latè Cou. ad c. Alma mater in 1. par. §. 8. n. 6. cum ſeq.*

*g d. c. penult.*

*h Sicut conſtat ex ſuperiorib. tit. vbi de delictis egimus, & latius refert Hoſtienſ. in ſumma huius tit. §. 5. & Martinus Nauar in Manual. c. 27 n. 46. cũ ſeqq.*

*i ca. 3. h. tit. in 6. cap. nuper. 29. verſ. in ſecundo extrauag. hoc titul.*

eo communicarent *i*. Nam hac ſpecie & in eandem excommunicationem maiorem inciderent *k*. Ab homine excommunicatio infertur, cùm Prælatus vel alius Iudex Eccleſiaſticus inobedientem ſiue contumacem ſententia ſua excommunicat; ſeruata tamen forma generalis Concilij Lateranenſis; vt ſcilicet non prius ſententiam ferat, quàm præmiſſis tribus monitionibus, vel vna pro omnibus, cum iuſto dierum interuallo. niſi fortè neceſſitas facti aliud ſuaderet *l*. Qua in re quoq; minimè negligenda eſt Cõcilij Tridẽtini moderatio, qua iudex Eccleſiaſticus in cauſis ciuilibus & criminalibus prohibetur vti excommunicatione, niſi in ſubſidium *m*.

k *d.c.nuper c.ſi concubine ext.hoc tit.*

l *c.ſacro.48.ext.hoc tit. iuncto c.conſtit.9.eod.in 6.*

m *vide omnino Conc.Trid.ſeſſ.25.c.3. de reform.*

*Communicantes cum excommunicato qui excuſentur.*

Quod autem dictum eſt, communicantes cum excommunicato maiore excommunicatione, minorem incurrere; perpetuum non eſt. Nam ex Gregorij VII. cõſtitutione ab ea „ eximũtur vxores, liberi, ſerui, ãcillæ, ſeu mã„ cipia, nec nõ ruſtici ſeruientes, & omnes alij, „ qui nõ adeò curiales ſunt, vt eorum conſilio „ ſcelera perpetrẽtur, & ijs qui ignorãter excõmunicatis cõmunicant, ſiue illi, qui cõmunicant cũ eis, qui excõmunicatis cõmunicãt *n*.

n *c.quoniam multos, 11. q. 3.*

Item

Item peregrini propter neceſſitatẽ, & qui humanitatis intuitu aliquid dant excõmunicatis *o*. Accedãt his creditor debitoris excõmunicati *p*, quíve excõmunicato in his quæ ad abſolutionem vel aliâs ad ſalutem animæ pertinent, in locutione participat; licet etiam alia verba incidenter (vt apud eum magis proficit) interponat *q*. Hi enim omnes impunè communicant cum excommunicatis *r*.

*o d.c.quoniam multos.*

*p c.intelleximus 7.extr.de iud.c ſi verè.34.ext.hoc tit. c. excommunicamus.13.§.credentes.extr.de hæred.c. cum inter 5.ext.de excep.*

*q c.cum voluntate.54.reſponſo 43.ext. hoc tit.vide de his latius Nauarr.in Manual.c.27.n.26.cum ſeq.*

*r ſecundum prædicta iura.*

*Extrauagans Martini V. qua & alij excuſantur.*

Sanè & ex Martini V. cõſtitutione nemini interdictum eſt, communicare excõmunicato, antequam hic ſpecialiter, & expreſſè denunciatus ſit à iudice; vel manifeſtè conſtet, eum incurriſſe excommunicationem, ita quod nullo modo tergiuerſari poſſit. Verba Conſtitutionis, cùm prætereà aliud contineant, hîc à nobis referenda ſunt: Ad euitanda multa ſcandala & multa pericula, & ſubueniendum conſcientijs timoratis, conſtituimus; vt nemo poſthac teneatur abſtinere & ſeparare ſe, neq; euitare communicationem alicuius in adminiſtrando aut recipiendo Sacramenta, aut in aliis diuinis officijs, aut

extra

extra illa, ratione alicuius ſententiæ, aut Cenſuræ Eccleſiaſticæ, aut ſuſpenſionis, aut prohibitionis ab homine aut à iure generaliter promulgatæ: neque ſeruare interdictum Eccleſiaſticum; ſi illa talis ſententia, prohibitio, ſuſpenſio aut cenſura nõ fuerit promulgata aut denunciata ſpecialiter & expreſsè à iudice contra certam aliquam perſonam, collegium, vniuerſitatẽ, eccleſiam aut locũ certũ aut certam: neq; manifeſtò cõſtet incurriſſe in ſententiã excõmunicationis, quod nullo modo poteſt occultari, aut per aliquod remedium iuris excuſari: quia à communione huius vult quòd ſe ſeparent, iuxtà Canonicas conſtitutiones. Per hoc tamen non intẽdimus releuare, neq; iuuare ſit excomunicatos, ſuſpenſos, interdictos aut prohibitos. *ſ*

*ſ exſtat apud Martinum Nauarrum in Manual. c. 27. nu. 35. vide &* Did. Couar. *ad c. Alma mater. de ſent. excom. in 6. p. 1. § 2. nu. 7.*

*Suſpenſio quid, eaq; duplex.*

Suſpenſio eſt cenſura Eccleſiaſtica, *t* qua perſonæ Eccleſiaſticæ interdicitur exercitiũ ſui officij vel beneficij, vel vtriuſq; ſimul, in totum vel pro parte, ad certũ tempus vel in perpetuum. *u* Idq; interdum à iure fit, interdum à iudice Eccleſiaſt. *x* Vnde ſuſpenſio alia Canonis eſt, alia Iudicis, ſicut & de Excommunicatione ſuprà diximus. *y.*

*t nam de hac loquimur c. quærenti 20. extra. de ver. ſig. Alioqui enim & res aliæ ſuſpendi dicuntur, vt notum eſt.*

u *c. tuarum.* 11. *extr. de priuil. & colligitur ex exemplis à gloſſa adductis ad d. ca. 3. in verb. ſuſpenſi. de pœnis in Clem.*

*x c. reprehenſibilis. 26 extrauag. de appellat.*

*y titul. eodem. §. infertur.*

*Supenſio quibus ex cauſis & quâ formâ fiat.*

A iure variis ex cauſis ſuſpenſio ſit, vti videre eſt apud alios qui eas congeſſerunt z. A iudice; quando is culpa exigente ſuſpenſionem in aliquem profert; quod tamen ſcripto facere debet expreſſa cauſa & præcedente monitione a.

z *gloſ. d. loco Syluestrum in verb. ſuſpenſio. n. 6. Nauarrum in Manual. cap. 27. num. 154. & ſup. ſuis locis meminimus.* a *c. 1. de ſent. excom. in 6. iuncto d. c. reprehenſibilis. de quo latius Nauarr. d. cap. 27. num. 159.*

*Suſpenſus irregularitatem incurrit, ſi exerceat interdictum officium.*

Is autem, qui aliquem actum officij ſui, à quo ſuſpenſus eſt, exercet; irregularitatem incurrit, qua non niſi per Summum Pontificem liberatur b. "Niſi quod hodie ex conceſſione Concilii Tridentini, etiam Epiſcopis permiſſum ſit in irregularitatibus omnibus & ſuſpẽſionibus, ex delicto occulto prouenientibus; excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentioſum, diſpenſare c.

" b *c. 1. de ſent. & re iud. in 6. cap. 1. de ſent. ex t. lib. 6.*

" c *text eſt in ca. 6. ſeſſ. 24. de reformat. vide notationem ad §. quartò. ſuprà quib. Eccleſ. ordin.*

*Irregularitas quid.*

Eſt autem Irregularitas (vt hîc obiter inſeramus) impedimentum Canonicum, quo quis prohibetur ordinem Eccleſiaſti-

cum ſuſcipere, aut in ſuſcepto miniſtrare

*d de qua fuſè d. β apud Nauar. d. cap. 27 n. 191. cum ſeqq. Couarr. ad d. c. ſi furioſus. in princip. in Clement. de homicid.*

### *Interdictum quod & quotuplex ſit.*

Interdictum eſt cenſura Eccleſiaſtica e, qua certis perſonis aut loco, diuinis officiis & ſepultura Sacramentorumq́; adminiſtratione aut perceptione interdicitur à iure vel à iudice Eccleſiaſtico f. Vnde & interdictum aliud eſt iuris, aliud iudicis g. Item aliud perſonale, aliud locale h.

*e Nam de hoc interdicto hic loquimur c. querenti 20. tex. de verb. ſig. alioqui interdictum latius patet. vt teſtantur tituli iuris ciuilis, de interdictis. f hæc deſcriptio interdicti colligitur ex c. fi. c. ſi ſententia 16. cũ ſeqq. de tit. ſent. excom. lib. 6. & ex infra citandis. g d. c. fi. h d. c. ſi ſenentia.*

### *Quibus caſibus ipſo iure interdictum fertur.*

Interdictum à iure profertur in ciuitatem, ſiue aliam vniuerſitatem; puta, ſi portorium ex rebus Eccleſiarum vel Eccleſiaſticorum, quas negotiationis cauſa non deferunt, exegerit vel extorſerit i; vel ſi repreſſalias aduerſus Eccleſiaſticas perſonas conceſſerit k, vel ſi ciuitas hoſtiliter inſecuta fuerit aut ceperit Cardinalem Romanæ Eccleſię vel Epiſcopum ſuum, ſiue aliis facientibus opem tulerit, ſuaſerit, vel conſuluerit l, vel ſi ciuitas in electione Romani Pontificis (cùm eo mortuo apud ſe electio celebranda eſt)

*i c. penult de cenſib. in 6. k c. 1. de iniuriis eod. lib. 6.*

*l c. fi. de pœnis. lib. 6. c. 1. de pœnis. Clemen.*

eſt) non obſeruauerit, quæ ſeruanda iubet *c. vbi periculum, de elect. lib. 6.* Item ſi dominus territorij, Legatum vel Nuncium Apoſtolicum non admiſerit. Nam eius ditiones interdicto Eccleſiaſtico ſubiiciuntur *m*. His igitur caſibus & ſimilibus, interdictum Eccleſiaſticum ipſo iure infertur *n*.

*De interdicto iudicis.*

Interdictum verò à iudice Eccleſiaſtico non niſi ex cauſa, eaq; ſcripto interdicti comprehenſa ferri debet *o*; non tamen ex cauſa pecuniaria *p*; aut ob culpam priuati alicuius hominis *q*; ſed propter culpam eius, qui loci dominus eſt; aut in eo iuriſdictionem habet *r*.

*m c. 1. de conſuet. in extrau. commun.*

*n dictis iurib. quæ vide, & quidem latius.*

*o c. 1. de ſent. excom. in 6.*

*p c. 2. de ſent. excom. in extrauag. commun.*

*q ex decreto Concilij Baſileenſis, relato à Couarruuia. ad c. alma mater. in part. 2. § 1. num. 5. de ſent. excom. in 6. quem omnino vide.*

*r c. non eſt 11. ext. de ſponſal. c. ſi ſententia. 16. de ſent. excom. lib. 6.*

*Interdictum in perſonas, vel in locum quouſque ſe extendat.*

Cùm igitur interdictum aliquando in perſonas, aliquando in locum proferatur; videndum hîc eſt, quouſque ſe vtrumque extendat. Et extat duplex conſtitutio Bonifacii VIII. rem luculenter explicans. Prioris verba hæc ſunt: Si ſententia interdicti proferatur in clerum, non intelligitur (niſi aliud ſit expreſſum in ea) interdictus populus, nec etiam è conuerſo; vnde vno interdicto ipſorum, alius licitè admittitur aid diui-

diuina. Cæterùm cùm propter delictum domini vel rectoris, eſt ciuitas interdicta: ciues eiuſdem (qui culpabiles non exiſtunt, dummodo & ipſi propter dominum vel rectorem puniendum in eis non fuerint interdicti) poſſunt extra ipſam licitè intereſſe diuinis. Cùm verò alicuius terræ populus interdicto notatur, ſingulares ex eo perſonæ, quas interdictas eſſe conſtat (ne ſententia effectu careat, cùm diuinorum auditio & Sacramentorum perceptio populo vt vniuerſis non competant) non debent alicubi (caſibus expreſſis à iure duntaxat exceptis) audire diuina, vel Eccleſiaſtica recipere Sacramenta *s*.

*ſ textus eſt in cap. ſententia. 16. De ſentent. excom. lib. 6.*

Poſterioris conſtitutionis verba hæc ſunt: Si ciuitas, caſtrum, aut villa ſubiiciantur Eccleſiaſtico interdicto, illorũ ſuburbia & continentia ædificia eo ipſo, intelligi volumus interdicta. Nam licet prædicta videantur aliàs murorum ambitu terminari: hoc tamen caſu ne vilipendi valeat ſententia interdicti (quod fieret, ſi poſſet in ipſorum ſuburbiis vel continentibus ædificiis licitè celebrari, vt priùs) expedit interpretationem fieri latiorem. Ratione quoque ſimili, ſi ſit Eccleſia interdicto ſuppoſita, vel ſubiecta: nec in capella eius celebrari, nec in cœmiterio ipſius eidem Eccleſiæ contiguis

pote-

poterit ſepeliri: ſecus ſi ei contigua non exiſtant t.

*Tempore interdicti quæ Sacramenta, & qualiter officia Eccleſiaſtica adminiſtrari poſſint.*

Non tamen interdicti tempore omnia Sacramenta & diuina officia interdicta ſunt: ſed permittitur Baptiſmus, Cõfirmatio, Pœnitentia, Euchariſtia, (ſed duo poſteriora dũtaxat morientibus u, ) item Miſſæ aliorumq; officiorũ diuinorũ celebratio x: dummodò ſubmiſſa voce, ianuis clauſis, & campanis non pulſatis, dicantur y: præterquam in feſtiuitatibus Natalis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes & Aſſumptionis D. Virginis, quibus diuinorum officiorum celebratio etiam pulſatis campanis, apertis ianuis, altaq; voce admittitur: ſicut latiùs eiuſdem Bonifacii VIII. conſtitutione continetur z.

*t tex. in c. ſi ciuitas 17. de ſent. excom. l. 6.*

u *c. quoniã 19. eodem in 6 c. reſponſo. 43. ext. eod.*

x *c. quod in te. 11. ext. de pœnitent. & remiſſ. d. c. reſponſo c. fi. verſ. cõcedimus eod. in 6.* y *d. c.* z *in d. c. fi. adde & ſolẽnitate Corporis Chriſti & eius octa. per extrauag. Martini V. Eugenij IV. teſte Syluestro in verb. interdictum. 5. num. 2. Vide de his omnibus Couar. ad c. alma mater. de ſent. excom, lib, 6.*

*De pœna interdicti violati.*

Is verò, qui ſcienter in loco celebrat ſuppoſito interdicto (niſi ſuper hoc priuilegiatus exiſtat, aut à iure ſit conceſſum eidem a) irregularitatem incurrit; à qua nequit per alium, quàm per Romanum Pontificem liberari

a *vt ſupr. in §. prox. ximo.*

berari: & adeò efficitur intelligibilis, quod nec ad eligendum cum aliis debebit admitti *b*. Et religioſi tam exempti quàm non exempti *c*; item domini locorum interdictum violantes, excommunicationis ſententia perſtringuntur *d*; ſalua tamen conſtitutione Martini V. quam ſuprà recitauimus *e*.

*b textus eſt in c. is qui 18. §. fi. eod. tit. lib. 6.*

*c iuxta c. 1. c. 3. eodem tit. in Clem. iuncto ca. 12. eod. in Clem. Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de regularibus.*

*d iuxta cap. 2.*

*e eodem §. ſanè.*

*Ratio ordinis ad ſequentes titulos.*

Et hæc hactenus de duabus Iuris Canonici partibus, videlicet, de perſonis & de rebus: proximum erat, vt de tertia parte, quæ eſt de iudiciis, conſequenter videremus; ſed quia ſæpè accidit, vt litigaturi metu iudiciorum ad pacta vel tranſactiones tranſeant, aut in arbitros compromittant, idcircò de his priùs diſpiciamus.

## Notatio in Tit. 23.

*a. Idque dubium non eſt in duobus caſibus expreſſis in cap. 1. de ſentent. & re iud. in 6. & d. cap. 1. de ſentent. excomm. lib. 6. Sed an idem obtineat in cæteris ſuſpenſionibus, meritò addubitari poſſet, propter cap. is qui. 18. in verbis, cùm id non ſit expreſſum in iure, de ſentent. excommun.*

lib

*lib. 6. Nhilominus putat Innocent. communiter receptus, habere locum in omnibus aliis violantibus ſuſpenſionem, prout refert cum Nauarr. in Manual. cap. 27. n. 163. Idem exiſtimant Couarr. in clem. ſi furioſus. in 1. part. §. 1. de homicid. vbi pro regula iuris Pontificii tradit, quòd ſuſpenſus ab offic. ſi eius miniſterium exequatur, aut in eo miniſtret: ſit irregularis. adducit d. c. de ſentent. & re iud. & d. c. 1. de ſentent. excommun. vbi latè explicat. Hos igitur ſecuti ſumus in textu: ſed non ſine ſcrupulo, iudicium aliis deferentes.*

*β. Notandum eſt, irregularitatem non incurri niſi in caſibus expreſſis à iure, per text. in cap. is qui 18. de ſentent. excommun. lib. 6. Etenim odioſa reſtringenda ſunt, non amplianda. c. odia de regul. iur. in 6. Hinc ſi quis prohibitus ſit tantummodo à iure, ne initietur ſacerdotio, non ideò prohiberi debet à Diaconatu, Subdiaconatu, & reliquis Ordinibus inferioribus. Quare Canones, quibus irregularitas inducitur, diligenter inſpiciendi ſunt, quorum magnum numerum citauimus ſuprà lib. 1. tit. 7. vide Gregorium de Valentia tomo 4. commentar. Theolog. diſputat. 7. quaeſt. 19. de irregularitate.*

# DE PACTIS ET TRANSACTIONIBVS.

## TITVLVS XXIV.

### *Pactum quid, & in quo diſtet à tranſactione.*

„ PActum eſt, duorum pluriúmve in idem, „ placitum & conſenſus *a*. Diſtat autem à Tranſactione in eo; quòd qui paciſcitur, donationis cauſa rem certam & indubitatam liberalitate remittit. Qui verò tranſigit *b*, non gratuitò, ſed dato aliquo, vel retento, vel promiſſo *c*.

### *Pactum & Tranſactionem ſeruanda eſſe.*

Vtrique hoc commune eſt, quòd tam pactum quàm tranſactio ſemel inita, ſeruanda ſint *d*: ſiquidem graue eſt fidem fallere *e*, adeò quod & priuilegio Principis per pactum aut tranſactionem derogetur *f*.

a *l. 1. in princ. Digeſtis de pact. licet ibi pactio definiatur: eadē tamen eſt definitio pacti in l. 3. Dig. de pollicitatio.* b *l. 1. ff. de tranſactio.* c *l. tranſactio. 38. C. de tranſact.* d *d. l. 1. ff. de pact. c. 1. & c. 3. ext. eod. l. cauſas. 16. l. non minorem 20. C. de tranſact.* e *l. 1. in princ. Digeſtis de conſtit. pecun. & d. l. non minorem.* f *c. 1. de pact. lib. 6. cap. 1. ext. de tranſact.*

Pactum

*Pactum, ne bonis moribus aut iuri aduerſetur: quamuis quod iuri tantùm aduerſum eſt, iuramento confirmetur.*

In pacto id perpetuò retinendum eſt, ne bonis moribus aut iuri aduerſetur *g*. Neque enim hæc pacta valent; ne dolus præſtetur, ne furti agatur vel iniuriarum, ſi furtum vel iniuria fiat *h*. Item vt beneficium Eccleſiaſticum accepta pecunia reſignetur *i*. Item, pactum cum filia initum, vt dote contenta, hæreditate patris abſtineat *k*: aut cũ vxore, vt marito liceat alienare rem dotalem aut donatam propter nuptias *l*; cùm tria priora pacta turpia ſint: poſteriora verò iuri aduerſa. Quamuis in his poſterioribus receptum ſit, quòd iuriſurandi acceſſione confirmentur *m*: propter iuris regulam qua iubetur, omne iuramẽtum ſeruari, quod non vergit in diſpendium ſalutis æternæ, neque redundat in alterius præiudicium *n*. *a*.

g *c. ſi. ext. de pact. l. pactum 6. C. de pact.*
h *l. ſi vnus. 27. §. illud. cum §. ſeq. Dig. de pact.*
i *c. 4. ext. de pact.*
k *Pactum dotal. 3. C. de collat.*
l *auth. ſine à me. C. ad SC. Velleia. l. vnica. §. penult. C. de rei vxor. act.*

m *c. quamuis de pact. lib. 6. c. cum contingat. 28. de iureiurand. c. 2. de iure iurando. lib. 6.* n *quæ extat in d. c. quamuis. & d. c. cum contingat, in fin.*

*Idem in tranſactione, veluti in cauſa beneficiali aut matrimoniali.*

In Tranſactione ſimiliter animaduertendum eſt; ne hæc contra bonos mores, aut de re, quæ tranſactionem non admittit, inter-

terponatur: veluti, in cauſa ſpirituali, in qua tranſactio ſpeciem ſimoniæ continet *o*, licet in ea amicabilis & gratuita compoſitio non improbetur *p*. At in matrimonio nulla tranſactio nullaque compoſitio admittitur *q*. Si enim legitimè ſemel contractum eſt matrimonium, amplius diſſolui non poteſt *r*; ſin illegitimè; id eſt, contra ſacros Canones initum, reconciliari non poteſt tranſactione vel compoſitione partium *s*.

o *c.4.c.6.c.* 10. *ext. de tranſact.* p. *c. 9.ext.eod.* q *c.fi.ext. de tranſaction.* r *cap.præcipit.c.præceptum.32.quæſt.5.* s *c.non debet.8. in fin. ext.de conſ.& affin.*

## Notatio in tit. 24.

*a. Nec eſt, quòd quis nobis ſuccenſeat, quòd hanc vim iuramento tribuamus; cùm & iure ciuili reſtitutio in integrum, quæ æquitate naturali nititur, l. 1. ff. de minoribus, & tot legibus confirmata & recepta eſt; ſolius iuramenti adiectione excludatur. l. 1. auth. ſacramenta pub. C. ſi aduerſus vendit. & l. 3. C. ſi minor ſe maior. dix. Et ratio textus noſtri eadem eſt quæ eſt d. l. 1. videlicet, perfidia & periurii quibuſve obſtringit iuramenti tranſgreſſor. Quod libuit hic obiter meminiſſe contra Molineum quem citat & ſequitur Mynſing. cent. 6. obſ. 62. in fin.*

DE

# DE ARBITRIS.

## TITVLVS XXV.

### *Arbitri qui.*

ARbitri hoc loco dicuntur, qui ex conuentione partium ſumuntur ad dirimendam controuerſiam *a*; qui in Digeſtis & in Codice vocantur arbitri recepti *b*, quòd ex recepto, id eſt, ex compromiſſo, aſſumantur *c*. Quò factum eſt, vt & hi arbitri compromiſſarii appellantur.

*a ita & ſub tit. Decret. eodem aliàs & iudices quandoque arbitri dicuntur. l. arbitro.* 10. *Dig. qui ſatisdare cog. l.* 3. C. *com. diuid. omneſque ibi quorum arbitrio aliquid commiſſum eſt, vt in contr. l. fi. c. de. con, trah. empt. & c.* b *tit. de recept. arbit.* c *Iuſtiniano interprete in l. rem non nouam.* 12. *circa. princip. C. de. ind.*

### *Quo numero aſſumi poſſint arbitri.*

Aſſumi autem poſſunt, vnus vel plures, pari vel impari numero *d*: quamuis expeditius ſit impari numero eos ſumi; vt ſi omnes non conſentiant, inueniatur ſaltem maior pars, cuius arbitrio ſtetur: in paribus ferè res ſine exitu eſt, propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem *e*.

d *c. & paſſim ext. hoc tit.*

e *l. item ſi vnus.* 19. *§. princ. Digeſt. hoc tit.*

### *Arbitri, vbi in ſententia non conueniunt.*

Hinc, ſi ex tribus arbitris duo in decem & tertius in quinque condemnent, præualet ſententia duorum: licet ſi vnus in quin-

decim

decim, alter in decem, & tertius in quinque pronuncient; huius ſententia præferatur, cùm & aliis duo in hanc ſummam, quæ maiori ineſt, vnà concurrant *f*.

*f c.1. de arbitris. lib.6.*

*Præſentia arbitrorum an neceſſaria.*

Debent autem omnes arbitri adeſſe; alioqui vno abſente, ſentẽtia aliorum licet conſentientium, non valet; cùm in omnes compromiſſum ſit *g*, niſi in cõpromiſſo adiectum eſſet, vt ſi vnus vel alter abeſſet, reliqui nihilominus procederent *h*; aut niſi abſens legitimè requiſitus nolit adeſſe cauſę cognitioni vel definitioni. Nam his caſibus cæteri præſentes poterunt cauſam cognoſcere & decidere; cùm huius abſentia per pręſentiam diuinam repleatur. Quod poſterius ex benignitate iuris Canonici receptum eſt *i*, contra ius Ciuile *k*.

*g l. ſi in tres 20. ff. h. tit.*

*h l. non diſtinguemus 37. §. cum in plures. Digeſtis eod.*

*i c.2. eodem in 6.*

*k in d. l. ſi in tres.*

*Qui arbitri eligendi.*

Nihil autem intereſt, qui arbitri eligantur; dummodo à iure non ſint improbati: quales ſunt ſerui, mulieres, (niſi tamen hæ iuriſdictionem habeant ex conſuetudine loci *l*,) item furioſi, ſurdi, muti *m*, minores 20. annis *n*, excommunicati *o*. Alii verò rectè eliguntur, ſiue ingenui ſint, ſiue liber-

*l. pedius 7. §.1. Digeſt. eod. l. fi. C. eo. l c. dilecti. 4. ext. eod.*

*m l. ſed etſi*

libertini;ſiue integræ famæ,ſiue ignominioſi *p*, ſiue patres familiarum, ſiue filii familiarum etiam in re patris *q*; item,ſiue clerici ſint,ſiue laici, etiam inter clericos; dum tamen inter clericos laici in cauſa ciuili ſumãtur *r*. Nam in laicos de re ſpirituali compromitti non poteſt *s*, non coniunctim cum clerico ex auctoritate iudicis Eccleſiaſtici *t*.

*in ſeruum. 9.§.3.ff.eodem.*

*n 1.cum lege 46.Dig.eod.*

*o quòd hi à fidelium communione excluſi ſint. c.penult. ext.de ſentent. excomm. iuncta tam moderatione. §.ſanè ſuprà de ſentent.excom. p d.l. pedius. in princ. q l. 5. & 6. ff. eodem. r cap. contingit. 8. ext. eod. t c. per tuas. 19. ext. eodem & ibi Imola. numero 7.*

*An in iudicem compromitti poſſit.*

Sed an in iudicem de ea re, in qua iudex eſt, compromitti poſſit? cõtrouertunt quidem alii *u*. Nobis exploratius eſt,poſſe; ſiue loquamur de delegato iudice, ſiue de ordinario *x*: dum tamen id ſponte fiat à partibus non iubente iudice *y*. Cuius rei vtilitas in eo vertitur, quòd non appelletur à ſententia arbitri *z*, & pœnæ petitio detur, ſi qua (vt fieri ſolet) adiecta ſit compromiſſo *a*.

*u propter tex.in l.ſed & ſi.19. §. 1.Digeſtis eodem.vide Imol. ad c. cum tempore ext. eod. & Hoſtienſ. in ſumma numero 3. x per tex. in d. c.cum tempore & ibi gloſ. in c. cum olim.7. c.ex part. 10.ext. eod. c. literas. 14. ext.de præſumpt. y quo ſenſu accipiendus eſt tex. in d. §. 1. z l. 1. C. de recept.arb. niſi in caſu §. adde in fin. infrà de appell. 2. l. 2. Digeſtis eodem. c. 4. & c. 9. ext. hoc tit.*

Arbi-

### *Arbitrorum ſententiæ ſtandum eſt, ſiue æquæ ſiue iniqua; exceptis caſibus hîc relatis.*

Et quia arbitri ex conſenſu partium ſumuntur, ſtandum eſt eorum ſententiæ, ſiue æquam, ſiue iniquam dixerint *a*; cùm ſibi imputare partes debeant quod meliores non elegerint *b*: niſi fortè arbitri præſcriptam compromiſſi formam exceſſerint *c*, aut ſordibus vel gratia ducti, ſententiam tulerint *d*, aut non obſeruato iudicii ordine proceſſerint: cùm arbitria ad ſimilitudinem iudiciorum redacta ſint *e*.

b *l. diem proferre.* 32. §. *ſtari. Dig. de recept. arb. l. ſocietatem.* 77. §. *fi. Dig. pro ſoc. iuncta l. quod quis ex culpa. Dig. de reg. iur.* c *c. cum dilectus.* 6. *ext. hoc titul. l. non diſtinguemus.* 37. §. *de offic. cum §. & l. ſeq. Digeſtis eodem.* d *l.* 3. *C. eodem l. ita demum.* 36. *Digeſt. eod. & ibi latius.* e *l.* 1. *& ibi gloſ. ac DD. Dig. eod. iuncta l. prolatam. C. de ſentent. & interlocut.*

### *De quibus compromitti non poteſt.*

Ad extremum, de cauſa matrimoniali, liberali & criminali compromitti non poteſt; cùm maiores iudices requirãt *f*. Nunc ad iudicia tranſeamus.

f *textus in c. cauſa.* 9 *extr. de integr. reſtitut. d. l. non diſtinguemus. §. Iulia. vbi additur actio popularis, vt nec de ea compromitti poßit. Quæ autem illa ſit, vide gloſſ. & DD. ad l.* 1. *Digeſtis de popul. actio.*

Nota-

# Notatio in tit. vlt.

*Hoc accipiendum eſt, quo ad ius partis quæ læſa eſt, non autem quo ad ius ſcriptum, ſiue non ſcriptum, id eſt, conſuetudinem, ſicut probat textus in l. rem nouam. 12. C. de iud. & ibi Salicet.*

FINIS LIBRI TERTII.

# SVMMÆ IVRIS CANONICI

LIBER QVARTVS

QVI EST DE IVDICIIS.

## DE IVDICIIS.

### TITVLVS I.

*De notione iudicij, & quàm variè intentetur iudicium.*

IVDICIVM quaſi iuris dictio eſt, quòd in eo ius dicatur vel reddatur à iudice *a*. Quod interdum criminaliter, interdũ ciuiliter, interdũ mixtim inſtituitur & exercetur: Criminaliter, veluti de homicidio, adulterio, hęreſi, furto, iniuria, aliisq; delictis tam publicis quàm priuatis; ſi de iis publi-

*a c. forus. §. 1. extr. de verb. ſig.*

publicæ vindictæ cauſa agatur. *b* Ciuiliter; vt in actionibus rei vindicationis, empti, vẽditi, locati, conducti, commodati; & ſimilibus; quibus ciuiliter, id eſt, ad rem nobis applicandam agimus. *c* Mixtim; vt in accuſatione adulterij, quoad ſeparationem tori. *d* Ceterũ de iudicio ciuili priùs diſpiciamus.

*b l. vnica C. quando ciuilis actio, l. fin. Cod. ad leg. cor. de falſ. c d, l. vnica, & ibi Bart. adde & ex delictis publicis & priuatis ciuiliter agi, l. vnica. l. fi. ff de furtis. l. ſi ff. de priuat. delict. l. 6. ff. de iniuriis. iunge §. ceterum ſupra de pœnis;*
d *cap. tua ſ. extra de procurator.*

*Iudicium ex quibus conſtat.*

Conſtat autem iudicium ex quatuor; Iudice, Actore, Reo, & Cauſa quæ in iudicium deducitur. *e* Loquimur autẽ de iudicio contentioſo, in quo inter duos vel plures de aliqua re contentio eſt; Quæ enim voluntariæ ſunt iuriſdictionis; veluti manumiſſio, adoptio, emancipatio, decreti interpoſitio in rebus minorum alienandis, & id genus alia; ſine vlla iudicij forma, nulloque conflictu partium expediuntur. *f*

e *d. c. forus. §. conſtat. iuncto §. in omni quoq;.*

f *§. ſerui. Inſtit. de libertinis. l. 3. ff. de adop. l. fin. C. de emancip. liber. & l. lex 22. C. de adminiſtr. tut. Varias ſignificationes iudicij vide in gloſſa ad §. præterea, Inſtit. Quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam.*

*Iudicij diuiſiones.*

Judicium ex perſona iudicantis; aut eſt Eccleſiaſticum, aut ſeculare: ex re quæ in iudicium venit, aut eſt poſſeſſorium, aut

petitorium: ex modo procedendi aut eſt ordinarium, aut extraordinarium.

*De Iudicio Eccleſiaſtico.*

*g cap. 26. 3. extr. hoc tit. h d. ca. 2. & c. 3. c. contingit. 8. extr. de arbitris ca. Eccleſia. 10. ext. de conſt. i auth. clericus. auth. ſtatuimus. C. de Epiſ. & cler. k c. 1. c. 2. c. 4. & cap. ſi diligenti. 12. ext. de foro comp. l d. ca. ſi diligenti. m c. verū. 7. ext. de foro comp. & ibi Panorm. n Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de reform. iuncto ca. vnico. de clericis coniug. in 6. o cap. vnic. de bigamis in 6.*

Iudicium Eccleſiaſticum eſt; quod coram iudice Eccleſiaſtico agitatur de reb. Eccleſiaſticis, præcipuè ſpiritualibus; veluti, de matrimonio, de beneficiis Eccleſiaſticis, & his annexo iure patronatus. *g* Nam explorati iuris eſt; ſolum Eccleſiaſticis iudicibus, nõ laicis, harum rerum & ſimilium cognitioné competere. *h* Adde & clericorum ciuiles cauſas, vbi conueniuntur, ad Eccleſiaſticum iudicem pertinere. Idque ſingulari priuilegio clericis cõceſſo, tam ex conſtitutionib⁹ Ciuilibus, *i* quàm ex SS. Canonibus: *k* adeò quòd huic priuilegio clerici renunciare, etiam iurato non poſſint. *l*

*Caſus quibus clericus non gaudet priuilegio fori.*

Præterquam ſi clericus vaſallus ſit, & de feudo ſuo controuerſia oriatur; nam hac ſpecie ad notionem domini feudi, etiam ſæcularis reuocatur. *m* Item ſi primâ tantummodo tonſurâ initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, aut coniugatus ſit clericus, niſi ſeruata forma à Conc. Trid. præſcripta; *n* aut ſi bigamus ſit: *o* aut ſi ioculatoriam artem per annum exercuerit: vel ſaltem ea de re tertiò monitus non reſipuerit.

puerit. Nam & hoc caſu clericus priuilegiũ fori ipſo iure amittit; imò exuitur omni priuilegio clericali. p α ſicut & is qui in aſſaſinij crimine deprehenſus eſt. q

p c.venit.de vit.& hon. cler.in 6.

q c.1.de homicid.lib.6. & latius notauimus ad §. vlt. ſuprà de pœnis.

*Iudex Eccleſiaſticus quis adeundus: & de ſeculari iudice.*

Iudex autem Eccleſiaſticus non quiuis adeundus eſt, ſed is duntaxat, in cuius territorio clericus qui conuenitur, vel domiciliũ fouet, vel contraxit, vel deliquit, vel vbi res, de qua cõtrouertitur, ſita eſt: His enim modis clericus forum Eccleſiaſticum ſortitur, q quemadmodum & laicus forum ſeculare: r quando ſcilicet de re ciuili, non Eccleſiaſtica (nam hęc ad iudicem Eccleſiaſticum pertinet ſ) inter laicos, vel inter clericum actorem & laicum reum, contentio eſt. Etenim in cauſa ciuili generaliter receptum eſt; Actorem forum rei ſequi oportere. t

q ca. fin. & c. poſtulaſti. 14. extra. de foro com.

r Authent. quæ in prouincia. Cod. vbi de criminibus. l. fin. Cod. vbi in rem act. l. hæres abſens, 19. §. 1. Digeſt. de iudic. vbi idem ſtatuitur in quaſi contractib. §. ſ ſuprà §. proximo. t. cap. ſi clericus. 5. cap. cum ſit 8. extra. de iud. l. 2. C. de iuriſdict. om. iud.

*De aliis modis prorogandi iuriſdictionem.*

Sed & clerici & laici iuriſdictionem alterius iudicis prorogare poſſunt; veluti, per reconuentionem, per conſenſum, per admiſſionem in Collegium ſiue Vniuerſitatem aliquam.

*De reconuentione.*

Per reconuentionem; ſi in eodem iudicio reus actorem ſuum reconueniat; Nam actor ex alia etiam cauſa in eodem iudicio, reo reſpondere cogitur, licet actor aliàs alterius fori ſit. * 6

* *l. penult. cum auth. ſeq. C. de ſent. & interlocut. c.1. ca.2. ext. de mutuis petit. vbi & in delegato iudice id locum habet.*

*De prorogatione per conſenſum.*

*u l.1. l. 2. ff. de iud. l.1. C. de iuriſdict. om. iud. l. eſt receptum. ff. eod.*

*x l. fin. C. de except. & ibi Bart. l. ſed etſi ſuſceperis. 25. ff.*

Per conſenſum: ſi vterque actor & reus alteri iudici ſe ſpontè ſubiiciant. *u* Quod & quandoq; tacitè fit: veluti in eo, qui vocatus ad alium iudicem coram illo ſe ſiſtit & reſpondet, non ignorans eum eſſe iudicẽ non ſuum. *x* Secus, ſi per errorem alius pro alio iudex aditus ſit; cùm nulla hoc caſu iudicis prorogatio fiat: *y* & ſubſequenter iudicium nullum eſt, quod coram eo inſtituitur. *z*

*de iud. c. inter monaſterium. & ibi latè DD. extrau. de ſent. & re iud.* y *l. ſi per errorem. 14. ff. de iuriſd. om. iud.* z *l.1. & l. fin. C. ſi à non comp. iud. c. at ſi cleric. 4. in princ. extr. de iud. adde c. 50. & ibi gloſſ. extr. de offic. & poteſt. iudicis deleg.*

*Clericus iuriſdictionem prorogare non poteſt abſque conſenſu Epiſcopi.*

Niſi quòd in clerico ſingulariter conſtitutum ſit; quòd hic in alium iudicem Eccleſiaſticum conſentire non poſſit, ſine cõſenſu ſui Epiſcopi. *a*

*a ca. ſignificaſti. 18. iuncto cap. ſi diligenti. 12. extrau. de foro comp.*

*De prorogatione per Collegium, &c.*

Per admiſſionem in Collegium vel Vniuerſitaté aliquam iuriſdictionis prorogatio fit; ideò quod is qui admittitur, notioni Præfecti Collegij vel Vniuerſitatis ſubiiciatur: *b* Dummodo hæc Corpora auctoritate Principis coierint. *c*

b *l. fin. C. de iuriſd. om. iud. auth. habita. Cod. ne filius pro patre.*

c. *l. 3. ff. de colleg. illic.*

*Pœna vocantis ad iudicem alienum.*

Porrò, qui aduerſarium ſuum temerè ad alienum iudicem vocat, amiſſione cauſæ mulctatur. *d* Præterea, iudex ſecularis ſi clericum per ſe diſtringere aut condemnare præſumpſerit, ex Concilio Pariſienſi, tamdiu ab Eccleſia Dei, cui iniuriam irrogauit, ſubmouetur, quouſque emendationem reatus ſui intulerit. *e*

d *l. in crim. §. Cod. de iuriſd. om iud. adde d ca. ſi diligenti.*

e *c. 2. ext. de foro comp.*

*In obſcuro quilibet vocatus comparere tenetur.*

Vbi tamen dubium eſt, an vocatus de iuriſdictione vocantis ſit; tenetur vocatus cõparere, ipſeque iudex æſtimabit, an ſuæ ſit iuriſdictionis. *f*

f *l. ſi quis ex aliena. ff. de iud. De clerico malefactore per ſecularẽ iudicẽ cõprehenſo, vide tex. ſing. c. ſi iudex 12. de ſent. excom. li. 6.*

*De altera diuiſione iudicij poſſeſſorij & petitorij.*

Judicium verò poſſeſſorium eſt, in quo de ſola poſſeſſione vel quaſi contenditur, ſiue adipiſcenda; ſiue retinenda, ſiue recupe-

cuperanda. Poſſeſſio propriè eſt rerum corporalium: g quaſi poſſeſſio rerum incorporalium: h Petitorium iudicium eſt; in quo de rei controuerſæ proprietate, vel de alio iure agitur extra poſſeſſionem vel quaſi: puta ſi res vindicetur, i hæreditas petatur, k actio empti, venditi, locati, conducti, depoſiti, aliáve intentetur: vel ſi contendat quis, ius eligendi, præſentandi, conferendi ſibi competere: l vel matrimonium inter ſe & Titiam contractum eſſe legitimè. m His enim & ſimilibus caſibus, petitorium iudicium exercetur. Vtro autem iudicio, poſſeſſorio an petitorio agatur, ex concluſione libelli ſiue narrationis, potiſſimùm intelligitur.

*g l. 4. in prin. & ibi gl. ff. de adq. vel amitti poſſ.*
*h l. ſi quis diuturno. 20. in princ. ff. ſi ſeruit. vindic. c. 3. ext. de cauſ. poſſ. & prop.*
*i l. qui petitorio. 37. ff. de rei vind.*
*k toto tit. ff. de petit. hæred.*
*l d. ca. 3. c. 4. extr. de cauſa poſ.*
*m c. 1. ex de ord. cognitionum.*

*Iudicium poſſeſſorium & petitorium ſimul proponi poſſunt: & ab vno ad alterum recurſus datur.*

Poteſt autem vtrumque iudicium ſimul coniungi & cumulari vno eodemque libello ſiue narratione: n quod & eo caſu fieri intelligitur, quando ſimpliciter res petitur reſtitui. o Quin & iure obtentum eſt, vt ſi ſeparatim petitorio actum ſit, & nondum renunciatum vel concluſum in cauſa, recurri poſſit ad poſſeſſorium: p Nec enim agendo petitorio, videtur poſſeſſorio quis renunciaſſe; cùm nihil commune habeat proprietas cum poſſeſſione. q

*n c. 3. c. 4. c. 6. ex de cauſ. poſſ.*
*o d. ca. 3.*
*p ca. paſtoralis. extr. de cauſa poſ. & cap. vnic. in Clem. eod. l. naturaliter. 11. §. 1. ff. de adquir. poſſ.*
*q d. §. 1.*

*Conſultius eſt intentare poſſeſſorium; & quare*

Conſultius tamen fecerit, qui petitorio iudicio experturus eſt, ſi priùs diſpiciat, an poſſeſſorio iudicio nanciſci poſſit poſſeſſionem, propter cõmodum poſſeſſionis, quod in eo vertitur; quod adepta poſſeſſione cogetur aduerſarius ad onera petitoris, id eſt, probare rem ad ſe titulo aliquo pertinere; r. & ſi hic probatione defecerit, remanebit apud alium poſſeſſio: Cùm enim obſcura ſunt vtriuſque iura, contra petitorem iudicari ſolet. ſ

r *l. is qui deſtinauit. 25. Digeſt. de rei vind.*

ſ *§. commòdum poſſeſſionis. Inſtit. de interdict. & l. fin. C. de rei vind.*

*De iudicio ordinario & extraordinario.*

Denique iudicium ordinarium vocamus, in quo ſolenniter ſeruato iudicij ordine proceditur; * puta, cùm reo in ius vocato libellus, hoc eſt, actoris intentio ſcripto editur; litis conteſtatio fit, iuramentum calumniæ præſtatur, probatione res docetur, & excutitur, ſententia in ſcriptis fertur à ſedenté iudice; & poſtremò, executioni mandatur; niſi ea per appellationem vel reſtitutionem in integrum, vel ſupplicationem ſuſpendatur aut reſcindatur, vel nulla declaretur: de quibus ſigillatim à nobis diſſerendum eſt. t

* *ac proinde ſolenne vocari ſolet.*

t *Atque hic ſolennis procedendi modus obſeruatur in iudicio; alioqui ſententia nulla eſt. l. prolatã. & ibi latiùs DD. Cod. de ſent. & interloc. & c. in cauſis. 19. extr. de ſent. & re iud.*

*Quod iudicium extraordinarium, & quæ cauſæ in hoc iudicium veniant.*

Judicium verò extraordinarium dicimus; in quo omiſſo ſolenni iudicij ordine, ſimpliciter & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura iudicij proceditur, veluti, in cauſis electionum, poſtulationum, vel prouiſionũ; item, dignitatum, perſonatuum, officiorũ, canonicatuum vel præbendarum, ſeu quorumcumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, item decimarum; nec non matrimoniorum, vel vſurarũ, & quæ quoquo modo eas concernunt: Quæ ex Clementina conſtitutione, omiſsâ ſolennitate iudicij, expediri poſſunt à iudice; ſic tamen vt probationes neceſſariæ & defenſiones legitimæ, citatio, præſtatio iuramenti de calumnia vel malitia, ſiue de veritate dicenda, non excludantur, & ſententia definitiua in ſcriptis feratur à iudice ſiue ſedente ſiue ſtante. u

*u c. 2. de iud. in Clem: iuncto c. ſæpe de verb. ſign. in Cle. adde & cauſam hæreſis & maieſtatis, in quibus etiam ordo ſolennis iudicij non ſeruatur. ca. fin. de hæret. in 6. & extrauag. Henricus VII. Quomodo in cap. læſæ maieſt. & ibi latius.*

*Iudex ad concordiam partes reuocet.*

Illud meminerit iudex, vt litigantes, ſi poſſit, ad concordiam reuocet, etiam pendente iudicio; ſin minus (cùm nemini inuito

uito ius ſuum auferre liceat x) notionem ſuam interponat, & litem dirimat. y. Cùm ad eius officium pertineat, lites, quantum fieri poteſt, diminuere. z.

*x l. fin. ff. de pactis. ca. indultum de reg. iuris in 6. & l. id noſtrum ff. de reg. iuris. y ca. fin. extra. de tranſact. cap. 1. ext. de mutuis petit. An autem perſpecta cauſa poſſit iudex. vide Panormit. ad d. ca. fin. z quidam 21. in fin. ff. de reb. cred.*

*De actis iudicialibus conſcribendis.*

Ad ſubmouendam autem omnem dubitationem, quæ circa acta iudicij incidere poſſit; ſancitum eſt ab Innocentio III. in generali Cōcilio Lateranenſi in hæc verba: Statuimus vt tam in ordinario iudicio quàm extraordinario, Iudex ſemper adhibeat aut „ publicam (ſi poteſt habere) perſonam, aut „ duos viros idoneos, qui fideliter vniuerſa „ iudicij acta conſcribant: videlicet, citatio- „ nes, dilationes, recuſationes, exceptiones, „ petitiones, reſponſiones, & interrogatio- „ nes, confeſſiones, teſtium depoſitiones, in- „ ſtrumentorum productiones, interlocutio- „ nes, appellationes, renuntiationes, con- „ cluſiones, & cætera, quæ occurrerint, com- „ petenti ordine conſcribenda; loca deſig- „ nando, tempora, & perſonas. Et omnia ſic „ conſcripta partibus tribuantur: ita quod o- „ riginalia penes ſcriptores remaneant: vt ſi „ ſuper proceſſu iudicis fuerit ſuborta con- „ tentio, per hoc poſſit veritas declarari: qua- „ tenus hoc adhibito moderamine, ſic hone- „

„ ſtis & diſcretis deferatur iudicibus, quòd „ per improuidos & iniquos, innocentium „ iuſtitia non lædatur. Iudex autem, qui con- „ ſtitutionem ipſam neglexerit obſeruare, ſi „ propter eius negligentiam quid difficultatis „ emerſerit, per ſuperiorem iudicem animad- „ uerſione debita caſtigetur: nec pro ipſius „ præſumatur proceſſu; niſi quatenus in cauſa „ legitimis conſtiterit documentis. *a* Sed „ ſolennia iudiciorum, vt ante præmiſimus, „ breuiter tradamus.

a *Text, eſt in ca. quoniam contra* 11. *ext. de probat.*

# Notatio ad Tit. 1.

*α Vide Did. Couarr. pract. quæſt. cap. 32. nu. 2. verſ. Tertio hic. quo loco apertè inquit, in cap. 1. de vita & honeſt. cler. in 6. contineri caſum, in quo clericus etiam in ſacris, abſque vlla degradatione amittit priuilegium clericale omnino ipſo iure, etiã quoad forum, iuxta communem illius text. interpretationem. Adde omnino Panorm. ad ca. perpendimus. 13. num. 8. extr. de ſent. excom. Omiſimus caſum cap. 1. de vita & honeſt. in Clem. de clericis laniis & tabernariis, qui & tertiò moniti priuilegium clericale amittunt. Sed hic caſus non ſolet amplius aut rariſſimè incidere.*

*β In clerico tamen actore, an is coram iudice ſeculari reconueniri poſſit, diſputat latè Felin. ad cap. at ſi clerici. nu. 8. cum ſequentib. extrauag. de*

*iudic. vbi etſi reconueniri poſſe concludat, exceptis quatuor caſibus; nihilominus certò affirmare non audet, ſed reliquit iudicio lectoris.* Et meritò, propter Textus in *cap. ſi diligenti.12. extrau. de foro comp. qui licet loquatur de conuentione, tamen eadem ratio eſt de reconuentione; cùm per hanc ſæcularis iudex ipſi conſtitueretur, in præiudicium totius Cleri,*

γ *Itaque in cauſis iam enumeratis, etſi libellus, litis conteſtatio, aliaq́; quæ ad formam iudiciorum pertinent, non requirantur, planè tamen probationes & defenſiones admitti debent; item iuramentum de calumnia, vbi ſcilicet, illud petitur.* Nam *in grauibus cauſis per verba illa; (ſimpliciter, & de plano, & ſine figura iudicij) ſolennia quidem iudiciorum remittuntur, ſed non probationes. Cæterùm in leuioribus, quæ parui momenti ſunt, & in quibus præiudicium non fit veritati ſiue cauſæ principali per prædicta verba, non ſolùm iudicij ſolemnis ordo ſublatus intelligitur, ſed etiam ſufficit rem ſemiplenè & ſummariè probari, vt in caſibus recenſitis à gloſſa in lege tertia,* Paragrapho, *ſciendum.* Digeſtis *de exhibitis.*

δ Hæc *itaque nomina inter acta iudicialia recenſentur, quæ à notario, ſiue eo deficiente ab aliis duobus viris, conſcribi iubentur; ita tamen, vt partibus copiam dando, originalia penes ſe retineat.* Neque *eo ordine, quo hic enumerantur, acta conſcribenda ſunt, ſed prout*

*ordo*

„ ſtis & diſcretis deferatur iudicibus, quòd
„ per improuidos & iniquos, innocentium
„ iuſtitia non lædatur. Iudex autem, qui con-
„ ſtitutionem ipſam neglexerit obſeruare, ſi
„ propter eius negligentiam quid difficultatis
„ emerſerit, per ſuperiorem iudicem animad-
„ uerſione debita caſtigetur: nec pro ipſius
„ præſumatur proceſſu; niſi quatenus in cauſa
„ legitimis conſtiterit documentis. *a* ◦ Sed
„ ſolennia iudiciorum, vt ante præmiſimus,
„ breuiter tradamus.

*a Text, eſt in ca. quoniam contra 11. ext. de probat.*

# Notatio ad Tit. 1.

*α Vide Did. Couarr. pract. quæſt. cap. 32. nu. 2. verſ. Tertio hu. quo loco apertè inquit, in cap. 1. de vita & honeſt. cler. in 6. contineri caſum, in quo clericus etiam in ſacris, abſque vlla degradatione amittit priuilegium clericale omnino ipſo iure, etiã quoad forum, iuxta communem illius text. interpretationem. Adde omnino Panorm. ad ca. perpendimus. 13. num. 8. extr. de ſent. excom. Omiſimus caſum cap. 1. de vita & honeſt. in Clem. de clericis laniis & tabernariis, qui & tertiò moniti priuilegium clericale amittunt. Sed hic caſus non ſolet amplius aut rariſſimè incidere.*

*β In clerico tamen actore, an is coram iudice ſæculari reconueniri poſſit, diſputat latè Felin. ad cap. at ſi clerici. nu. 8. cum ſequentib. extrauag. de*

*iudic. vbi etſi reconueniri poſſe concludat, exceptis quatuor caſibus; nihilominus certò affirmare non audet, ſed reliquit iudicio lectoris. Et meritò, propter Textus in cap. ſi diligenti.12. extrau. de foro comp. qui licet loquatur de conuentione, tamen eadem ratio eſt de reconuentione; cùm per hanc ſæcularis iudex ipſi conſtitueretur, in præiudicium totius Cleri,*

γ *Itaque in cauſis iam enumeratis, etſi libellus, litis conteſtatio, aliaq́; quæ ad formam iudiciorum pertinent, non requirantur, planè tamen probationes & defenſiones admitti debent; item iuramentum de calumnia, vbi ſcilicet, illud petitur. Nam in grauibus cauſis per verba illa; (ſimpliciter, & de plano, & ſine figura iudicij) ſolennia quidem iudiciorum remittuntur, ſed non probationes. Cæterùm in leuioribus, quæ parui momenti ſunt, & in quibus præiudicium non fit veritati ſiue cauſæ principali per prædicta verba, non ſolùm iudicij ſolemnis ordo ſublatus intelligitur, ſed etiam ſufficit rem ſemiplenè & ſummariè probari, vt in caſibus recenſitis à gloſſa in lege tertia, Paragrapho, ſciendum. Digeſtis de exhibitis.*

δ *Hæc itaque nomina inter acta iudicialia recenſentur, quæ à notario, ſiue eo deficiente ab aliis duobus viris, conſcribi iubentur; ita tamen, vt partibus copiam dando, originalia penes ſe retineat. Neque eo ordine, quo hic enumerantur, acta conſcribenda ſunt, ſed prout*

*ordo*

*ordo iudicij dictauerit. Et cum plura alia, quàm quæ hic referuntur, in iudicio occurrant, videlicet; litis conteſtatio, iuramentum calumniæ, & malitiæ, iuramentum teſtis, ſententia definitiua, & ab eadem appellatio; prudenter adiectū eſt in eod. ca. quoniam contra. (& cætera, quæ occurrerint,) vt ea, quæ omiſſa ſunt, vna hac quaſi clauſula comprehenderentur. Deinde etſi in extraordinario iudicio hæc omnia occurrere non ſoleant, §. iudicium verò extraordinar. ſuper eod. tamen ſi incidant, neceſſariò conſcribenda ſunt. Igitur in iudicio, licet hæc propoſita & agitata fuerint, ſi tamen non cōſcripta ſint, non præſumentur interueniſſe: adeò licet iudex contrà aſſerat. d. cap. quoniam contra. in princ. & c. cùm à nobis 28. & ibi gloſſ. extr. de teſtibus.*

# DE IN IVS VOCANDO.

## TITVLVS II.

*Principium inſtituendi iudicij, citatio.*

PRincipium inſtituendi iudicij citatio eſt; quâ quis in iudicium vocatur, experiundi iuris cauſa. *a* Eaque omiſſa, iudicium redditur ipſo iure nullum. *b*

a §. *fin. Inſt. de pœna tem. litig. iuncta l. 1. ff. de in ius voc.* b *l.* 1 §. *item cum ex edicto. ff. quæ ſent. ſine appell, c. Eccleſia.* 10. *extra, de conſtit. cap.* 8, *ext. de maior. & ob.*

Citatio

*Citatio non impunè negligitur, niſi, &c.*

Emiſſa verò, non impunè negligitur, pœna in contumacem conſtituta: *c* niſi incompetentis iudicis aut alia iuſta exceptione vocatus ſe purgauerit; Certa enim iuris ſententia eſt, Extra territorium ius dicenti, impunè non paretur; idem eſt, & ſi ſuprà iuriſdictionem ſuam velit ius dicere. *d* Exceptiones verò iuſtæ ſunt; ſi vocatus magiſtratum gerat, & coërcendi ius habeat, vel aliàs iudex ſit, dum de re cognoſcit; vel vocatus, parens ſit, vel patronus vel patrona, quos ſine permiſſu Prætoris in ius vocare non licet. Prætereà, ſi vocatus, propter loci religionẽ, inde ſe mouere non poſſit; vel funus ducat, iuſtáve mortuo perſoluat; vel litigandi cauſa neceſſe habeat in iure vel certo loco ſiſti; vel nuptiis ſuis, vel valetudine, vel aliâ ſimili causâ præpediatur. *e* Eodem numero & locus minus ſecurus aut incommodus continetur. *f*

*c vt infrà tit. de dolo & conſum.*

*d in l. fin. ff. de iuriſdict. om. iud. ad de ibi gloſ. & DD. in l. fi. C. ſi à non comp. iud. coniungo. §. vbi ſupr. ac iud.*

*e de quibus latius in l. 2. l. 3. cum ſeq. ff. de in ius voc. & in l. 2. cum l. ſeq. ff. ſi quis cautio. f per tex. in c. ex parte. 47. ex. de appell. in ca. paſtoralis de ſent. & in iud. in Clem. in l. ſi locus. 59. ff. de iudiciis.*

*Impedimento ceſſante, citatum comparere oportere.*

Vbi tamen impedimentum ceſſauerit, tenetur nihilominus citatus adire iudicem, neque priſtina excuſatione ſe amplius tueri

poterit

poterit. Siquidem mandato iudicis, quo quis ad certum diem adeſſe iubetur; duo continentur; vnum, vt ad eum veniat: alterum, vt ad diem præfixum veniat: vnde ſi venire non poſſit ſtatuto die, alteri nihilominus parere cogetur. *g*

*Sola citatione continuatur iuriſdictio.*

Si quis, poſteaquam in ius vocatus eſt, alterius fori eſſe cœperit, in ea cauſa ius reuocandi forũ non habet, quaſi præuentus. *h*

*De citatione ad diem feriatam.*

Ad hæc citatio ad diem feriatam facta, nullius momenti eſt; veluti, ad diem feſtum, vindemiarum vel meſſium, quibus ex iuris præſcripto iudicium non exercetur: *i* præterquam ſi neceſſitas vel pietas aliud ſuaſerit: *k* aut ab vtraque parte renunciatum ſit feriis vindemiarum vel meſſium, quæ in fauorem hominum introductæ ſunt: Nam feriis in honorem Dei, nequaquam renunciari poteſt: *l* cum pactis priuatorum iuri publico minimè derogetur. *m*

*Citatio vbi & quoties inſinuanda.*

Citari autem reus præſens debet, aut eo abſente procurator eius, ſi quem reliquit: alioqui domi ſuæ, vel apud Eccleſiam citatio inſinuanda eſt. *n* Neque ad conuincendam

g *ca. cum dilecti. 6. extr. de dolo & contum. fac. l. Celſus 27. §. 1. ff. de recept. arb.*
h *l. ſi quis poſteà. 7. ff. de iudic. l. penult. ff. de iuriſdi. om. iud. c. propoſuiſti. 19. ext. de foro com. c. gratum.*
i *l. 2. l. 3. & l ext. de offi. & pot. iud. deleg. fin. C. de feria. l. 1. ff. eod. & ca. fin. extr. eod.*
k *d. ca. ſi exempla ſunt in l. 1. §. fin. cum 2. ll. ſeqq. ff. de feriis.*
l *d. c. fin. & l. 1. ff. eod.*
m *in l. ius publicum. ff. de pact. cap. ſi diligenti ext. de foro comp.*
n *cap. 3. & ibi Panorm. & c. fin. ext. de dolo & contum. l. 4. §. prætor ait. Digeſt. de dam. infect. In citationib. S. Pontificis, vide ſingularia in c. 1. de iud. in Clem.*

cita-

citati contumaciam vna citatio ſufficit, ſed trina requiritur, interiecto iuſto dierum ſpacio, vel ſaltē vna peremptoria, quæ tantum temporis contineat, quantum trina citatio. *o*

o *l. ad peremptorium. 68. cum aliquot ll. ſeqq. ff. de iud. l. conſentan. 8. cum l. ſeqq. C. quomodò & quando iudex.*

# DE PROCVRATORIBVS ET DEFENSORIBVS.

## TITVLVS III.

Liberum eſt verò reo, vel per ſe, vel per procuratorē ſe defendere: *a* imò & quilibet alius abſque mandato, rei defenſionem rectè in ſe ſuſcipit; dummodo defenſor ſatiſdet iudicatum ſolui. *b* Cæterum de procuratoribus, qui & pro actoribus interuenire poſſunt, *c* hîc generaliter tractemus.

a *l. 1. ff. hoc tit. & tit. Inſtit. de iis, per quos ag. poſſ.* b *§. fin. Inſt. de ſatiſdat. l. qui proprio 46. § 2. ff. hoc tit.* c *d. l. 1, & d. tit. Inſt.*

### *Procurator quis.*

Procvrator eſt, qui alienanegotia mandato domini adminiſtrat. Ita Vlpianus. *d* Verùm de iure Canonico latiùs

pater

patet nomẽ procuratoris, quo & à non domino procurator conſtituitur veluti à Prælato, vel ab alio clerico in cauſis eccleſiaſticis. *e* Sed & ab Vniuerſitate vel Collegio, rectè procurator datur, qui proprio nomine Syndicus, vel Actor appellari ſolet. *f* Verùm hi, cùm propè domini ſint, propter adminiſtrationem quam habent, non omninò reiici poſſunt à definitione Vlpiani.

*e c. 1. & paſſim toto tit. ext. de procura. c. olim. 12. ext. de reſtit. ſpol. Idq; alienum nõ eſt à iure Nouell. in §. ſi quando Nouell. 23. de ſanctiſ. epiſ. f c. vnico ext. de Syndico l. 1. §. quib. & l. item 6. §. 2. ff. quod cuiuſq; vniuerſit. vide Bart. ad d. l. ff. hoc tit.*

### *Tutor & curator quando procuratorem conſtituant, item quando ipſe procurator alium ſibi ſubſtituere poſſit.*

Non idem eſt in tutore & curatore minorum, quibus procuratoris conſtituendi ius non eſt, ſed ipſis minoribus cum auctoritate eorum: *g* niſi anteà tutor vel curator litem per ſe conteſtatus fuerit; Hac enim ſpecie procuratorem & ipſi conſtituunt, tamquam iam domini litis facti. *h* Quod & receptum eſt in procuratore, vt & is alium ſibi procuratorem ſubſtituere poſſit, lite priùs à ſe conteſtatâ; vel ſi mandato ſuo ius ſubſtituendi habeat. *i*

*g l. neq; 11. C. hoc tit.*
*h d. l. neque & l. quod quis. 8. l. nulla 23. C. eodem.*
*i c. is qui 3. eod. in 6.*

### *Duplex procuratorum genus; & eorum differentia.*

Loquimur potiſſimùm de procuratoribus iudicialibus. Etenim duplex procuratorum

torum genus eſt; vnum eorum, qui conſtituuntur ad negotia extra iudicium explicanda: *k* alterum, qui ad iudicialia tractanda: *l* Vterque ad vnũ vel plura negotia coram, vel in abſentia per epiſtolam, aut per nuncium, rectè conſtituitur: *m* In hoc tamen vnus ab altero diſtat: quod licèt poſt decimum ſeptimum ætatis annum procurator ad negotia dari poſſit; non tamen ad iudicia: Nam hunc maiorem viginti quinque annis eſſe oportet: *n* Item procurator ad negotia, liberè quandocumque alium ſubſtituere poteſt: *o* ad iudicia non item: niſi lis ab eo conteſtata fuerit, vel id mandato ſuo contineatur, vt & ante dictum eſt: *p* vel niſi in rem ſuam procurator datus ſit. *q*

k *de quibus ſub titul. de mandato in ff. C. & Inſtitut.*
l *de quibus paſſim hoc titul. ext. in Dig. & C.*
m *l. 1. § 1. cum §. ſeq. ff h. tit. l. 1. & l. ſi verò non. 12. §. cõtrario. Dig. mandati.* n *c. qui generaliter. 5. §. fi. eod. titul. in 6.*
o *c. 1. §. fi. eodem in 6.* p *in §. non idem.* q *d. c. 1. §. 1.*

*Plures procuratores ſimul conſtitui poſſe ad iudicia.*

Nihil verò impedit; vnus vel plures ad litem inſtituendam vel perſequendam procuratores conſtituantur, vt tamen non ſeorſim ſinguli ſed omnes ſimul gerant, præterterquam ſi in ſolidum dati ſint, quâ ſpecie melior conditio erit occupantis lite, ſcilicet, per eum conteſtata: niſi aliud mandato contineatur. *r*

r *c. ſi duo. 6. eodem lib. 6. l. plurib. 32. Digeſt. eod.*

*Caſus excepti quibus ex pluribus procuratoribus non in ſolidum datis, vnus rectè agit.*

Singulariter verò obſeruatur in cauſis electionum, poſtulationum, prouiſionum, aliiſque ſpiritualibus (cùm hæ celeriorem expeditionem deſiderent) vt ex pluribus procuratoribus non in ſolidum datis, iudex poſſit magis idoneum ſeligere; ne res concurſu eorum implicetur. *s*

*De procuratoribus diuerſo tempore datis.*

Vbi autem duo procuratores diuerſis temporibus dati ſunt; poſterioris datione prior tacitè reuocatus intelligitur, *t* niſi à priore lis iam ante conteſtata fuerit. *u*

*Qui procuratores dari poſſunt: & vt mandati fines ab eo cuſtodiantur.*

Omnes procuratores dari poſſunt, qui à iure non prohibentur, *x* adeò vt & laicus ad cauſas ſpirituales: *y* item filiusfamilias licèt parte diſſentiente. *z* Mandati tamen fines diligenter ab eis cuſtodiendi ſunt: alioqui non tam danti, *a* quàm ſibi nocebunt, *b*

s *d. c ſi duo. §. fi.*

t *c. penult. ext. eod. l. ſi quis* 31. *§. fi. Dig. eod.*

u *vt infrà eod. § procurator.*

x *c.* 1. *in fin. princip. eod. in* 6. *de quo latè Hoſtienſ. in ſumma huius tit. num.* 8.

y *d. c.* 1. *fi.*

z *qui* 5. *§.* 1. *eodem in* 6. *& l. filiusfamilias. § ipſe quoque. ff. eod.*

a *l. ſi procurator.* 10. *C. mandati.* b *c.* 9 *ext. de arbitr.*

De

*De mandato generali.*

Sed etſi quis generaliter procurator conſtitutus ad negotia; etiam ad iudicia datus intelligatur; non tamen ad ea, quæ ſpeciale mandatum requirunt: adeò licèt expreſsè ad agendum & defendendum ac generalibus verbis ad omnia etiamſi mandatum exigant ſpeciale, quis procurator conſtitutus fuerit; nec enim ex vi generalitatis huiuſmodi, ad aliquem articulum in quo ſpeciale mandatum requiritur (vt eſt, iuramentum deferre aduerſario, vel cum eo tranſigere, vel paciſci) admitti debet; ſed ita demum vbi is ſigillatim expreſſus eſt, aut ſi de vno vel altero ex his, quæ ſpeciale mandatum exigunt, expreſſo ſubiecta fuerit, clauſula generalis; qua tum & non expreſſa continebuntur; *d*, dummodo hæc grauiora non ſint expreſſis; vt ſunt, matrimonij contractus, & exceptiones, quæ in electi, vel eius cui prouiſio facienda, vel facta eſt, perſonam obiiciuntur: hæc enim propter ſui momentum, expreſſum mandatum deſiderant. *e*

d *c.4. c.5. eod. in 6. l. procurator. cui 58. cum l. ſeq. Dig. eod. de quib. latius apud Speculator.*

*e in tit. de procurator. c c fi. iuncta ibid. gloſſ. eod in 6. c. 2. eod. in Clem. facite. ſedes 15. ex. de reſcript. l. generali 34. Dig. de ritu nup.*

## *An in criminali cauſa procurator admittatur.*

Quæſitum eſt, an etiam in criminali cauſa Procurator admittatur? Et certum

eſt, non admitti, *f* præterquam ad allegandam abſentiæ cauſam, *g* aut vbi abſens propter crimen ſiue delictum damnari poteſt pecuniariter, vel relegationis pœna. *h* Vbicumque, *ait Vlpianus*, abſens quis damnari poteſt, ibi quemuis verba pro eo facientem & innocentiam excuſantem audiri æquum eſt & ordinarium admittere. *i*

*f per tex. in c. 18 c. abſens 3. q. 9. in c. veniens. 15 ext. de accuſ. in c. 5. ext. de procurat. & in l. penult. §. 1. ff. de publ. iud.* g *d. §. 1. & l. abſens 71. Dig. de procuratorib.* h *l. abſentem. 5. Dig. de pœnis. & l. 1. Dig. an per alium cauſa appel. l. 3. de accuſ.* i *l. ſeruum. 33. §. penult. Dig. de procurat.*

## *De reuocatione procuratoris.*

Procurator ante litis conteſtationem ſemper reuocari poteſt, poſteà verò inuitus non poteſt, cùm iam dominus factus ſit litis. Niſi iuſta cauſa reuocationem ſuadeat; vt puta, ſi procurator ſuſpectus ſit, vel affinis vel hæres aduerſarij, vel ſi valetudine aut alia re impediatur: Idque æſtimabit iudex. *k*

k *l. poſt litẽ 17. cum aliquot ll. ſeq. ff. eod. & c. 2. eod. in 6.*

## *Dominus procuratori adeſſe non prohibetur in iudicio.*

Non tamen prohibetur dominus ipſi procuratori quandocunque adſiſtere in iudicio. *l* Et ſi cauſam per ſe tractet dominus, tacitè videtur procuratorem reuocare, niſi ex proteſtatione aut aliis coniecturis, contrarium appareat. *m*

*l d. c. 2. in fi.*

m *c. ſi quem 8. eod. in 6.*

*Reuo-*

*Reuocatio procuratoris iudici vel aduerſario inſinuanda eſt.*

Vbi verò procurator extra iudicium reuocatus eſt; id inſinuari debet iudici, vel aduerſario. Aliàs, quod his ignorantibus ab eo geſtum erit, ratum habendum eſt. *n* At reuocationem ſcientibus iudicium nullius momenti erit, tanquam cum falſò procuratore geſtum. *o*

*Qui pro alio agit, non ſemper mandato opus habet.*

Poſtremò ſciendum eſt, quòd etſi alius pro alio ad agendum abſque mandato non admittatur: *p* receptũ eſt tamen in coniunctis perſonis (quales ſunt parentes, liberi, fratres, affines, liberti *q*) vt pro inuicem agere poſſint abſque mandato: Idem receptum eſt in marito in cauſa vxoris, *r* dummodò hi omnes de rato caueant *s* *v* In reo indifferenter admiſſum eſt, vt quilibet pro eo defenſor abſque mandato interuenire poſſit, cum ſatiſdatione de iudicato ſoluendo. *t*

n *c. mãdato. 13. c. in noſtra. 4. ext. eod. adde vtrobique DD.*

o *d. c. in noſtra. l. licet. 24. C. eod.*

p *l. 1. ff. eod. iuncta l. nemo. 123. ff. de reg. iur.*

q *l. ſed & her. 35. l. fœminis 41. ff. de procurator. l. exigendi 12. C. eod.*

r *l. maritus. 1. C. eod.* s *l. Pomponius. 11. §. fi. ff. eod.* t *§. fi. Inſtit. de ſatiſdat. & l. qui proprio 46. §. 2. ff. de procurat.*

## Notatio in Tit. 3.

*a An quis teneatur per procuratorem litigare, vide Panorm. ad c. cum dilecti. num. 13. ext. de dolo & contum. & ad c. 2. n. 7. ext. de procurat. & ibid. Imol.*

*β Etſi ante conteſtatam litem licitè reuocari poſſit procurator: tamen id non obtinet in procuratore ſubſtituto, qui ſuſcepto ſemel mandato, etſi eo nondum vſus fuerit, à ſubſtituente reuocari non poteſt: quia intelligitur conſtitutus ab ipſo domino; cùm procurator principalis ſubſtituendo cenſeatur officio ſuo functus: niſi & poteſtatem habeat reuocandi. d. cap. 3, & ibi gloſ. hoc tit. in 6.*

*γ Adde & pro his agi poſſe abſque mandato, qui enumerantur in l. 1. §. fi. cum l. ſeqq. ff. de poſtu. ex gloſſæ & Bartoli ſententia ad d. l. ſunt & hæ ff. de procur.*

# DE DOLO ET CONTVMACIA.

## TITVLVS IV.

### *De Pœnis in contumaces.*

CItatione legitimè factâ; ſi reus per ſe aut per procuratorem non comparet, aut defenſorem non habet, *a* nulla iuſta cauſa impeditus; *b* *α* contumacia eius variè punitur. Nam aut mulcta illi infligitur à iudice, *c* aut actori in expenſas aliaque damna condemnatur, *d* aut inuitus ad iudi-cium

a *iuxta pri. tit. proximè praced.* b *de qua ſuprà de in ius vocando. §. 1. l. 2. Dig. ſi quis in ius vocand.* d *l. ſancimus. C. de iudic. & ibi Bald. Salyc. & Iaſon.*

cium ducitur, *e* aut excommunicatur, *f* aut miſſionem bonorum patitur. *g* Neq; enim lite nondum conteſtatâ ad merita cauſæ deueniri poteſt: *h* niſi paucis caſibus, qui infrà referuntur. *i* Eſt autem contumax, qui tribus edictis propoſitis vel denunciationibus ex more conuentus, aut vno edicto pro tribus (quod vulgò peremptorium appellatur) literis euocatus, præſentiam ſui facere contemnit. *k* ß Cæterum de miſſione bonorum hîc latius diſpiciamus.

*e l. conſentaneum 8. C. quomodo & quando. Panorm. ad c. 4. circa fi. ext. hoc tit.*

*f c. fi. §. fi. ext. vt lite nõ conteſt. Hodie tamen ad pœnam excommunicationis non deuenitur, quãdo poteſt aduerſus eum realis vel perſonalis executio fieri, vide Concilium Tridentinum. ſeſſ. 25. cap. 3. de reformat.* g *vt iam dicetur.* h *tit. vt lite non conteſt. extr.* i *in §. hinc tamen eod. tit.* k *l. contumacia. 53. Digeſt. de re iud. l. tres 9. C. quomodo & quando iud. adde l. peremptorium 68. cum §. ll. ſeqq. Dig. de iud.*

### *De miſſione in bona rei contumacis.*

In decernenda miſſione in bona rei contumacis; diſtinguendum eſt, vtrum actio realis, an perſonalis intentetur: vt priori ſpecie mittatur actor in poſſeſſionem rei petitæ, vt hac ratione tædio affectus reus, actori tandem reſpondeat: quam tamen poſſeſſionem recuperat reus, ſi intra annum veniens cautionem præſtet, *iudicio ſiſti*, & offerat ſatisfactionem expenſarum: Alioqui elapſo anno, actor verus poſſeſſor conſtituitur; ſaluâ tamen reo proprietatis

l c.3. c. quoniã frequenter.5.§.in aliis ext. vt lite nõ cõteſt. c.1.& ibi gloſſ. ext. de eo qui mittitur in poſſ. l. ſi quis emptionis.§. penult. C. de præſcript.30.vel 40. annorum.

quæſtione, *l* Idque expediti iuris eſt in eo, qui ſuo nomine poſſidens reali actione conuenitur.

*Alieno nomine poſſidente, quomodo in poſſeſſionem miſſio fit.*

m l. officium 9. Dig. de rei vind.

At in poſſeſſore alieno [qualis eſt, colonus, commodatarius, & ſimiles, qui licèt alieno nomine poſſideant, rectè tamen reali actione conueniuntur *m* ] eo iure vtimur; vt poſt nominationem domini & inſinuationem eidem domino intra præſcriptum à iudice terminum factam; ſi ipſe dominus per ſe vel per procuratorem non compareat, & in tribus edictis legitimè euocatus in eadem contumacia perſiſtat, actor poſt ſummariam cognitionem in poſſeſſionem rei mittatur: reſeruata ſimiliter abſenti proprietatis quæſtione. *n*

n d. §. in aliis. verſ. quod ſi & l. 2. C. vbi in rem act.

*De pœna contumacis rei in perſonali actione.*

Poſteriori verò ſpecie, vbi perſonalis actio intentatur; Si reus contumaciter abſit, mittitur actor in poſſeſſionem bonorum ipſius mobilium, vel immobilium, ſi fortè mobilia non habet, pro modo debiti declarati; aut cenſura Eccleſiaſtica perſtringitur: pro arbitrio iudicis. *o* Qui & intra annum

o d. c. quoniã frequenter. Digeſt.

nũ, vel poſt annum veniens auditur; prout in reali actione iam ante dictum fuit, *p.* *fi. authent. & qui iurati. C. de bon. auct. iud. poſſid. iunge omnino Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. ca. 1. de reformat.* p *per tex. in d. §. fin.*

*Pœna in non admittentem miſſionem.*

Quid autem; ſi cùm actor propter contumaciam rei adiudicata eſſet poſſeſſio, reus verò impediat, ne eam actor conſequatur, vel ſi acquiſitam poſſeſſionem actori interuertat? Et ſancitum eſt, nihilominùs actorem decurſo anno verum poſſeſſorem conſtitui. *q*

q *in c. cõtingat. 9. extr. de dolo & contum.*

*Caſus quibus abſque conteſtatione litis in cauſa principali proceditur.*

Hinc tamen eximuntur causæ dignitatum, perſonatuum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, in quibus hæc miſſio ceſſat ad euitandum vitioſum ingreſſum. Quippe beneficium Eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine inſtitutione Canonica obtineri: *r* Sed hęc cognoſcuntur & dirimuntur, etiam lite non conteſtatâ. *s* Idem euenit in cauſa matrimoniali, vbi alter coniugum ita abeſt, quòd peremptoriè citatus venire contemnat, vel malitioſè ſe occultet, vel impediat, ne ad ſe perueniat citatio. Nam & hoc caſu [ne viro vel mulieri fornicandi occaſio præbeatur.] teſtes quoque lite non conteſtatâ admittuntur; & ſi de cauſa liquet, definitiua ſententia profertur. *t*

r *c. beneficium de regul. iur. in 6.*

s *c. vn. de eo qui mittitur in poſſ. in 6. c. fi. §. porrò ext. vt lite non conteſt.*

t *d. §. porrò adde & alios caſus in §. pen. ſuprà de iud.*

*De pœnis actoris abſentis.*

Porrò quod attinet ad actorem abſentem; is ſi conſtituto tempore ad iudicium non venerit, inſtare poteſt reus præſens, vt in expenſas condemnetur, *u* imò & in omnia damna, *x* ad aliam citationem non admittendus, niſi præſtitâ cautione, *iudicio ſiſti.* *y* Vel petere poteſt reus, vt legitimè citato actore & non comparente, ad probationem admittatur, ſententiaque feratur, licèt lite nondum conteſtatâ. *z* Vt hinc conſtet, diuerſam eſſe rationem in actore, quàm in reo contumace.

*u c.1. de dolo. & contu. in 6. l. eum qui 79. Dig. de iudic.*

*x l. ſancimus 13. C. de iudic.*

*y d. c. 1. de dote in 6.*

*z per text. in c. 3. extr. de dolo. & contum. & ibidem vide omninò Panorm. nu. 15. cum ſeq. & Andr. Gail. lib. 1. obſeru. 59. qui latiùs hac.*

*De contumacia rei poſt litem conteſtatam.*

Vbi verò lis conteſtata eſt, reo contumaciter abſente: iudex ex iis quæ probata ſunt vel adhuc probari poſſunt ab actore præſente; procedit, vel ad condemnandum vel ad abſoluendum reum: aut ſi minus probatum fuerit, poſt poſſeſſionem actori adiudicat; ſaluâ reo proprietatis quæſtione. *a* Quamuis & hoc caſu poſtulare poſſit actor, vt reus abſens requiratur, & ad iudicem ducatur. *b*

*De contumacia actoris poſt litem conteſtatam.*

Sin actor lite conteſtatâ contumax ſit

liſque

*a cap. prout 4. ext. de dolo & contu. l. conſentaneum 8. C. quomodo & quando iudex l. properandum 11. §. 5. ſin autem reus de iud*

*b d. l. cõſentaneũ adde Panor. ad c. 4. ext. h. tit.*

liſque ad finem triennij ( quod peragendo iudicio ciuili à legibus conſtitutum eſt ) extracta, cauſaque liquida fuerit; ſimiliter iudex ad definitiuam ſententiam progreditur, etiam in fauorem actoris abſentis, ſi cùm meliorem cauſam fouere viderit; alioqui reum abſoluit ab obſeruatione iudicij, actore in expenſas condemnato. *c*

*c d. l. properandū. §. & ſiquidem iuncto. §. huiuſmodi. cum §. ſequent. & l. & poſt edictum. 73. Dig. de iudic.*

## Notatio in Tit. 4.

*α Quod impedimentum inſinuandum eſt iudici per excuſatorem, qua inſinuatione facta ſententia, ſi qua ſequitur, ipſo iure nulla eſt, l. quaeſitum. 60. de re iudic. Aliàs ſententia tenet ipſo iure, quamuis contra eam peti poſſit reſtitutio in integrum, tit. ff. ex quibus. can. maior. Panorm. ad c. 2. num. 4. ext. de procur. & ibidem latiùs vide Imol. num. 14. cum 2. ſeqq.*

*β In Camera verò Imperiali tribus modis proceditur contra contumacem reum. Vel ad pœnam banni; vel ad immiſſionem bonorum, de quæ hic in §§. ſeqq. aut in principali cauſa proceditur vſque ad definitiuam ſententiam, pro arbitrio ipſius actoris. Vide ordinat. Cameræ. in 3. part. tit. 43. & And. Gail. lib. 1. obſer. 60.*

DE

# DE LIBELLI OBLATIONE.

## TITVLVS V.

*Libellus reo offerendus eſt, perſpicuus.*

REo verò in iudicio comparenti, *a* libellus offerendus eſt continens actoris intentionem, *b* idque verbis perſpicuis, vt inde reus deliberare poſſit, cedere an contendere debeat: *c* aliàs iuſtè reus excipit contra libellum. *d* Sed & plurimum intereſt iudicis, rem dilucidè in libello proponi, vt ſententiam certam proferre poſſit. *e* Non tamen ſtatim libellum obſcuriorem reiiciet aut confringet iudex, ſed ex deductis pòſt in iudicium declarationem eius exſpectabit. *f* Quam ſi & ineptam animaduerterit, reum à iudicij inſtantia abſoluet; actori interim poteſtate relictâ petitionis ſuæ denuò repetendæ & rectè inſtituendæ. *g*

a *Intellige per ſe vel procuratorẽ ſuum, ſiue defenſorem vt ſuprà de procurat. in princip.*
b *authent. offeratur. in princ. C. de litis conteſt.*
c *l.1. Dig. de edendo.*
d *cap.2. c.3. ext. hoc tit.*
e *§. curare Inſtit. de act. l. fi. C. de ſentent. quæ ſine certa quant.*
f *l. fin. C. de annali except. c.3. §. ſecus autẽ de ſent. & re iud. in 6. iuncta. inter ſtipulantem. 83. §. 1. Dig. de verb. oblig. l. ſi quis intentione. 66. ff. de iud.*
g *c. examinata 15. ext. de iudic.*

*Libellorum duplex genus.*

Libellus alius ciuilis eſt, alius criminalis. Ciuilis eſt (qui & conuentionis ſiue conuentionalis dicitur *h*) qui in rem ciuilem,

h *c. fin. ext. hoc tit. l. fin. C. de annali except.*

id

id eſt, in id quod actoris intereſt, conceptus eſt. Criminalis, qui criminis accuſationem continet. *i* Sed de hoc infrà ſuo loco. *k*

*i huius forma extat in l. libellorũ. 3. Dig. de excuſat.*

*k ſub tit. de accuſatio.*

*Libellus actionis nomen an continere debeat, item an petitionis cauſam.*

In libello ciuili, licèt hodie nõ ſit neceſſe, conceptis verbis actionis nomen exprimere (aliter enim olim obtinebat *l*) ſed ſufficiat factum narrare, vt inde ius agentis elici poſſit; *m* nihilominùs, ſi perſonali actione agatur, cauſa obligationis in libello exprimenda eſt: veluti peto centum ex mutuo, ex vendito aut ex ſimili cauſa. Neque enim aliter deliberare poterit reus, contendere an cedere debeat. *n* Sin actione reali, puta, rei vindicatoria; ſatis eſt dominium libello inſeruiſſe; videlicet, peto rem quia mea eſt, id eſt, iure dominij ad me pertinet. *o* Quia ex eo certior fit reus, cedere an iudicio experiri velit. Quippe duo eiuſdem rei dominium in ſolidum habere non poſſunt, *p* neque eandem rem ex pluribus cauſis obtinere: *q* licèt non prohibeatur actor & cauſam dominij libello ſimul comprehendere, aſſerendo rem ſuam eſſe, quia ſibi legata vel donata eſt, vel ſimili titulo acquiſita. *r*

*l l. 1. d. 2. C. de formul. & impetrat.*

*m c. dilecti. 6. ex. de iud.*

*n d. c. ſi. ext. hoc tit. c. peruenit. 5. ext. de cenſibus.*

*o §. 1. in fin. Inſt. de act. adde Andr. Gail. lib. 1. obſ. 61. n. 4.*

*p l. ſi vt certo 5. §. ſi duobus Dig. commod.*

*q l. non vt ex plurib. Dig. de regul. iuris. l. 3. §. ex plurib. Dig. de acq. vel amitt. poſſ.*

*r l. ſi mater. 11. ff. de except. rei iudic. 3. de ſent. & re iud. in 6.*

Reus

*Reus an cogendus ſtatim libello reſpondere.*

Non tamen cogitur reus ſtatim libello actoris reſpondere; ſed ipſi induciæ permittendæ ſunt ad deliberandum: *s* niſi fortè ex ipſa citatione didicerit, qua de cauſa conueniatur. Nam hoc caſu reiectis indúciis deliberatoriis, reſpondere cogitur reus vel ad cauſæ ipſius cognitionem & definitionem procceditur. *t*

*s auth. offeratur. C. de litis conteſt. c. dilectus. 11. & ibi DD. ext. de procurator.*
*t c. 2. extr. de dilatio.*

*Plures actiones eodem libello cumulari poſſe.*

Neque tamen vna actio, ſed & plures ſimul eodẽ libello proponi & cumulari poſſunt ab actore, *u* & quibus à reo ſigillatim reſpondendum eſt, & à iudice totidem proferendæ ſententiæ in eodem iudicio. *x*

*u l. ſi idem cum eodem 11. Dig. de iuriſdi. om. iud. c. querelã 14. tex. de elect. c. 3. ext. de cauſ. poſſ.*
*x d. cap. 3. And. Gail. lib. 1. obſ. 63.*

*De reconuentione rei.*

E diuerſo quoq; reo permiſſum eſt, actorem ſuum reconuenire etiam ex alia cauſa, durante eodem iudicio, ſiue iudex ordinarius ſiue delegatus ſit, etiamſi aliàs is proprius iudex non ſit ipſius actoris, *y* Cuius „ enim in agendo, *inquit Iuſtinianus*, obſeruat „ arbitrium eum habere, & contra ſe iudicem „ in eodem negotio non dedignetur. *z* Hac

*y l. penult. auth. & conſequentiis. C. de ſententi. & interlocutiõ.*
*z §. fi. Nouel. 96. de executor. d. l. fi. idem cum eod. §. 1. c. 1, c. 2. ext. de mutuis petitio, c. 3. §. fi. de reſcript, in 6. & ſupr. de*

tamen

tamen adhibitâ moderatione; vt ſi ante vel non multò poſt litem conteſtatam, actio à reo relata fuerit actori, vtraque conuentionis & reconuentionis cauſa ſimul expediatur: alioqui ſingulæ per ſe & ſeparatim perorandæ ſunt. *a*

*„ indiciis* §. *per reconuentionem. z text. eſt in d.l.penult. vbi per verbum negotium intellige indicium.* a *probat textus in d.* §. *fin. Nouel.96.in verbo mox. diſputat latè Panorm. ad c.1. ext. de mutuis petit. Et Camera Imperial. hanc noſtrā ſententiam probat. vti videre eſt in Ord. Cap. in 3. parte, titul. 30.*

## Notatio in Tit. 5.

*a Quandoque mixti generis eſt libellus, veluti ea ſpecie qua agitur ad diuortium inter coniuges propter adulterium. c. tua. 5. ext. de procur. & cùm intentatur querela inofficioſi teſtamenti. gloſ. ibidem. Sed miſta ad ſua ſimplicia facilè reuocantur.*

# DE EXCEPTIONIBVS.

## TITVLVS VI.

### *Cur inuentæ exceptiones.*

SEquitur, vt de exceptionibus diſpiciamus, quæ reorum cauſa comparatæ ſunt ad elidendam vel ſuſpendendam intentionem actoris. *a*

a *eod. titul. Inſtitut. in princ. iuncta l.2. in verbis, in intentionem. Digeſt. hoc titul.*

De

*De duplici genere exceptionum.*

Ac proinde duplicis generis ſunt exceptiones ; aut enim ſunt temporales & dilatoriæ, aut perpetuæ & peremptoriæ. *b* Temporales & dilatoriæ, ad tempus actori nocent, & reo temporis dilationem tribuunt. *c* quæ rurſus duplices ſunt. Vel enim ſunt dilatoriæ ſolutionis; qualis eſt pacti conuenti, ne intra certum tempus petatur. *d* Vel ſunt dilatoriæ iudicij, quæ & præſcriptiones fori appellantur; *e* obiiciunturque vel in perſonam ipſius iudicis, vel in perſonam actoris ſiue eius procuratoris, vel in ipſam cauſam de qua controuerſia eſt. Quæ hic ſigillatim perſequamur.

b *l. 3. ff. eod. & §. appellantur inſtit. eod.*
c *d. §. appellantur.*
d *d §. appellantur verſ. temporales.*
e *l. fi. C. hoc titul.*

*Exceptiones recuſatoriæ iudicis.*

Exceptiones in perſonam iudicis, ex duobus capitibus potiſſimùm naſcuntur: aut quia iudex incompetens eſt, aut quia ſuſpectus. Iudex incompetens eſt, aut qui inter non ſubditos ſuos, vel inter ſubditos quidem ſuos, ſed extra territorium ſuum ius dicit; vel qui iuriſdictionis ſuæ modum excedit. *f* ſuſpectus verò dicitur; qui cognatione, affinitate, neceſſitudine domeſticâ aut familiaritate, actorem contingit. *g* vel qui eſt inimicus reo, *h* vel qui in eadem cauſa aduocatum egit, *i* vel eiuſdem ferè gene-

f *hac probãtur tit. C. ſi à non comp. iud. & l. & fi. Dig. de offic. præſid.*
g *l. qui iuriſdictione. 10. Dig. de iuriſ. om. iud. l. lex Corn. 5. circa princ. ff. de iniur. c. poſtremò. 36. ext. de appell. c. inſinuante. 25. ext. de offic. & poteſtat. iud. del.*
h *l. ſi pariter. 9. Dig. de liberali cauſ.*
i *d. c. poſtremò*

ris

ris litem habet: *k* vel aliter iuſtam ſuſpicionem mouet reo. *l* Etenim periculoſum eſt ſub ſuſpecto iudice litigare; *m* propter affectionem, quæ ſolet peruertere humanum iudicium. *n*

*k c. cauſam quæ 18. ext. de iud. l d. c. poſtremo. Vide latius c. cauſam quæ & ibidem. DD. ext. de offic. & poteſt. iudic. de leg. Hoſtienſ. in ſumma de recuſatione iudicis, num. 3. And. Gail. lib. 1. obſer. 33. numer. 9. m c. fi. 3. quæſt. 5. cap. 5. ext. de except. cap. ſecundo 41. in fin. ext. de appell. l. apertiſſimi. 14. C. de iud. n c. quatuor. 11. q. 3.*

*Quando opponendæ recuſatoriæ iudicis.*

Hæ autem exceptiones, quæ ex perſona iudicis ſumuntur; opponendæ ſunt in principio litis, id eſt, ante omnem actum iudicialem: aliàs videbitur reus conſentire in iudicem, & prorogare ipſius iuriſdictionem, vbi ſcilicet, iudex incompetens eſt: ſin ſuſpectus, ſuſpicionis cauſam nequaquam curare: *o* niſi fortè ſuſpicio poſteà emergeret, aut in ipſius cognitioné veniret reus: Nam & tunc recuſandi iudicis poteſtas ſupereſt reo. *p*

*o l. fi. C. hoc tit. c. inter monaſteriũ 10. de ſent. & re iud. c. poſtremò & ibid. DD. ext. de appellat. cap. 4. ex hoc tit. cõiunge. c. 4. & ibi §. per conſenſum ſuprà de iud. p d. c. inſinuante. & d. gloſſa.*

*Cauſa ſuſpicionis ex perſona iudicis, coram quo proponenda & cognoſcenda.*

Proponenda verò eſt hæc ſuſpicionis cauſa coram eodem iudice; coram arbi-

tris vtrinque electis probanda. Quæ ſi probata fuerit, iudex cognitionem cauſæ alteri demandat, ex conſenſu ipſius recuſatoris; vel ad ſuperiorem iudicem refert: non probata, idem perſeuerat iudex. *q*

q *c. cum ſpecialib. 61. & d. c. ſecundo 41. §. fi. ext. de appellation. iuncto. c. 4. ext. de foro com. & c. 2. de appellat. in 6.*

### *De exceptionibus in perſonam actoris.*

Ex perſona actoris variæ exceptiones deducuntur. Si enim actor vel filiusfamilias ſit, vel minor 25. annis, vel ſeruus, vel religioſus, vel excommunicatus, vel furioſus, vel aliàs mente captus, iuſtè refutatur à reo.

### *Filiusfamilias quatenus in iudicio conſiſtere poteſt.*

Etenim in filiofamilias conſtituti iuris eſt, eum in iudicio conſiſtere non poſſe abſque aſſenſu patris ſui, *r* præterquam in cauſis caſtrenſibus vel quaſi, *s* (in quibus vice patrisfamilias fungetur, *t*) item in ſpiritualibus, *u* in dote aduentitia, *x* vel ſi alieno nomine, veluti procuratorio, in iudicio experiatur; *y* aut patris abſentis aſſenſus ſine incommodo filij expectari non poſſit. *z* His etenim caſibus filiofamil. petendi conſenſus paterni neceſſitas, à iure remiſſa eſt. *a*

*r. fi. in fi. de iudic. lib. 6. l. fi. circa princ. verſ. neceſſitatè. C. de bon. quæ lib. vide ibid. Bald. Salyc. & alios Dd. s l. lis nulla. 4. iuncta ibid. gloſſ. ff. de iudic. t l. 2. Dig. ad S. C. Maced. u c. 3. in fi. ad iud. in 6 x iuxta auth. quod locũ. C. de collatio. y c. qui generalit. 5. § 1. de procurat. in 6. l. filiusfamil. §. ipſe quoque filius Digeſtis de procuration z ſi longius. 18. §. 1. Dig. de iudic. & l. eum filiusfamilias. 17. Digeſt. ſi cert. pet. a vt dd. iurib.*

De

*De minore 25. annis.*

Nec de minore 25. annis addubitatio eſt; eum neque litem intendere neque excipere poſſe abſque tutoris vel curatoris auctoritate, *b* etiam in cauſa criminali; veluti homicidij, adulterij, furti, aut alterius generis. *c* Quod attendant iudices.

*b l. 1. l. 2. C. qui legit. perſon. c textus expreſſus in l. clarum 4. C. de actor. præſt.*

*De ſeruo & Religioſo.*

Sed & de ſeruo explorati iuris eſt; ab eo neq; iudicium poſſe inſtitui neque ſuſcipi: *d* cum mortuo comparetur à iure ciuili; *e* niſi certis caſibus, qui alibi referuntur. *f* Cui hac in re non diſſimilis eſt Religioſus: *g* præterquam, quod hic cauſas monaſterij rectè agat ex voluntate Superioris ſui. *h*

*d l. ſeruus cum l. ſeqq. C. de iudic. e l. ſeruitutem ff. de reg. iur. f in l. vix 53. & ibi gloſ. & DD. ff. de iud. g propter rationem text. in c. fin. in princ. de teſtam. lib. 6. h c. monachi. 16. quæſt. 1. adde c. vnicũ. & ibi DD. ext. de Syndico.*

*De excommunicato, furioſo, & mente capto.*

Excommunicato, cùm communione fidelium ipſi interdictum ſit, agere non licet in iudicio, *i* quamuis hic ab alio conuentus, iure ſe defendat, *k* a Furioſi & amentes; cùm iudicio animi careant; ab agendo & excipiendo rectè ſubmouentur: ſed eorum loco ſunt curatores eorum. *l*

*i c. 2. c. exceptionem. 2. ext. de exceptio. k c. intelleximus. 7. & ibi gloſſ. ext. de iudic. cap. dilecta. 10. de exception: c. ſi verè 34. ext. de ſentent. excomm. l l. fin. C. de curat. furioſi.*

### De exceptionibus ex perſona procuratoris.

Quod attinet ad exceptiones in perſonam procuratoris; hæ in actoris procuratorem iuſtè intorquentur, quòd is miles ſit, *m* quòd fœmina, *n* quòd mutus & ſurdus, *o* quòd accuſatus de crimine, *p* quòd minor 25. annis, *q* quòd mandato careat, *r* quòd non legitimè conſtitutus ſit; veluti à minore XXV. annis ſine auctoritate tutoris vel curatoris; *s* aut à procuratore, qui ſubſtituendi ius non habuit. *t* Quæ ſimiliter & in procuratorem rei conuenti rectè obiici poterunt; niſi quòd hic abſque mandato defenſionem rei legitimè in ſe ſuſcipiat. *u*

*m militem l. ita demun. C. de procurator.* n *l. fœmina Dig. de reg. iur.* o *l. 2. §. furioſus. & l. mutus & ſurdus. 43. Dig. de procur.* p *l. reū 6, C. de procurat. & ibi gloſſ.* q *c. qui generaliter 5. §. fi. de procur. in 6. l. minor. Digeſt. eod.* r *l. licet. 24. C. d. procur c. in noſtra. in fi. ext. eod.* s *l. neque 11. §. 1. C. de procurat. & l. 4. C. ſi aduerſus rem iud.* t *l. quod quis 8. C. de procur. iunge quæ diximus latè ſuprà de procur.* u *de quibus egimus ſupr. tit. prox. in princ.*

### De exceptionibus dilatoriis ratione cauſæ.

Exceptiones verò, quæ ratione cauſæ controuerſæ aſſumuntur, ſunt potiſſimùm hæ; libelli ineptitudo vel obſcuritas; citatio tempore feriarum vel ad locum non tutum facta. *x* Item ſpoliatio, in qua hoc ſingulare eſt, quod ſpoliatus exceptionem ſpoliationis obiiciens ſpoliatori ſuo etiam de alia re, quàm de qua controuerſia eſt, antè audiri

*x de quibus egimus ſupr. tit. prox. in princ. & §. 1. & §. penult. ſupr. de in ius vocand.*

audiri & reſtitui debeat, quàm cogi poſſit ad reſpondendum. *y*

*Mulier eiecta à marito etiam ex cauſa prius reſtitui debet.*

Nam & hinc mulier à marito ſuo priuata auctoritate eiectâ vel demiſsâ obtentu conſanguinitatis; rectè reſtitutionem petit mariti ſui, etiam ante cognitionem cauſæ conſanguinitatis. *z* Quod & in adultera vxore obſeruatur: niſi huius adulterium notorium ſit; quo caſu petenti vxori reſtitutio denegatur. *a*

*y c.2.c.ſi.ex de ord. cognitio. Excipe caſum §. ſeq. & in §. hinc quæſitum eſt ſup. de decimis.*

*z c.ex conqueſtione.* 10. *ext.de reſtit. ſpol.*

*a c.3. ext de diuort. adhibito tamen temperamento c.litteras* 13. *& c. ex tranſmiſſa.*8.*ext.de rest. ſpol.* a *c. ſignificaſti* 4.*& ibi gloſſ. ext. de diuort. vide Couar. in* 4.*ext. in parte* 2.*cap.*7.§.4.*n.*14. *cum ſeqq.*

*De perpetuis & peremptoriis exceptionibus.*

Perpetuæ autem & peremptoriæ exceptiones dicuntur, quæ non ad tempus, ſed perpetuò agentibus conſtant, & rem de qua agitur, perimunt. Quales ſunt, exceptiones doli mali, metus pacti conuenti perpetui, tranſactionis, iuriſiurandi, præſcriptionis, Senatuſconſultorum Velleiani & Macedoniani, item rei iudicatæ. *b*

b §. *appellantur & paſſim. Inſtit. hoc tit. l.* 3. *Dig eod. c.* 1. *de litis conteſt. in* 6.

*Exceptio doli mali.*

Exceptio doli mali competit; vbi dolus aduerſarij interuenit, ideò introducta eſt, ne cui dolus ſuus proſit, alteri verò noceat contra naturalem æquitatem. *c* Nihilominus

c *l.*1. *Dig. de doli mali & metus except.*

nus concurrit hæc exceptio cum alia qualibet exceptione: Cùm etſi à principio dolus ex parte actoris non interuenerit; tamen dolo facit actor, quòd id petat, quod qualibet exceptione elidi poteſt: niſi talis ſit ignorantia actoris quòd dolo careat. *d*

*Exceptio doli boni non nocet.*

Huic diſſimilis eſt, exceptio doli boni, quæ agenti non nocet: vt in eo, qui dolo inductus eſt ad profeſſionem Monaſticæ vitæ. *e* *β*

*Exceptio metus.*

Exceptio metus locum habet, vbi quis metu inductus eſt ad agendum aliquid vel permittendum. *f* Metum autem interpretamur, non timorem quemlibet, ſed maioris mali, qui & in hominem conſtantem cadit. *g* qualis eſt metus mortis, cruciatus corporis, carceris, vinculorum, ſeruitutis, ſtupri. *h* Nam vani timoris iuſta excuſatio non eſt. *i*

d *l. 2. §. & generaliter Dig. d. tit. de doli except.*

e *c. penult. ext. de iis quæ vi. c. fi.* 20. *q.* 3.

f *l.* 4. *§. penul. ff. de doli mali & met. except. iuncta l. metum autem toto tit. Dig. de eo quod iis quæ vi. verſ. timuit. vani, Dig. de*

*met. cauſ.* g *l. autem* 5, *cum l ſeq. Dig. d. tit. c.* 4. *ext. de* h *l.* 3. *in fin. cum aliquot ll. ſeqq. l. nec timorem* 7. *§.* 1. *Digeſt. eod. de eo quod met. cauſ. l.* 4. *&* 7. *C. eod.* i *l. reg. iur. d. c. penult. c. de iis quæ. &c.*

*Exceptiones pacti conuenti, & tranſactionis.*

Exceptio pacti conuenti perpetui; illi datur; qui pactus eſt cum creditore ſuo, ne peteret, aut cum eo cui faciendi ius eſt, ne faceret. *k* Itaque hæc exceptio contra rem certam

k 1. *& paſ-*

certam pactione remiſſam obiicitur. Si in de re dubia liteque incerta tranſactum ſit; competit exceptio tranſactionis. *l*

*Exceptio iuriſiurandi.*

Exceptio iuriſiurandi tunc rectè opponitur, vbi quis deferente aduerſario ſuo iurauit ſe illi nihil debere, aut rem, de qua controuerſia eſt, ſuam eſſe; *m* Vel ſi parato iurare remiſſum ſit iuſiurandum ab aduerſario. *n* Itaque iureiurando præſtito aut remiſſo, de cauſa quæ in controuerſiam venit, non ampliùs quæritur; *o* quia hæc res tranſactionis & ſolutionis inſtar eſt; *p*

*Exceptio præſcriptionis.*

Exceptio præſcriptionis ex lapſu temporis ſumitur; cùm quis certo temporis ſpatio à iure definito, rem poſſedit: aut cum debitor eſſet, interpellatus non eſt à creditore ſuo. Variè autem hoc ſpatium à iure circumſcriptum eſt. *q*

*De præſcriptione rei corporalis: & quid ſit titulus in præſcriptione.*

ETENIM in re corporali; ſi quis rem mobilem bonâ fide & iuſto titulo per triennium, aut immobilem per longum tempus (id eſt, inter præſentes per decennium, inter abſentes verò, per viginti annos) poſſederit, exceptione temporis legitimè

*ſim. Dig. de pact. & tit. Inſtit. de exception. in princ.* *l l. cauſas 16. C. de tranſactio. Adde hic tit. de pact. & tranſactio. ſup.*
*m §. æquè Inſtit. de exception.*
*n l. non erit. §. in fi. cum l. ſeqq. ff. de iureiur. l. 8. C. eod.*
*o d. l. non erit. cum l. ſeq. ff. de iureiur. §. item ſi quis Inſtit. de action.*
*p l. 2. l. iuſiurandũ 27. ff. de iureiur.*
*q vt iam dicetur.*

r l. vnica C. de vſucap. transfor. l. ſuper. 11. & l. fi. C. de præſcript. lõgi temp. & cit. Inſtit. de vſucapio. in princ. s l. 1. Dig. pro ſuo. l. 3. §. general. Dig. de adq. vel admitt. poſſ.

timè ſe tueri poteſt: r Appellamus autem titulum, cauſam adquirendi dominij, vt ſunt emptio, donatio, legatum, permutatio; quibus rei dominium ſi tradens dominus ſit, ſin minus, vſucapiendi ſiue præſcribendi conditio in accipientem tranſit. s

*De præſcriptione rei incorporalis.*

t l. penult. C. de vſufr. l. penult. C. de ſeruit. l. fi. 30. vel 40.

Idem eſt in re incorporali; vt eſt vſusfructus, ſeruitus, tam vrbana quàm ruſtica: quibus ſimiliter longo tempore præſcribitur. t At in actionibus opus eſt 30. vel 40. annis, vt præſcriptioni locus ſit. u ¶ In quærela verò inofficioſi teſtamenti, x & inofficioſæ donationis quinquennium: y in petenda reſtitutione in integrum quadriennium, ſpectantur.

*C. de præſcript. longi temp.* u *l. 3. l. 4. C. de præſcript. annor.* x *l. ſi quis filium. 34. C. de inoffic. teſt.* y *l. fi. C. de tempor. in integr. reſt. coniunge tit. infr. de reſt. in integrum.*

*Ius ſingulare in rebus Eccleſiæ præſcribendis.*

a c. 4. c. 6. c. 7. extr. de præſcriptio. b c. ad audientiam 13. cum c. ſeqq. extr. de præſcript. No. 10, vt Eccleſia Ro. cc. 1. c. audit.

Porrò in rebus eccleſiarum ſingulari iure vtimur; vt contra eam non currat præſcriptio, niſi quadragenaria; a præcipuè contra Eccleſiam Romanam, vbi centenaria præſcriptio exigitur. b ¶ Subducto tamen tempore, quo fortè Eccleſiæ vacarunt, id eſt, Prælato caruerunt, quod in præſcriptionem non imputatur. c

*15. c. cum vobis 14. ext. de præſcript. facit. l. 1. §. fin. C. de annali except.*

De

*De bona fide & titulo præſcriptionis.*

Et licèt in qualibet prę̨ſcriptione, bona fides, hoc eſt, illæſa conſcientia, qua putat præſcribens rem quam poſſidet ſuam, non alienam eſſe; toto præſcriptionis tempore, requiratur; ſecundùm iuris regulam: Poſſeſſor malæ fidei vllo tempore non præſcribit; « *e* non tamen ſemper titulo opus eſt, veluti « in præſcriptione 40. annorum, in qua bona fides ſufficit; præterquam ſi ius commune, aut præſumptio præſcribenti aduerſetur: Nam hac ſpecie, titulo opus eſſet, aut immemoriali præſcriptione: ſicut diſertè conſtitutum eſt à Bonifacio VIII. cuius reſcri- « pti verba hic libet adſcribere: Epiſcopum « qui Eccleſias & decimas, quas ab eo repe- « tis proponit (licet in tua ſint conſtitutæ « diœceſi) ſe legitimè præſcripſiſſe, allegare « oportet (cùm ius commune contra ipſum « faciat) huiuſmodi præſcriptionis titulum & « probare. Nam licet ei, qui rem præſcribit « eccleſiaſticam, ſi ſibi non eſt contrarium « ius commune, vel contra eum præſumptio « non habeatur; ſufficiat bona fides: vbi ta- « men eſt ei ius comune contrarium, vel « habetur præſumptio contra ipſum; bona « fides non ſufficit, ſed eſt neceſſarius titulus, « qui poſſeſſori cauſam tribuat præſcribendi: « niſi tanti temporis allegetur præſcriptio, «

*e c. poſſeſſor. ac reg. iur in 6. iũcto. c. fi. de præſcript.*

*f tex. eſt.* „ cuius contrarij memoria non exiſtat. *f in c. 1. de præſcriptio. l. 6. vide Couarr. var. reſol. l. 1. c. 17. n. 7. adde de iure ciuili in præſcriptione 30. annorum etiam non requiri titulum l. ſi quis emptionis, 8. §. quod ſi quis. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.*

*Exceptio SC. Velleiani.*

Exceptiones SC. Velleiani vtitur mulier, quæ pro alio, etiam filio, interceſſit vel fideiubendo, vel mandando, vel conſtituendo, vel in rem ſuam oppignorando, vel alterius obligationem in ſe recipiendo; *g* idque fragilitati ejus tributum eſt, quæ multis huiuſmodi caſibus obiecta eſt. *h* Ac proinde ſi decipiendi animo, vel cùm ſciret ſe non teneri mulier, pro aliquo interceſſerit, ceſſat hæc exceptio. *i* Item eſt, ſi huic exceptioni renunciauerit. *k*

*Exceptio SC. Macedoniani.*

Exceptione SC. Macedoniani iuuatur filiusfamilias, qui pecuniam mutuò accepit: Nam ex SC. Macedoniano nec ipſe filius, nec pater eius tenetur eam reddere. *m* Quod ideò proſpectum eſt; quod ſæpè filiifamilias onerati ære alieno, vitæ parentum inſidiabantur. *n* Quæ tamen exceptio ceſſat, ſi filius voluntate patris contraxit; vel ſaltem eo ſciente & non contradicente, vel poſteà ratum habente; *o* aut in eam rem pecuniam accepit, quæ patris oneribus incumbe-

*g l. 1. & paſſim. ff. & C. ad SC. Velleiani. h l. 2. Dig. d. tit. i l. ſi decipiendi 30. ff. d. tit. k l. fi. § fi. ff. eo. Adde Anton. Gomez. var. reſol. tom. 2. cap. 3. m l. 1. & paſſim ad SC. Maced. n §. penult. Inſtit. quod cũ eo, qui in alien. poteſt. o l. 2. l. fin. C. ad SC. Maced. l. ſi tamen 14. l. ſi filiusfam. abſente 18. l. eod. titul.*

cumbebat, *p* vel in cauſam ſtudiorum ſiue legationis, dum alibi ageret filius; *q* aut ſi creditor iuſto errore ductus ipſi tanquam patrifamilias pecuniam numerauit, *r* aut ipſe filius poſteà ſui iuris factus, debitum agnouit. *s*

*p d. l. 2.*
*q l. 5. C. d. tit. & l. 9. ff. eod.*
*r l. 1. & l. 2. C. eod.*
*s d. l. 2. l. ſed Iulianus. 9. Dig. eod.*

*Exceptio rei iudicatæ.*

Denique exceptio rei iudicatæ illi competit, cum quo ſemel in iudicio actum fuit, & per ſententiam iudicis abſolutus eſt: *t* ſi enim rurſus aduersùs eum inſtituatur iudicium, refellit agentem hac exceptione. Neque intereſt, in Eccleſiaſtico iudicio, an ſæculari anteà actum fuerit: Cùm ſententia in altero iudicio lata, in altero quoque exceptionem rei iudicatæ pariat; *u* dum tamen de eadem re, ex eadem cauſa, & inter eoſdem ſiue ſucceſſores eorum, contentio ſit: alioqui rei iudicatę exceptio agenti nihil oberit. *x*

*t toto tit. Dig. de except. rei iud. & §. item ſi inſt. hoc tit.*
*u c. 2. de exceptio. in 6.*
*x l. cùm quæritur. 12. cum ll. ſeq. Dig. d. titul. de exceptio. rei iud.*

*Perpetuæ & peremptoriæ exceptiones quando opponi poſſint.*

Hæ autem perpetuæ & peremptoriæ exceptiones opponi poſſunt in quauis iudicij parte, modò ante ſententiam: *y* exceptis quibuſdam caſibus, quibus & poſt ſententiam licitè obiiciuntur: qui alibi recenſentur. *z*

*y l. 2. C. ſent. reſcindi non poſſe l. præſcriptionem 8. C. de text.*
*z in gloſſ. ad l. 1. C. de iuris & fa. ign. vbi & DD.*

De

### *De replicationibus, duplicationibus, &c.*

Atque hæc quoad exceptiones rei conuenti, quæ nonnunquam contrariis exceptionibus rurſus ab ipſo actore retunduntur; quæ proprio nomine vocantur replicationes, quaſi per eas replicentur, id eſt, reſoluantur exceptiones rei. Quæ ſi rurſus aliis exceptionibus à reo impugnentur, vocantur duplicationes, & contra has ſolent dari triplicationes, rurſus contra triplicationes, quadruplicationes; & ita deinceps. *a* Quæ tamen multiplicatio de iure Canonico non admittitur, ſaltem quòd ad teſtes anteà productos attinet, quos tertiò refutare non licet; ne nimium extrahatur iudicium. *b*

a *l.2. ff. de except. & tit. Inſtit. de replicationibus.*

b *c. licet.49. ext. de teſtib. vbi quoad alia latè Panor.*

## Notatio in Tit. 6.

*α Excommunicato aſſimilatur bannitus; qui licet agere non poſſit, tamen hic ab alio conuentus rectè ſe defendit, per ea quæ tradit Andr. Gail. de pace publ. lib. 2. cap. 12.*

*β Idem videtur intelligendum de matrimonio dolo inito, de quo apud gloſſ. & DD. ad d. c. penult. ext. de iis quæ vi.*

*γ Præſcriptio & exceptio ſæpè pro eodem ſumuntur,*

*ſumuntur, præcipuè in iure Ciuil. l. nihil intereſt. 12. ff. de inoff. teſtam. l. qui cum 9. ff. de tranſact. l. 8. & l. ſi. C. de except. Hic tamen, vti ſpecies ab aliis exceptionibus ſeparatur, vt & in C. de præſcript. longi temp. cum aliquot tit. ſeqq. & in 6. de præſcript.*

*δ Quod hic de actionibus præſcribendis dicitur, id regulariter dictum volumus, nam ſunt actiones, quæ breuioris temporis ſunt. de quibus in l. in honorariis & ibi DD. de act. & oblig.*

*ε Adde in rebus ciuitati relictis, donatis vel venditis etiam requiri præſcriptionem centum annorum. l. ſi C. de SS. Eccl. ſed an in rebus eccleſiarum mobilibus præſcriptio quadragenaria locum habeat. vide Panorm. & alios ad c. 1. ext. de in int. reſt.*

*ζ Putant quidam hanc renunciationem non valere, niſi in iudicio facta ſit, vt videre eſt apud Ant. Gomez. variar. reſol. lib. 2. cap. 13. num. 17. & ſic cenſent accipiendum eſſe tex. in l. fin. ff. ad SC. Vell. Verùm hic tex. apertè videtur aduerſari, dum inquit: Cauere debebit, exceptione ſe non vſurum, & ſic ad iudicem ire. Vnde magis videtur renuntiationē valere, etiam extra iudicium factā. Sunt & aliæ exceptiones, quibus ceſſat Senatusconſultum Velleianum, quas vide in gloſſ. ad l. ſi. C. ad SC. Vell. cōiunge l. antiquæ. 23. §. ſi. C. eod. tit. vbi ex Iuſt. cōſtitutione mulier non aliter opus habet Senatusconſulti exceptione, quā ſi in inſtrumento publico à trib. teſtib. ſubſignato interceſſerit; aliàs*

*ipſo iure tuta eſt. Similiter interceſſerit pro marito ipſo iure tuta eſt, niſi probetur verſum in vtilitatem mulieris. auth. ſi qua mulier. C. d. tit. §. & illud. Nou. 134. vt nulli iud.*

# DE LITIS CONTESTATIONE.

## TITVLVS VII.

*Conteſtatio litis neceſſaria eſt ad conſtituendum iudicium.*

LITIS conteſtatio, baſis quodammodo eſt, conſtituendi iudicij ordinarij. *a* Neque enim ea omiſſa, teſtes recipi aut ad ſententiam definitiuam deueniri poteſt, adeoque corruit proceſſus iudicij. *b*

a *l. amplius* 15. *Dig. rem. rat. hab.*
b *toto tit vt lite non conteſt. c. dudũ.* 54. *§. licet. ext. de elect.*

*Litis conteſtatio quando inducatur.*

Fit autem litis conteſtatio per petitionem in iure, id eſt, in iudicio propoſitam & reſponſionem ſubſecutam, animo confligendi. *c* Vnde per nudam narrationem facti & reſponſionem, litis conteſtatio non inducitur; *d* & ne quidem, ſi peremptoria exceptio contra intentionem actoris obiecta fuerit à reo. *e*

c *d. §. licet. & c. vnico ext. h. tit. l.* 1. *C. eod. adde Hoſtienſ. in ſum. hoc tit. nu.* & 2. d. *tam dd. iurib.* e *c.* 2. *hoc tit. in* 6. *de peremptoria exception. vide ſupr. tit. prox. §. perpetua.*

Per

*Peremptoria exceptio an impediat litis conteſtationem.*

Sed an ſaltem peremptoria exceptio impediet litis conteſtationem? Minimè. Nam nihilominùs eâ non obſtante, lis conteſtanda erit, præterquam ſi ſit exceptio litis finitæ, puta rei iudicatæ, tranſactionis, iuriſiurandi, quæ ante litis conteſtationem cognoſcenda eſt. *f*

f *c.1. eod tit. in 6. adde ibid. DD. latius.*

*Caſus quibus ante litis conteſtationem receptio teſtium admittitur.*

Sed quod dictum eſt, omiſsâ conteſtatione litis, teſtes non poſſe recipi, perpetuum non eſt. Si enim inter moras conteſtandæ litis periculum ſit, ne teſtes, quibus cauſa probari poteſt, moriantur, aut diu abfuturi ſint; poſſunt teſtes, vbi ciuiliter agitur interim audiri & recipi, ſiue reus ſit contumax, ſiue abſens abſque malitia, vt conueniri non poſſit; dummodo teſtibus eo modo receptis, actor intra annum, ſi poteſt, agat, aut ſaltem receptionem huiuſmodi teſtium reo denunciet: Aliter enim atteſtationes receptæ nullius momenti ſunt. *g* Qua ratione, & actor memoriæ conſeruandæ cauſa eius, quod ſibi ſub conditione debetur, teſtes audiri rectè deſiderat: ne forte pendente conditione teſtes rebus humanis eximantur. *h*

g *c. fi. in princ. extr. vt lite non conteſt.*

h *l. in lege Aquilia 41. ff. ad leg. aquil. l. quidam. 32. §. 2. Digeſtis de furtis. adde auth. ſed et ſi C. de teſtib.*

At

i *l. purè. 5. §. fi. Dig. de doli mali except.* k *c. ſignificauit 41. extr. de teſtibus & atteſtationibus, l. fi. C. de vſur. pupilla. l. 3. §. dua Dig. de Carb. edict.*

At verò reus cùm non ſit in eius poteſtate, quando conueniatur; *i* iuſtè ſemper deſiderat teſtes ſuos produci & audiri, denunciatione factâ aduerſario. *k*

*Lite pendente nihil innouandum.*

Et quamuis per litis conteſtationem propriè iudicium conſtituatur, vt iam ante meminimus: ad perpetuandam tamen iuriſdictionem iudicis delegati (eo ſcilicet caſu quo aliàs morte delegantis expiraret eius iuriſdictio) & ad impedimentum, ne quid in cauſa innouetur; ſufficit vel ſola citatio, quæ in notitiam rei peruenit, aut per eum factum eſt ne veniret. *l*

l *c. gratum 20. extr. de offic. & poteſt. iud. deleg. iuncta l. & quia 6. Digeſt. de iuriſdiction. Clement. 2. vt lite pend. adde & tit. C. vt lite pend.*

## Notatio in Tit. 7.

*α Nam in extraordinario iudicio litis conteſtatio neceſſariò non exigitur, ſicut in §. iudicium verò extraord. ſup. de iudiciis.*

*β Quò ad cauſæ deciſionem; contumacia interim abſentis punitur, latius ſupr. tit. de dol. & contum.*

DE

# DE IVRAMENTO CALVMNIÆ.

## TITVLVS VIII.

*Iuramentum calumniæ quando & quibus præſtandum?*

Lite conteſtatâ, aut etiam non conteſtatâ, iis, ſcilicet, caſibus, quibus conteſtatio litis non requiritur, quos ſuprà recenſuimus; *a* deuenitur ad Iuramentum calumniæ, non ſolùm ab actore & reo; ſed & ab eorum procuratoribus præſtandum. *b*

*Quæ contineantur iuramento calumniæ.*

Quod hâc formâ præſtatur ab actore; vt iuret ſe non animo calumniandi litem intendere, ſed quòd exiſtimet ſe bonam cauſam habere. A reo verò; quòd putet ſe iuſtè reſiſtere, opinione iuris ſui. *c* Ab vtroque; quod nihil penitus patrocinij gratiâ, iudicibus aut alteri cuicunque, in cauſa vel dederit vel promiſerit, vel etiam daturus ſit per ſe ſiue per alium, præterquam Aduocatis honoraria, cæteriſque quibus à iure dari permittitur. *d* Item quòd neuter exiget vllam

a *in* §. *iudicium verò. ſup. tit. de iudic.*
b *l.* 2. *C. hoc tit. & c. pen. ext. eod. c.* 2. §. 1. *eodem in* 6.
c *d. l.* 2. *in princ.*
d *anthent. principales. C. eod.*

probationem, quam non exiſtimauerit neceſſariam. *e*

*e iuncta l. plebiſcito. 18. ff. de offic. præſid. l. ſolet 6. in fi. ff. offic. procon. c. ſtatutum. 11. §. inſuper de reſcriptis lib. 6. l. cum 25. auth. ſed hodie, & auth. generaliter. C. de Epiſ. & cler. Quibus locis exprimuntur illi, quibus & quid dari permittitur. c auth. in iſto. C. de iureiur. propter cal.*

*Etiam per procuratorem iuramentum calumniæ præſtari poſſe.*

Neque intereſt; actor, vel reus per ſe, an per procuratorem hoc iuramentum præſtet; dummodò id ſpecialiter procuratori demandatum ſit. *f* Proinde hic procurator & in animam domini, & in ſuam hoc iuramentum calumniæ præſtabit. *g*

*f c. fi. eodem in 6.*

*g Ioan. Andreæ in add. ad c. 3. ex hoc tit. adde Andr. Gail lib. 1. obſ. 88. & probat: tex. in c. 2. de teſtib. lib. 6. & in c. de iuram. cal. in 6.*

*Calumniæ iuramentum & de veritate dicenda in appellationis cauſa & in quauis iudicij parte præſtari.*

Adde & iuramentum calumniæ in cauſa appellationis repeti debere, *h* imò & in quauis iudicij parte præſtari poſſe. *i* Quod & obſeruandum eſt in iuramento de veritate dicenda. *k* Iuramentum verò malitiæ poteſt iudex exigere à partibus, quoties expedire viderit; etiamſi anteà de calumnia vel veritate iuratum ſit. *l*

*h cap. 2. in prin. eodem in 6.*

*i c. 1. c. 2. in fi. eod. in 6.*

*k eod. c. 1. & c. 2.*

*l iuxta tex. in d. c. 2. § fi, vt in c. 4. ext. de exceptio. in c. penultim. de teſtibus & atteſtationibus, in l. fi. C. de fide inſtrum.*

Calum-

*Calumniæ iuramentum tacitè omitti poſſe.*

Et licet conſuetudo ſiue conuentio non valeat, ne iuramentum calumniæ præſtetur; *m* attamen obtinuit, vt iuramentum calumniæ tacitè in tota cauſa omitti poſſit; neque ob id proceſſus iudiciarius infirmatur. *n*

*m c. ceterum 5. ext. eod. & d l. 2. §. ſed quia. C. eo.*

*n c. 1. § 1. eod. in 6.*

*Pœna recuſantium iuramentum calumniæ.*

Pœna detrectantis iuramentum calumniæ, ſi actor eſt, ab inſtituta actione cadit: ſin reus, pro confeſſo habetur. *o*

*o c. fi. § 1. ext. eod. & d. l 2. §. quod ſi actor. & vtrobique DD. conſul. & d. authent. principales, vide quæ de hac materia habet Andr. Gail lib. 1. obſ. 83. cum obſer. ſeq.*

## Notatio in Tit. 8.

*a Imò & ab ipſis Aduocatis eſt præſtandum iuramentum calumniæ, ex præſcripto l. 2. & l. 12. C. de iureiur. pro calum. Sed cùm hodie Aduocati in iudicio non ampliùs cauſas perorent, ſed domi conſulantur; ideò hoc iuramentum non præſtant.*

# DE PROBATIONIBVS ET DEPOSITIONIBVS.

## TITVLVS IX.

a *l. 1. & paſſim ff. de probatio. l. 1. C. eodem l. duo ſunt Titij. 39 ff. de teſt. tut penult. 30. q. 5.*

b *l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſtib. c. cum cauſam 13. ext. de probat.*

HInc ad Probationes decurritur, quibus rei in controuerſiam deductæ fides adſtruitur. *a* Varieque inducuntur Probationes; aut per teſtes; aut per inſtrumenta; aut per iuſiurandum; aut per præſumptiones; aut per ocularem inſpectionem; aut per famam publicam, concurrentibus aliis indiciis, *b*

*Poſitiones in ſubſidium Probationis introductæ ſunt.*

c *l. vnica. C. de confeſſ. l. poſt rem. 56. Dig. de re iud.*

d *c. ſæpè. §. & quia poſitiones. de verb. ſig. in Clem. vide ibi gloſſ.*

Sed quia confeſſio aduerſarij in iudicio facta, agentem onere probationis releuat, (ſiquidem confeſſi in iure pro iudicatis habentur *c*) idcircò vſu forenſi receptum eſt ad faciliorem expeditionem litium, vt poſitiones ab actore præmittantur, quibus nuda facti narratio articulatim proponitur ad eliciendam veritatem ex reo. *d* Siquidem tenetur reus vel procurator ipſius, interrogatus iuſſuſque à iudice iis reſpondere: alioqui ſi abſque rationabili cauſa recuſauerit, aut noluerit, ſeu contumaciter ſe abſentauerit, pro confeſſo habetur, quoad illos articulos, de quibus interrogatus fuit; vſque

vſque adeò, licèt poſitiones ſint facti negatiui, quod probari aliter non poteſt, quàm per confeſſionem aduerſarij; idque ſi ſuaſerit æquitas iudici. *f*

*e c. 2. de cōfeſſ. lib 6.*
*f text. eſt in c. 1. eod. de confeſſ. in 6.*

*Poſitiones non admiſſæ probandæ ſunt.*

Quas verò poſitiones reus inficiatur, aut ſaltem non admittit; illæ in modum articulorum ab actore comprobandæ ſunt, vel teſtibus, vel inſtrumentis, vel alio genere probationis; ſicut initio huius Tituli monuimus. *g*

*g Vide latius de hac materia Andr. Gail. lib. 1. obſ. 79. & Speculat. de poſition.*

*Reus an ad editionem inſtrumentorum teneatur?*

Cæterum addubitari poſſet, an ſicut reus poſitionibus actoris reſpondere cogitur, ita quoque ad editionem inſtrumentorum vel teſtium, quibus inſtruatur actor, conſtringi poſſit? Et magis eſt, non poſſe. *h* Cùm nimis graue eſſet reo, arma quibus oppugnaretur, à ſe adminiſtrari actori, *i* Niſi inſtrumenta eſſent actori propria, aut vtrique, tam actori quàm reo communia. Nam his caſibus reus ad exhibendum & ad communicandum inſtrumenta cogendus eſt. *k* Sed ad probationum genera iam deſcendamus.

*h c. 1. ext. de prob. l. 1. l. 4. & l. fi. C. de edendo. & l. nimis graue. 6. C. de teſtibus.*

*i d. l. nimis.* *k c. C. perpetuus. 12. ext. de fide inſtr. l. ſi quæ ſunt. 5. Dig. famil. erciſ. l. procurator. 7. C. de edendo.*

# DE TESTIBVS ET ATTESTATIONIBVS.

## TITVLVS X.

*De vſu teſtium: & duos teſtes in quauis cauſa vt minimum requiri.*

TEſtium vſus omnium frequentiſſimus eſt, non ſolùm in ciuilibus, ſed & in criminalibus iudicijs: *a* vt tamen ad probandam cauſam, duo, vt minimum, teſtes adhibeantur. *b* Quia licèt quædam cauſæ ſint, quæ plures quàm duos teſtes deſiderant; *c* nulla tamen eſt, quæ vnius teſtimonio (quãuis probatiſſimo) decidi poſſit. *d*

a *l. 1. in prin. ff. de teſtib. §. fi. C. de probatio. c. ſuper 13. c. teſtimoniũ 54. ext. hoc titul.* b *c. 23. ext. eod.* c *quæ recenſentur à gloſſ. & ab aliis ad d. c. licet.* d *d. c. licet. c. veniens. 10. c. cùm à nobis 28. ext. eod. c. placuit. 2. q. 4. l. iuriſiurandi. 8. C. hoc tit.*

*Teſtimonij dictio eſt edicti prohibitorij.*

Ad perſonas teſtium quod attinet, cùm edictum de teſtibus prohibitorium ſit, omnes in teſtes rectè adhibentur, quibus non eſt interdictum teſtimonium. *e*

*Qui non poſſint eſſe teſtes.*

Interdictum eſt autem ſeruis, *f* impuberibus *g* (non item puberibus, prætérquàm in cauſa criminali ante vigeſimum annum *h*) furioſis, *i* liberis & parentibus pro

e *l. 1. ff. eod.* f *c. forus 10. §. teſtes: ext. de verb. ſig. l. ſerui. 7. ff. hoc tit. vbi latius.* g *l. 3. §. legi Iul, l. inuiti 19. Dig. eod.* h *l. in teſtimonium. 20 ff. eod.*

vel

vel aduerſus ſe inuicem, etiam volentibus; *l* item de crimine conuictis aut confeſſis, *m* infamibus, *n* domeſticis, *o* hæreticis aduerſus orthodoxum. *p* Sed an mulieribus? Minimè: *q* licet aliud innuere videantur textus alibi; *r* qui ſingulari iure exaudiendi ſunt. *s*

*l* i §. *furioſus Inſtit. de inutil. ſtipul.* l *l. parentes*, 5. *C. eodem. l. teſtis.* 2. *ff. eodem.*

m *c. ſuper.* 13. *ext. eod. iunge omnino c. teſtimonium* 94. *ext. eodem.* n *l.* 3. § *lege Iulia. in fi. ff. eod.* & *d. c. teſtimonium.* o *l. penul. ff. eod. l.* 2, *C. eod. in litteris.* 24. *ext. eod.* p *c. ſi hereticus.* 2. *q.* 7. & *Nouel.* 45. q *c. tam literis.* 33. *c. quoniam.* 3. *ext. hoc tit. c.* 2. *de iudiciis lib.* 6. & *l. ex eo* 18. *Dig. de teſtib. iuncta l.* 1. *Dig. eod.* r *in c. forus* 10. §. *teſtes autem ext. de verb. ſignif. in c. mulierem*, 33. *q.* 5. s *vide hic in notationibus.*

*In matrimoniali cauſa admittuntur parentes & conſanguinei.*

In matrimoniali tamen cauſa, vbi de conſanguinitate quæſtio eſt, parentes; & his deficientibus, proximiores cognati rectè in teſtes adſciſcuntur: cùm hi genealogiam ſuam magis quàm alij extranei perſpectam habeant: adeò quòd non obſtet ipſis iuris regula, quâ pater in cauſa filij, & filius in cauſa patris prohibetur eſſe teſtis; quæ ad alios caſus pertinet. *t*

t *c.* 3. *ext. qui matrim. accuſ. poſſ. c.* 1. *c.* 2. 35. *q.* 6. *iuncta d. l. parentes.* & *l. teſtis.* & *c.* 5. *C. licet ex quadam.* 47. *ext. hoc tit.*

*Socij teſtimonium in cauſa ſocij reiicitur; item aduocati & procuratoris: ſecus eius qui eſt eiuſdem vniuerſitatis.*

Sed & ſocij teſtimonium in cauſa ſocij refutatur, ſiue ſit ſocius eiuſdem criminis, *u*

ſiue contractus; x & multo magis ſi quis in re propria teſtis audiri velit. y Vnde neque aduocatus, neque procurator in ea cauſa, in qua patrocinium preſtant, teſtes audiuntur, z & ne quidē ceſſante officio in appellationis iudicio. a Diuerſum eſt in iis; qui eiuſdem Collegij vel Vniuerſitatis ſunt, qui in cauſa Collegij vel Vniuerſitatis rectè adhibentur teſtes, ſi aliud non obſiſtat. b Siquidem quæ Collegij vel Vniuerſitatis ſunt, ſingulorum minimè cenſentur. c

*veniens. 10. c. perſonas 20. ext. de excipe. caſum comunicationis de quo in ... ext. de teſtibus cog.*
*x l. 3. ff. eod. c. ſi teſtis. § in teſtib. 4. q. 3. latè Farinacius in tract. de teſt. lib. 2. tit. 6. q. 60. y l. nullus. 10. ff. eod. l. omnib. 9. C eod. z l. fi. Dig. eod. c. inſuper ext. eod. tit. a c. eod. tit. in 6. b d. c. inſuper c. cum nuncius 12. c. tuis 39. ext. eod. c. 3. loco 5. extr. de probat. c. etſi Chryſitus 26. ext. de iureiur. c l. in tantū 6. §. 1. & ibi vide latius Bart. ff. de rer. diuiſio. l. ſicut 7. Dig. quod cuiuſq. vniuerſ. adde & Felin. ad c. inſuper.*

*Qualitates teſtium conſiderandæ.*

In cæteris quoque; cùm tota teſtimonij vis ex perſona teſtis pendeat; examinabit iudex fidem, mores & grauitatem teſtis; an, ſcilicet, honeſtæ & inculpatæ vitæ ſit, an verò notatus & reprehenſibilis; an locuples, vel egenus, vt lucri cauſa quid facilè admittat; vel ei, pro quo teſtimonium dicit, amicus ſit, vel ipſi inimicus, aduersùs quem teſtimonium fert: neque eum audiet, qui aduersùs fidem teſtationis ſuæ vacillat: e niſi fortè teſtis incontinenti quaſi memoriâ lapſus, errorem ſuum correxerit; quod in teſte admittitur. f

*e l. 2. & l. 3. Digeſt. eod. f c. præterea 7. ext. de teſtib. cogend.*

Te-

*Teſtes plures producti ſi variè inter ſe teſtificentur.*

In pluribus teſtibus ab eodem productis, ſi quidam diuerſum ab aliis teſtificentur; hi præferendi erunt, licet impari numero, qui digniores ſunt, quíve naturæ negotij aptiora & vero proximiora dixerint: non enim ad multitudinẽ teſtium reſpici oportet, ſed ad ſynceram teſtimoniorum fidem, & quibus potius lux veritatis adſiſtat. *g* Quare idem quoque in teſtibus ab vtraque parte productis obſeruari conuenit. *h*

*g l. ob carmen. 25. §. ſi teſtes. ff. de teſtib.*

*h cap. in noſtra. 32. ext. eod. & quæ vtrobique tradũt DD.*

*Teſtes quoties ab eodem produci poſſunt.*

Et quamuis liberum ſit vtrique, tam actori quàm reo, tot, quot voluerit, teſtes in eadem cauſa ad eundem articulum producere; iudicis tamen officium erit, effrenatam multitudinem teſtium coërcere, & illum ſolum numerum admittere, quem ſufficientem putauerit. *i* Idem faciet in dandis dilationibus ad producendos teſtes, vt poſt primam dilationem, ſecundam & tertiam ex cauſa tribuat, *k* nunquam verò quartam; niſi præſtito ab eo, qui hoc poſtulat, iuramento; quod neque per ſe, neque per alium teſtificata ſubtraxerit, vel fuerit percunctatus: nec per dolum aut per artem aliquam,

*i l. 1. §. ff. eod. & c. cum cauſam 37. ext. eod.*

*k c. in cauſis 15. & ibi gloſſ. c. de teſt. 29. c. ſignificarunt 36. ext. de teſtib.*

quartam productionem expoſcat: ſed quia quos deſiderat de nouo producere, prius habere nequiuit. *l*

*l c. pen. extr. eod. §. quia verò. Nouel. de teſtibus.*

*Poſt terminum ſiue cognitionem vel renunciationem teſtium, nulla amplius teſtium productio admittitur ad eundem articulum: ſecus ad diuerſum.*

Igitur elapſis dilationibus, quæ ad producendos teſtes datæ ſunt, aut poſtquam vlteriori teſtium productioni renunciatum eſt à partibus, aut publicata ſiue aliter cognita ſint teſtium dicta; non licebit ad eundem articulum, vel alium ipſi directè contrarium, eoſdem vel alios teſtes producere, tam in priori iudicio, quàm in iudicio appellationis propter timorem ſubornationis. *m* Aliud verò eſt in nouo articulo, qui ad probandum in eadem cauſa ſumitur, cui hæc renunciatio ſiue cognitio nihil officit. *n* Si quis enim v. g. conuentus ex cauſa mutui, dicat ſe ſoluiſſe, idque teſtibus productis probare conatus eſt; poteſt nihilominùs in eadem vel appellationis inſtantia, exceptionem pacti de nõ petendo vel iuriſiurandi, obiicere, eamque iiſdem vel aliis teſtibus confirmare, non obſtante publicatione vel cognitione priorum teſtium. *o*

*m c. 2. eod. in Clement. o. de teſtibus. 29. in fi. ext. eodem auth. at qui ſemel. C. de probatio. §. quia verò. Nouel. de teſtibus. Adde And. Gail. lib. 1. obſer. 105.*

*n c. fraternitatis. 17. ext. eod. l. per hanc. C. de temp. appellat. o c. cum cauſa 42. ext. eod. c. cum Ioannes 10. ext. de fid. inſt.*

Teſtis

*Teſtis obſcurior repeti poteſt.*

Quod ſi iudici obſcurior videbitur depoſitio teſtis, non prohibetur eundem teſtem ad examen iterùm reuocare. *p* Generaliter enim receptum eſt, vt poſſit iudex, vbi æquitas eum mouerit ante definitiuam ſententiam interrogare, donec veritatem rei exploratam habeat. *q*

*p c. tum clamor. 53. ext. eod.*

*q c. vbicunque 21. ff. de interrog. actio. c. iudicantem. 30. quæſt. 5.*

*De iuramento teſtium, & citatione partis ad audiendum.*

Cæterum vt fides teſtis integrè conſtet, neceſſe eſt, antequam audiatur, conceptis verbis religione iuriſiurandi ſe obſtringat: Nullus enim teſtimonio, *ait disertè Honorius*, quantumcumque religioſus exiſtat, niſi iuratus depoſuerit, in alterius præiudicium debet credi; *r* niſi forte ab aduerſa parte, cuius intereſt, remiſſum fuerit iuramentum. *s* Quin & ad audiendum teſtem, aduerſam partem citari oportet. *t*

*r c. nuper. 51. extr. eodem confirmat. l. iuriſiurandi. 8. C. eodem.*

*s c. tuis. 39. ext. eod. t c. 2. ext. eod. & ibi gloſ. Panorm. & Felinus l. ſi quando. 15. & auth. ſed & ſi. C. eod. & ibi gloſſa & Bartholus.*

*Teſtes vtroque iure quando cogantur.*

In cogendis teſtibus hoc diſcriminis eſt inter ius Ciuile & Canonicum: quod de iure Ciuili omnes ad dicendum teſtimonium compelli poſſint, *u* paucis exceptis. *x* *β*

*u d l. ſi quãdo. l. 3. §. exhibere. ff. de tabulis exhib. & l. 3. §. lege Iulia. & l. 4. Dig. de teſtib.* *x de quibus in l. 4. l. 5. l. 8. l. 19. Dig. eod. & c. ſi teſtes §. lege Iulia. publ. 4. q. 3.*

De iure verò Canonico, moneri prius & induci

induci debent; & demum, ſi odio, gratiâ, vel timore impediantur, & inopia probationis dictet, diſtrictione Eccleſiaſticâ conſtringi. *y*

*y c.1. c.3. & paſſim extr. de teſtibus cog. vide quæ tradit Panorm. ad c.10. ext. de teſtibus cogendis, vbi quid in cauſa criminali.*

*Ad quos teſtes mittatur pro teſtimonio.*

Parcitur tamen valetudinariis, ſenibus, debilitate vel paupertate depreſſis, *z* mulieribus, *a* & qui ſine dedecore in publico cõparere non poſſunt, *b* item egregiis perſonis: *c* his etenim ad domum eorum mittitur, recipiendi teſtimonij cauſa. *d* *y* In extraneis teſtibus, qui iuriſdictioni iudicis ſubiecti non ſunt, committitur examinatio teſtium iudici eiuſdem loci, deſtinatis eò partibus vel procuratoribus earum. *e*

*z c. ſi qui 8. ext. hoc tit.*
*a c.1. de iud. lib.6.*
*b pro l. in eadem.10. in fi. Dig. ex quibus cauſ. maior.*
*c l. ad perſonas 16. ff. iureiurand.* *d tam dictis iuribus.* *e l. iudices. 17. C. de fide inſtrument. quod an in criminalib. cauſis obtineat, vid. auth. apud eloquentiſſimam. & ibi DD. C. eod. de fidi inſtrum.*

## Notatio in Tit. 10.

*a An mulier teſtis eſſe poſſit, res implicata eſt. Nam quædam iura ſimpliciter aſſerunt, mulierem teſtem eſſe non poſſe, propter eius inconſtantiam. c. forus. 10. ext. de verb. ſignif. c. mulierem. 33. quæſt. 5. quædam contrarium iudicant. in c. tam literis. 33. in c. quoniam. 3. ext. de teſtib. in c. 2. de iud. lib. 6. & in l. ex eo. 18. ff. de teſtib.*

Vt

*Vt autem hæc inter ſe concilientur, priora iura exaudienda ſunt in cauſis criminalibus criminaliter motis per accuſationem: poſteriora verò in criminalibus per inquiſitionem aut denunciationem inſtitutis, & in ciuilibus: vt in iis poſſit eſſe teſtis mulier. Hoc tamen adiecto, quod & de iure Ciuili in criminali accuſatione indiſtinctè in teſtem admittatur mulier, ex d. l. ex eo. ita quod diſcrimen remaneat quò ad accuſationem criminalem inter ius Canonicum & Ciuile. Vide quæ tradit Decius ad d. c. 3. & Proſper Farinac. in tractat. de teſtib. lib. 2. tit. 6. q. 59. caſu 1. 2. & 3. vbi & an in teſtamentis.*

*β Licet quidam excipiantur, vt cogi non poſſint ad teſtimonium dicendum; id tamen accipiendum eſt; dummodò aliunde probatio habeatur, aliàs etiam hi cogi poſſent. Innocent. ad c. in princip. extr. de teſtib. cog. & poſt eum Hoſtienſ. & Panorm. ibid.*

*γ Quo ſenſu accipiendus videtur textus in l. inuiti. 8. de teſtib. Inter eos quoque, ad quos teſtimonij dicendi cauſa admittitur, meritò annumerandi ſunt qui recenſentur in l. medicos. 6. C. de Profeſſ. & Med. Cuius verba in gratiam Profeſſorum & Doctorum hîc lubet adſcribere. Medicos, inquit lex, & maximè archiatros, vel ex archiatris, grammaticos, & profeſſores alios literarum, & Doctores legum, vnà cum vxoribus & filiis, nec non & rebus, quas in ciuitatibus ſuis poſſident, ab omni functione & ab omnibus mu-*

*neribus, vel ciuilibus vel publicis, immunes eſſe præcipimus, & neque in prouinciis hoſpites recipere, nec vllo fungi munere, nec ad iudicium deduci, nec eximi vel exhiberi, vel iniuriam pati: vt ſi quis eos vexauerit, pœnâ arbitrio iudicis plectatur. Mercedes etiam eis, & ſalaria reddi iubemus, quò faciliùs liberalibus ſtudiis & memoratis artibus multos inſtituant.*

# DE FIDE INSTRVMENTORVM.

## TITVLVS XI.

### *De notione & vi inſtrumentorum.*

INſtrumentorum nomine etſi teſtes, aliáque quibus cauſa inſtrui poteſt, contineantur; *a* vſitatius tamen, & hoc quidem loco, intelliguntur ſcripturæ, quæ ad probationem rei cuiuſque adhibentur: *b* quibus in exercendis litibus eadem, quæ teſtibus, fides tribuitur. *c*

*a l. ff. h. tit. c. peruenit. q. 4. ext. de teſtib. cog.* b *ita enim ſub hoc tit. ex. & paſſim in Dig. & C. c l. in exercendis. 15. C. hoc tit. c. cum Ioannes 10. verſ. porrò ext. eod. c. forus, 10. §. cauſ. ext. de verb. ſig.*

### *Inſtrumentorum duplex genus.*

Sunt autem inſtrumenta duplicis generis: Alia enim publica ſunt, alia priuata. *d* Publicum inſtrumentum eſt, quod per publicam

*d Nouel. 73. de inſtrum. caut, l, ſcri-*

cam manum, id eſt, per tabellionem ritè cõfectum eſt. *e* De cuius fide addubitare non oportet. *f* Neque intereſt hoc inſtrumentum originale ſit ſiue eius exemplar, hoc eſt, ex originali ipſo deſumptum, dummodò iuſſu iudicis. *g* Similiter & illud, quod ex notis tabellionis præmortui, ab alio auctoritate iudicis in publicã formam redactum eſt; plenam fidem meretur. *h*

*pturas 11. C. qui potior in pig.*

*e c. 2. ext. hoc titul. in verb. niſi per manum publ. iuncto §. ſed etſi cũ §. ſeq. d. Nouel. ad inſtru. caut. f d. c. 2. & d. §. ſed etſi. cum §. ſeq. c. ad audientiam 13: circa fin. ext. de praſcriptio. g c. ſi. ext. hoc tit. iuncto l. 2. Dig. c. d. authent. ſi quis in aliquo. C. de edendo. c. 1. extr. hoc tit. e. penult. ext. eodem.*

*Inſtrumentum publicum quomodo probetur?*

Si de inſtrumento, an publicâ manu confectum ſit, dubitatio inciderit; recurrendum erit ad ipſum tabellionem, vel ad teſtes inſcriptos inſtrumento, vel ad comparationem literarum. *i*

*i §. ſi verò moriantur. cum §. ſeq. à Nouell. de inſtrum.*

*Quid ſit inſtrumentum priuatum, & quanta eius fides?*

Priuatum inſtrumentum eſt, quod à priuato homine, nulla auctoritate publica, conſcriptum eſt; quod quandoque appellatur chirographum, *k* cautio, *l* epiſtola; *m* nonnunquam rationes. *n* Quod certè contra non inficiantem rectè probat: *o* contra negantem verò minimè: niſi teſti-

*k l. comparationes. 19. C. hoc. tit. l. ſi chirographum 24. ff. de probatio. l k. c. cùm de indebito.*

*25.§.fin.Dig. de proba tiō. m l.publica. 29. §. Titius. Dig. de poſſ. n l. rationes 6. C.de probatio.*

bus legitimè ſuffultum ſit, iiſque ſuperſtitibus & teſtificantibus; aut habeat authenticum ſigillum, quò eius fides adſtruatur. *p* Si autem teſtes non ſuperſint, aut ſigillum authenticum non habeat; comparatione literarum, vel delatione iuramenti, res explicanda erit. *q*

*o d. §. Tit. l.general.13.C.de non num.pecu.§.ſi tamē quiſquam. cum §. hac dicimus. Nouel.73. de inſtru.caut.* p *c.2.ext.hoc tit.§. ſi quis igitur d.Nouel.de inſtru.caut.adde ibid.DD.* q *de qua vide §. ſed & ſi quis.cum §. ſeq.de Nouel. l.cōparationes.19. cum authent. ſeqq. C. hoc titul.*

### *Inſtrumentum contrario inſtrumento, aut teſtibus refelli poteſt.*

*r c. cum Ioannes 10. extr. hoc tit. l. optimam. 14.C.de contrah.& com. ſtip.& vtrobique*

Receptum tamen eſt; vt inſtrumentum, licèt publicum, contrariis teſtibus vel inſtrumentis refelli poſſit. *r* Interim enim inſtrumento ſtatur, donec contrarium probetur. *s* Quin & inſtrumenta à ſe inuicem diſſidentia, ab vna eademque parte producta, mutuò ſibi fidem derogant, & neutrum ratum eſt. *t*

*vide DD quot teſtibus opus ſit ad refellendum inſtrumentum, vnde Panor. & Fel. ad d. c. cum Ioannes.* s *l. cum precibus.18.C.de probation.* t *ſcriptura.14.h.tit,c.imputari.13.ext.eod.*

### *De cautione ſine cauſa emiſſa.*

Porrò in cautione illud animaduertendum eſt; vt ſi indeterminatè, id eſt, nullâ adiectâ causâ (veluti, ex mutuo, ex vendito, ex depoſito, vel ſimili) emiſſa fuerit à debi-

debitore; nullam vim habeat ad perſequendum debitum, ſin cauſa adiecta fuerit: confeſſioni interim ſtetur, donec probauerit debitor ſe indebitè, quod cautione continetur, promiſiſſe. *u*

*u c. ſi cautio. 14. ext. hoc tit. l. cum de indebito. §. fi. Digeſt. de probatio.*

# DE IVREIVRANDO.

## TITVLVS XII.

### *Iuſiurandum probationis ſpecies eſt, & quid ſit?*

QVia & per iuſiurandum nonnunquam rei dubiæ fides inducitur; idcircò inter probationem ſpecies non immeritò numeratur. *a* Eſt autem iuſiurandum Ciceroni affirmatio religioſa: *b* & quidem eleganter; ſi ſub affirmatione & negationem complectamur, ſaltem indirectè: qui enim negat, indirectè quoque affirmat, ita eſſe, quod negat. *c*

*a probat latius Decius ext. de probation. ad rubr. n. 11. circa med.*

*b lib. 3. officior.*

*c vide Nauarr. in Man. cap. 12. num. 1. vbi iuramenti definitionẽ pluribus verbis tradit & explicat.*

### *Iuſiurandum duplex.*

Iuſiurandum duplex à Doctoribus, doctrinæ cauſa, conſtituitur: Aliud enim Promiſſorium eſt; aliud Aſſertorium. *d* Promiſſorium dicitur, quod contractui vel alteri

*d de quibus latius apud*

teri actui adiicitur confirmandi ſiue non retractandi eius cauſa. *e* Aſſertorium, quo rei præſentis vel preteritæ veritas aſſeritur: quale præſtant teſtes in dicendo teſtimonio. *f* item pars, ex delatione aduerſarij vel Iudicis ad decidendam litem. *g* Quòd poſterius deciſorium vulgò appellatur: atque hoc ad præſens argumentum pertinet.

*Hoſtienſ. in ſum. huius tit. numer. 3. & Sarmien. electio. interpret. lib. 1. c. 3. e vt in cap. cum contingat. ext. de iurei. in c. quamuis de pact. in 6. l. vt iuriſiurandi 7. Dig. de oper. liberi. f c. nuper. 15. ext. de teſtibus. g l. 1. & paſſim Digeſt. & C. hoc tit.*

*Deciſorij iuramenti ſpecies tres.*

Deciſorij iuramenti tres ſpecies ſunt; voluntarium, iudiciale & neceſſarium. *h* Voluntarium iuramentum eſt, quod ex conuentione per modum tranſactionis extra iudicium pars parti defert: dictum voluntarium, quòd ſponte deferatur, & ſuſcipiatur ab altero; *i* paritque exceptionem reo, ſi is iurauerit; *k* ſin actor, actionem in factum, *l* aut actionem ex ipſo contractu, vbi de contractu iurauit actor. *m* Iudiciale iuramentum eſt, quod in iudicio à parte parti defertur, ſed approbante iudice: *n* quod recuſari ab eo, cui delatum eſt, licitè poteſt & referri; *o* niſi & ſimul iuſſerit Iudex, delatum iuramentum præſtari. Nam hâc ſpecie manifeſtæ turpitudinis eſſet & confeſſionis, nolle nec iurare, nec iuſiurandum referre: *p* niſi fortè iuſta cauſa ſubeſſet recuſandi iuramenti; veluti, ſi petatur iurari de facto alieno,

*h ſicut patet ex Rubr. huius tit. in ff. i d. l. 1. l. 2. l. 3. l. iuſiurandum. 17. Dig. hoc tit. k §. exceptio. iuriſiur. ſuprà de exceptio. l l. actori. 8. C. de reb. cred. d. l. ſi duo 13. §. ſi quis iurauerit, Dig. hoc tit. n l. penult. §. ſed iuramento. C. de reb. cred. iũcta l. delata.*

no, cuius probabilis ignorantia eſt. *q* Iuramentum neceſſarium eſt, quod in cauſa dubia à Iudice defertur reo vel actori ob inopiam plenæ probationis: *r* ideò neceſſarium dictum, quòd neceſſariò à Iudice deferendum ſit, *s* & ab eo cui delatum eſt, ſubeundum; niſi & hîc ſubſit iuſta recuſationis cauſa. *t* Sanè, *inquit Gregorius* IX. ſi Actor omninò in probatione defecerit, reus debet (etſi nihil præſtiterit) obtinere: Præſumptione verò faciente pro illo, reo deferri poteſt ad oſtendendā ſuam innocentiam iuramentū; niſi Iudex (inſpectis perſonarū & cauſæ circūſtantiis) illud actori videat deferendum. *u*

*d. c. fi. in princ. & ibi Panorm. n. 12.* r *l. admonendi 31. in bonæ fidei 3. C. de reb. cred.* s *d. l. in bonæ fidei.* t *c. fi. hoc tit. & l. penult. §. ſed iuramento. C. de reb. cred.* u *c. fi. §. ſanè.*

*Neceſſarium iuramentum in quo diſtet ab aliis.*

Illud ſingulare eſt in hoc iuramento neceſſario; quòd ſententia ex eo lata propter inſtrumenta de nouo reperta, retractari poſſit, & cauſa ex integro agi: *x* ſecùs in aliis iuramentis, quia hæc tranſactionis & ſolutionis ſpeciem continent: *y* præterquàm ſi legatum aut fideicommiſſum ſibi deberi à legatario iuratum ſit; quod tamen poſteà falſum producto teſtamento demonſtratur: idque ob fauorem vltimæ voluntatis, *z* cui aliter præiudicari non poteſt, quàm inſpectis cognitiſque verbis teſtamenti. *a*

*9. C. eod. tit.* o *c. fi. ext. hoc tit. & d. §. ſed iuramento. §. ſi tamen quiſquam. & §. hæc dicimus. Non de inſtrum. caut.* p *text. eſt in l. manifeſtæ 38. ff. h. tit.* q *l. Marcellus 11. §. 1. ff. rerum amotar. & d. l. penult. & Dig. eod. l. in princ. ext.* text. eſt in d. c. fi.

x *d. l. admonendi.* y *d. l. admonendi iūcta l. 1. l. 2. & l. iuſiurandū, 27. Digeſt. hoc titul.* z *l. fi. C. d. tit.* a *l. de his. 6. Digeſt. de tranſact.*

*Iuſiurandum peiuraturo non deferendum.*

Deferentem vel referentem iuramentum meminiſſe oportet, quod grauiter monet
„ D. Auguſtinus: Ille, *inquiens*, qui hominem
„ prouocat ad iurationem, & ſcit eum falſum
„ eſſe iuraturum; vincit homicidam: quia ho-
„ micida corpus occiſurus eſt, ille animam;
„ imò duas animas, & eius, quem iurare pro-
„ uocauit, & ſuam. Scis verum eſſe quod di-
„ cis, & falſum eſſe quod ille dicit; iurare cō-
„ pellis; Ecce iurat, ecce peierat, ecce perit.
„ Tu quid inueniſti? imò & tu periſti, qui
„ de illius morte te ſatiare voluiſti, *b*

b *text. eſt in c. ille qui hominem 22. q. 5.*

## Notatio in Tit. 12.

*a An actor, qui nihil probauit, poſſit deferre reo hoc iuramentum iudiciale; ita vt reus cogatur iurare vel referre; latè in vtramque partem diſputat Iaſon in repetit. l. admonendi. num. 71. cum duob. ſequentib. ff. de iureiurando: adeò quòd lectorem dubium relinquat. Verior tamen eſt ſententia Panormit. ad c. fin. num. 6. ext. de iureiur. quòd, ſcilicet, reus eo onerari non poſſit; eſt enim iuris regula; Actore non probante reum omninò abſolui debere. d. c. fin. & l. qui accuſare. C. de edendo. Excipe caſum quando quis propriam ſcripturam negat, in §. ſi tamen quiſquam. Nouell. 37. de inſtrum. cautela.*

DE

# DE PRÆSVMPTIONIBVS, INSPECTIONE OCVLORVM, ET DE FAMA.

## TITVLVS XIII.

SEd ex præſumptionibus interdum probationes deducuntur: quæ nihil aliud ſunt, quàm coniecturæ ad adſtruendam rei dubiæ fidem. Quas quandoque ius, quandoque iudex ex perſonarum & rerum circumſtantiis elicit. Vt hinc natum ſit duplex genus præſumptionum apud Doctores; quòd quædam iuris ſint; quædam hominis, ſiue rectiùs, iudicis. *a*

*a patet ex iis quæ ſequuntur.*

*Præſumptionum duplex genus.*

Quæ iuris ſunt, rurſus duplex genus conſtituunt: Aut enim ſunt præſumptiones iuris, & de iure (vt loquuntur Doctores noſtri;) aut præſumptionis iuris tantùm: illæ probationem contrariam non admittunt; veluti eſt præſumptio matrimonij, quæ oritur ex concubitu ſponſi cum ſponſa: *b* aliæque nonnullæ. *c* *a*

*b c. is qui fidem* 30. *ext. de ſponſalib. cõtrah. mat. antiq.* 23. *in arbitr. iur.*

*a adde quæ notauimus ad verſ. qui aliter. ſupr. de clam in fi.* c *quæ exſtant in l. fi. §. fi. C. ad SC. Macedon. in l. princ. Cod. ad SC. Velleian. & in l. fin. circa princ. C.*

*Præſumptio iuris tantùm, contrariis probationibus refellitur.*

Quæ verò ſunt præſumptiones iuris tantùm; fidem quidem faciunt, ſed contraria probatione refelli poſſunt; ſicut eſt præſumptio ſolutionis, quæ ex cancellato chirographo oritur: *d* item, qua præſumimus patrem ante filium puberem diſceſſiſſe, vbi vterque vno caſu exſtinctus eſt: *e* item, qua credimus filium domi ex vxore natum, ex marito eius conceptum fuiſſe, *f* & Prælatum Eccleſiæ, illa quæ habet, proſpectu Eccleſiæ, adquiſiuiſſe. *g* Hæ enim, & id genus aliæ præſumptiones iuris, contrariis probationibus eliduntur & ſubuertuntur. *h*

d *l. ſi chirographũ. 24. ff. de probatio.* e *l. qui duos. 10. §. cum in bell. & §. fi. Dig. de reb. dub.* f *l. filium. 6. ff. de his qui ſunt ſui vel al. iur.* g *de quo latiùs in capite ſimul iurib. & præſump. requiſiſti. 15. iuncto c. quia nos ext. de teſt.* h *vt dictis & ſub tit. ext. de præſumptio. & tit. Digeſt. de probatio.*

*De præſumptionibus hominis.*

Quoad Preſumptiones hominis; illæ nullo iure conſignatæ ſunt, ſed Iudicis cognitioni & arbitrio relinquuntur, propter perſonarum & rerum varietates, quæ quotidiè incidunt; *i* adeò quòd ex his Iudex quandoque ad definitiuam ſententiam progrediatur, *k* ſicut docet illuſtre exemplum Salomonis de duabus mulieribus de eodem partu contendentibus. *l*

i *l. non omnes. 5. §. à barbaris. ff. de re milit. adde l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſtib.* k *l. fi. in verb. vel iudiciis. C. de probatio.* l *c. 2. ext. de præſumptio. extat hiſtoria 3. Reg. 3. cap.*

De

*De oculari inſpectione.*

Sed & oculari inſpectione nonnunquam controuerſia dirimitur; veluti matronarum in exploranda muliere, virgo ſit, *m* vel vterum geſtet; nec nè: *n* & in agrorum finibus diſcernendis agrimenſor oculis ſuis & admenſione, litem adiudicatione Iudicis remouet. *o*

m c. cauſam 14. c propoſuiſti 4. ext. de probatio. n l. 1. Dig. de ventre inſpic. o c. quia iudicante. 9. ext. de præſcriptio. l. 3. C. fin. regund. l. ſi irruptione. §. fi. Dig. eod. tit. fin. regund.

*De fama, an probet?*

Solet etiam fama momentum adferre rei probandæ, ſed coniuncta cum aliis adminiculis. *p* Alioqui per ſe fama non ſufficit ad condemnandum: cùm vnius dictum, teſte Jnnocentio III. facilè multitudo ſequatur. *q* Infamato tamen, vbi aliis argumentis conuinci non poteſt, purgatio criminis indicenda eſt. *r*

p c. præterea 27. ext. de teſti. c. quia 10. cum c. ſeq. ext. de præſumpt. q in c. cum in iuuentut. 12. extr. de purg. canon. r de quo infrà de purgatio. canon.

*Iudicis officium in cognoſcendo & iudicando.*

Atque hæc de Probationum generibus, in quibus recipiendis, diſquirendis & indagandis meminiſſe debet Iudex illud Eleutherij Papæ: Iudicantem, *inquit*, oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plenâ inquiſitione diſcutere, interrogandi, reſpondendi, obiiciendique præbita patientia ab eo, vt ibi actio ambarum partium illuminata ſit pleniter: nec litigantibus Iu-

„ dex priùs velit ſuâ ſententiâ obuiare, niſi
„ quando ipſi iam peractis omnibus nihil ha-
„ beant in quæſtione quod proponant, &
„ tamdiu actio ventiletur, quouſque ad rei
„ veritatem perueniatur: frequenter interro-
„ gare oportet, ne aliquid prætermiſſum for-
„ tè remaneat, quod annecti conueniat. *s*

*s text. eſt in c. fi. 30. q. 5. coniunge & l. iudices. 9. & auth. iubemus. C. de iudic.*

## Notatio in Tit. 13.

*a Hanc præſumptionem iuris, & de iure ideò vocant DD. quòd in ea ius ſe fundet, tanquam in re planè explorata: ac idcircò contra eam nulla contraria admittitur probatio, vt in exemplis margini adſcriptis.*

# DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

## TITVLVS XIV.

*Quid ſententia, quid res iudicata?*

SEntentiam vocamus pronunciationem Iudicis; rem iudicatam, ipſam cauſam quæ finem controuerſiæ pronunciatione iudicis accepit. quod vel abſolutione vel cō-demnatione fit. *a* « Idque ſi loquamur de ſententia definitiua, quæ propriè ſententiæ appellatione venit. *b* Nihilominùs rece-

*a l. 1. Dig. de re iud.*
*b l quod iuſſi. tit. 14. Di. d. tit. c. vt. debitus 59. ext. de appel.*

ptum

ptum eſt, vt & quæuis interlocutio Iudicis, ſententia nominetur; veluti, ſi Iudex interloquendo concedat vel deneget parti petenti dilationem, aut teſtium productionẽ, *c* ſiue aliter inter principium & finem cauſæ de re incidente pronunciet: *d* Vnde & hæc ſententia interlocutoria appellatur.]

c *l. à procedente 4. C. de dilatio. c. ſignificauerunt. 36. ext. de teſtibus.*
d *d. c. vt debitus. cum c. ſeq. l. 2. Dig. de appel. recip.*

*Diſcrimen inter ſententiam interlocutoriam & definitiuam.*

Inter vtramq; ſententiam hoc diſcriminis eſt; quòd interlocutoria quandocunq; ante ſententiam reuocari poſſit ab eodem iudice, licèt ab ea appellatum non ſit: *e* ſecùs eſt in ſententia definitiua, quę retractari aut corrigi non poteſt ab eodẽ iudice. *f* Iudex, *inquit Vlpianus*, poſteà quam ſemel dixit ſententiam, iudex eſſe deſinit. Et hoc iure vtimur, vt iudex, qui ſemel vel pluris vel minoris cõdemnauit, ampliùs corrigere ſententiam ſuam non poſſit: ſemel enim, malè ſeu benè functus eſt officio. *g* Item interlocutoriam ſententiam, niſi ea ad S. Pontificẽ interpoſita ſit, *h* ſcribi & ſcripto recitari neceſſe non eſt. *i* At contrà eſt in definitiua ſententia.

e *d. l. quod iuſſit. & c. cum ceſſante. 60. ext. de appellat.*
f *l. Paulus 43. ll. iudex. 55. de re iud. l. Diui fratres. 27. ff. de pœnis & l. 1. §. fi. Dig. de quæſtion.*
g *tex. eſt in d. l. iudex.* k *iuncta tamẽ l. Paulus. & quæ ibi tradunt DD.* h *neque enim expreſsè iure id cautum reperitur: gloſſa & Philippus Francus in c. fi. hoc tit. lib. 6. quamuis melius ſit eam ſcripto comprehendi & ferri. c. quoniã, ext. de probation.* k *toto tit. C. de ſent. ex breuiculo coniunge § iudicium verò extraord. ſuper. de iudic.*

### *Sententia contra ius expreſſum lata non valet.*

Debet autem Iudicis ſententia iuri eſſe conformis, ita vt expreſſo iuri nõ repugnet; alioqui non ſubſiſtit ſententia, etiamſi ab ea prouocatum non ſit. *l* Ius autem interpretamur, Canones, Leges, Conſuetudines. *m*

l *c.1.ext.hoc tit.l.ſi.expreſſim.19.ff.de appel. l.2.& l.5. Cod.quando prouoc.non eſt neceſſ.l.§.item cum contra. Dig.eſt. Quæ ſenten. ſine appel.* m *Tit. Inſtit. in princ.de offic.iud auth.iubemus.Cod. de iud. & d.c.1. iuncto §.1. ſup.de iure canon.*

### *Sententia contra ius litigatoris lata valet: niſi,* &c.

Quòd ſi ſententia contra ius litigatoris lata fuerit; valet quidem ipſo iure ſententia; ſed per appellationem ſuſpendi, *n* vel per reſtitutionem in integrum, ſine alio extraordinario remedio reſcindi poterit; *o* niſi corruptus pecuniâ Iudex ſententiam tulerit. Nam hac ſpecie ſententia nullius momenti eſt, ita vt ab ea prouocare non ſit neceſſe. *p* Quamuis & aliis pœnis corruptus Iudex coërceatur à iure. *q*

n *d.l.2 C.quando prouoc.non eſt neceſſ.* o *de quibus infr. tit.de in int. reſt. & tit. ſeq.* p l. *venales.7. C.quando prouoc. non eſt neceſſ.* q *de quibus in l. ſi. C. de pœna iud. qui malè iud. & in §. ſi quis ex litig. Nouel. 124. vt litigantes iurent.*

*De pœna Iudicis per gratiam aut imperitiam malè iudicantis.*

Sin Iudex gratiâ ductus, alteri rem malè adiudicauerit, præter infamiæ notam, tenetur parti læſæ in æſtimationem litis: *r* at imperitiâ lapſus, in factum actione conuenitur, & in quantum religioni iudicantis viſum fuerit, pœnam ſuſtinet. *s*

*r d.l. ſi. vide ibid. gloſſá Salicetum & Caſtrenſ. ad d. l. venales. s l. ſi iudex, 6. Dig. de var. & extraord. cog. l. ſi filiusfamil. 15. Dig. de iudic. & Tit. Inſt. in princ. de oblig. quæ ex qu. delict.*

*Pœna iuris Canonici in malè iudicantem.*

Sed ex conſtitutione Innocentij IV. in Concil. Lugdunenſi alia prætereà pœna in Iudicem Eccleſiaſticum ſtatuta eſt, quam hîc libet ſuis verbis adſcribere. Cùm æterni, *inquit*, tribunal Iudicis illum reum non habeat, quem iniuſtè Iudex condemnat. *& paucis interiectis.* Si quis autem Iudex Eccleeleſiaſticus ordinarius, aut etiam delegatus famæ ſuæ prodigus, & proprij perſecutor honoris, contra conſcientiam, & contra iuſtitiam in grauamen partis alterius in iudicio quicquam fecerit per gratiam vel per ſordes, ab executione officij per annum nouerit ſe ſuſpenſum, ad æſtimationem litis parti quam læſerit, nihilominùs condemnandus. Sciturus, quòd ſi ſuſpenſione durante damnabiliter ingeſſerit ſe diuinis, irregularitatis laqueo ſe inuoluet,

„ uet, ſecundùm Canonicas ſanctiones; à qua „ non niſi per Summum Pontificem poterit „ liberari: ſaluis aliis conſtitutionibus, quæ „ iudicibus malè iudicantibus pœnas inge- „ runt & infligunt. Dignum eſt enim, vt qui in „ tot præſumit offendere, pœna multiplici „ caſtigetur. *t*

*t textus eſt in c. 1. hoc tit. lib. 6.*

*De ſententia ex falſis teſtimoniis vel inſtrumentis lata, & de inſtrumento poſteà reperto.*

Quòd ſi Iudex ſecutus falſa teſtimonia, vel inſtrumenta ſententiá tulerit; & ſi ſummo iure valeat ſententia: tamen per in integrum reſtitutionem reſcindi, & ex integro cauſa agi poterit. *u* Prætextu verò inſtrumẽti poſteà reperti, ſententia non retractatur. *x*

*u l. Diuus. 33. Dig. eod. toto tit. C. ſi ex falſis inſtru, l. ſi prætor 75. Dig. de iud. l. qui agnitis. 11. Dig. de exceptio: vide latiùs tit. infr. de in integ. reſt.* x *c. inter 20. cum c. ſeq. ext. hoc tit. l. 4. C. de re iud. l. Imperatores. 35. & ibi latiùs DD. Dig. eod.*

*De ſolemnitatibus ferendæ ſententiæ.*

Sed & illud animaduertat Iudex, ne abſentibus partibus, vel etiam altera tantùm, ſententiam ferat *y* (niſi fortè pars altera abeſſet per contumaciam; de quo ſuprà egimus *z*) neque aliter quàm ſedens ſententiam ipſe ex ſcripto recitet; alioqui iudicatum non ſubſiſtet: *a* exceptis Epiſcopis

*y l. d. vnoquoq; 47. ff. de re iud. z. tit. de dolo & contu. a. tit. Cod. d.*

pis & illuſtribus perſonis, quibus & per alium ſententiam recitare licet. *b* Non infirmabitur tamen ſententia, ſi cauſa, quâ inductus iudex ſententiam tulit, inſerta non fuerit. *c*

6. Adde & in caſibus beneficialibus, matrimonialib. vſeratiis, etiam à ſtante iudice ſententiam recitari poſſe. *Para. iudicium verò extraord. ſupr. de iudic. neque cauſæ breues vllã ſcripturã requirunt. auth. niſi C. de ſent. ex breuiculo. in c. ſicut. 16. hoc tit. vide ibid. Panorm.*

### *De diuerſis ſententiis à pluribus ſimul latis.*

Cæterùm, ſi à duobus iudicibus diuerſæ de eadẽ re ſententiæ proferantur, ea præfertur, quæ pro reo facit. *d* Cùm enim ſunt partium iura obſcura, reo potiùs fauendum eſt, quàm actori. *e* Exceptâ causâ fauorabili; puta, ſi pro matrimonio, pro dote, pro libertate, vel pro teſtamento altera ſententia lata fuerit, quæ actori magis proficiet, pro quo lata fuit, non obſtante alterâ contrariâ pro reo. *f* Atque hæc in iudicibus ordinariis. At in delegatis vtriuſque ſententia ex arbitrio delegantis pendet, qui alteram, prout ſibi videbitur, eliget & confirmabit. *g* Arbitrorum verò diſſentientium ſententiæ nullius momenti ſunt. *h* Quòd ſi impari numero iudices vel arbitri ſumpti fuerint, maior pars minori præualet. *i*

*ſentent. ex breuiculo recit.* b *l. 2. & paſſim C. d. tit. &c. fi. hoc tit. in decimalib.*

*c per tex. 10. in c. ſicut. 16. hoc tit. vide ibid. Panorm.*

d *c. fi. ext. h. tit.* e *iuxta iuris regulã in c. cùm ſunt de reg. iur. lib. 6. in l. fauorabiliores. Dig. eodem tit.* f *d. c. ff. l. inter partes. 38. Dig. de re iud. l. ſi pars 10. Dig. de inoff. teſt.* g *d. c. fi. & l. duo iudices 28. Dig. de re. iudic.*

h *d. c. fin. l. diem. §. ſi plures. Dig de reception. arbitr 36. l. duo. 39. Dig. de re iud. & d. § ſi plures.* i *c. Pompon.*

Nota-

## Notatio in Tit.14.

α *Etiamſi à ſententia appellari poſſit, aut etiam appellatum ſit: non enim minus res dicitur iudicata, l. litigatorib. 14. C. de appellatio. & l. eleganter. 23. §. ſi poſt rem iud. ff. de condict. indeb. Sed & hoc iure noſtro receptus eſt loquendi modus, vt ſententia dicatur in rem iudicatam tranſiuiſſe, à qua ſtatuto tempore appellatum non eſt; vel appellatum quidem, ſed poſteà deſerta fuit appellatio; vtpote appellatore eam non perſequente. c. penult. de appellat. in Clement. c. quod ad 15. ext. de ſent. & re iudic.*

# DE APPELLATIONIBVS, ET NE PENDENTE

Appellatione aliquid innouetur.

## TITVLVS XV.

*Appellationis vſus.*

TAmetſi aliàs res iudicata pro veritate habeatur, propter auctoritatem iudicantis: *a* nihilominùs vtroque iure receptum eſt; vt à ſententia appellari, id eſt, ad ſuperiorem iudicem, corrigendæ eius cauſa prouocari poſſit. *b* Imò & eò decurſum eſt; vt etiam à quouis grauamine tam extra-

a *l. res iudicata. ff. de reg. iur. c. ſicut 16. ext. de ſent. & re iud.*
b *ſicut videre eſt ſub Titul.*

extraiudiciali quàm iudiciali appellare liceat. *c* *vtriuſque iuris. de appellation. c. cùm ſit 5. ext. hoc tit. c. 3. eod. in clement. c. cõcertationi. eod. in 6. l. 4. C. hoc tit.*

*Duplex genus Appellationum.*

Vt hinc rectè diuidantur Appellationes in extraiudiciales & iudiciales; *d* Extraiudicialis appellatio illa dicitur, quæ extra iudicium interponitur à grauamine illato vel inferendo; veluti, ſi beneficium alteri collatum ſit in præiudicium meum, & idcircò appellem; *e* quod exemplum illati grauaminis eſt: futuri verò, ne fiat electio, poſtulatio, vel collatio beneficij; *f* aut ne in poſſeſſione mea turber. *g* *a* Iudicialis appellatio de his inſtruitur, quæ in iudicium veniunt, vel circa iudicium accidunt; idque vel ante vel poſt definitiuam ſententiam. *h* Ante ſententiam definitiuam; puta, ſi quis citetur ad locum non tutum; *i* vel ad diem conſtituto breuiori termino; *k* aut ſi Iudex interloquendo reiiciat exceptionem; *l* aut aliud quid parti deneget. Siquidem ab omni onere appellari poteſt hoc iure Canonico. *m* Quippe appellatio defenſionis ſpecies eſt, & in præſidium innocentiæ cõparata. *n* Aliter de iure ciuili, quo ante definitiuam ſententiam appellatio inhibetur: *o* niſi certis caſibus, qui alibi extant, *p* & vna hac regulâ

d *c. 3. hoc tit. in Clem.*
e *c. cõcertationi. 8. eod. in 6.*
f *c. conſideramus. 10. c. cum nobis 19. c. audiſtis. 29. ext. de electio.*
g *c. bonæ. 51 ext. de appellation.*
h *c. cùm ſit. 5. c. ſupér eo 12. ext. eod. c. 1. ext. hoc tit. c. 4. ext. vt lite non conteſt.*
k *c. 1. ext. de dilatio.*
l *c. ſignificãte 34. cum c. ſeq. ext. de reſcrip.*
m *d. c. ſuper. eod.*
n *c. cum ſpeciali 61. §. porrò. extr. hoc tit.*
o *l. ante 7. C. quor. appel. non recip. l. fi. C. de ſent. & interloc.*
p *in l. intra.*

40. Dig. de minor. in l. 2. Dig. de appellat. recip. in l. arbitro. 9. Dig. qui ſatisda. cog. Vide latius apud Hoſtienſ. in ſum. huius tit. n. 5. capite 1. de reformat.

gula comprehendi poſſunt: Quod vbicunque interlocutoria ſententia vim definitiuæ habet, & grauamen eius per appellationem à definitiua reſarciri nequit, toties appellari poſſit etiam de iure ciuili. Quam regulam & ad forum Eccleſiaſticum traduxit Concilium Tridentinum, *q* vt in eo à veteribus Canonibus multum hodie diſceſſum videatur.

*q Vide Seſſ. 22. cap. 20. de reform. adde & Seſſ. 13.*

## *De iudiciali appellatione poſt ſententiam.*

r l. Et in maiorib. 20. l. litigatoribus. 14. C. hoc tit. c. de appellation.

Porrò iudicialis appellatio poſt ſententiam definitiuam, ex duplici capite inſtituitur: vel ab ipſa ſententia definitiua, vel ab eius executione. De priori, conſtituti iuris eſt; & in maioribus quàm ciuilibus à definitiua ſententia appellari poſſe. *r* Ab executione tum demùm appellatur; vbi modus executionis exceditur: aliàs nulla datur appellatio ab executione. *s*

11. c. cùm ſit. 5. ext. hoc tit. *s l. ab executione. 5. Cod. quorũ appel. non recip. c. quoad conſultationem. 15. extr. de ſentent. & re iudic.*

## *Caſus quibus appellare non licet à definitiua ſententia.*

t c. cum ſit.

Priore tamen capite non continentur damnati ob manifeſtum crimen; *t* item con-

confeſſi & conuicti ſimul de crimine: *u* & qui ob veram contumaciam abſentes, contrariam ſententiam tulerunt. *x* His etenim denegatur appellationis remediũ, eò quòd non ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ comparatum ſit. *y*

*5. §. fi. & c. peruenit. 13. ext. hoc tit.* u *l. 2. C. quo. appel. non recip. adde ſing. text. in l. non tantùm, Dig. hoc tit. & in l. 1. §. diuus & §. ſi quis vltrò. ff. de quæſt.* x *l. 1. C. quor. appel. non reci. l. properandum 13. §. cum autem. C. de iud. adde caſum in l. 3. 4. 5. 6. 8. C. d. tit. quor. appel. non recip. in l. vnica. C. ſi moment. poſſ. in cap. 18. de hæreticis in 6. in l. 1. C. ſi de ſal. mo. l. vnica. C. de raptu virg. l. 6. C. ad l. de vi publ. l. 16. Dig. de appel.* y *c. cum ſpeciali 61. §. porrò ext. hoc tit.*

*Alij caſus.*

Adde, neque appellationi locum eſſe à ſententia Ser. Principis; cùm hic ſuperiorem non habeat, qui prouocetur; *z* neque à ſententia Præfecti Prætorio, aut Senatus Romani; quibus hoc ſingulariter tributũ eſt; *a* neque ſi à partibus renunciatum ſit aut conuentũ, ne appellaretur; *b* vel à Ser. Principe cauſa appellatione remota delegata ſit, *c* vel ſi iam antè bis appellatum ſit in eadem cauſa. *d* β A ſententia arbitrorum etſi nulla appellatio detur; *e* tamen ſi arbitri iuris ſint, hoc eſt, ex neceſſitate iuri ſumpti; quales ſunt, qui de ſuſpecto Iudice cognoſcunt, aut de reuocatione literarum Apoſtolicarum; ab horum ſententia rectè prouocatur. *f*

z *l. Digeſti à quib. app.* a *l. vnica. C. de ſent. præfecti prætor. & d. l. 1. §. 1.* b *d. l. 1. §. 2. & l. fi. in fi. C. de temp. & repa. appell.* c *d. l. 1. §. fi. c. ſuper. 15. ext. de offic. & pot. iud. deleg. cap. 1. ext. de riſcrip.* d *l. vnica. C. ne liceat in vna. c. directæ. 39. c. ſua. 65. ext. hoc tit. iunge §. meminiſſ. infrà eod.* e *l. 1. Cod. de arbitris.* f *c. ab arbitris 21. de offic. pot. iud deleg. in 6. l. fi. C. de iudic.*

### *De modo Appellationis.*

Sed de modo Appellationis videamus; qui hic eſt, vt intra decendium, id eſt, decem dierum ſpatium, à lata ſententia definitiua vel interlocutoria ſiue alio grauamine interpelletur; *g* ita tamen vt ſi ab interlocutoria vel ab alio grauamine extraiudiciali appelletur, cauſa appellationis addatur. *h* Sin à definitiua ſententia; ſufficiat vel nudè prouocaſſe, ſola emiſſa voce, *appello*; dummodò id poſt latam ſententiam ſedente adhuc Iudice pro tribunali, fiat; *i* aliàs ex interuallo ſcripto opus eſt ad appellandum, *k*

g *per tex. in* c. 1. *Nouell.* 23. *de appellat.. cap. quod ad conſultationẽ.* 15. *ext. de ſentent. & re iud. c. cum dilectus.* 32. §. *fin. text. de electio. c. ſignificauerunt.* 36. *ext. de teſtib. & concertation.* 8. *& ibi gloſ. hoc tit. in* 6. *vide latius Henricum Boich. ad c. cum ſit. ext. hoc tit. & Andr. Gail lib.* 1. *obſ.* 139. h *c.* 1. *hoc titul. in* 6. *c. vt debitus.* 59. *ext. eodem.* i *l.* 2. *l.* 5. *fi. ff. de appellat. & l. litigatoribus. l.* 4. *C. eodẽ.* k *l. eos.* 6. §. *penult. iuncta auth. hodie. C. hoc tit. & l.* 3. *circa fin. Dig. eodem.*

### *De cauſa inſerta Appellationi.*

Si tamen à definitiua prouocans, cauſam certam Appellationi inſerat, non ideò magis ad eam cauſam proſequendam conſtringetur, ſed liberum erit ei, etiam aliam prouocationis cauſam reddere & proſequi. *l* Quod contrà obtinet in Appellatione ab interlocutoria vel ab alio grauamine, in qua non licet aliam cauſam proſequi, quàm quæ in appellando nominatim expreſſa eſt. *m*

l *d. l.* 3. *circa fin.*

m *c. eod. in Clem. c.* 5. *interpoſita.* 70. *in princ. ext. eod.*

*Cauſa*

*Cauſa Appellationis ab interlocutoria iuſta eſſe debet, an friuola; & ſi deferatur huic; quid iuris?*

Sanè Appellationis cauſa ab interlocutoria iuſta reddi debet, non friuola; *n* alioqui illi minimè deferendum eſt à Iudice. *o* Si tamen delatum fuerit appellationi, hoc eſt, recepta vel admiſſa fuerit appellatio; licèt hac ſpecie tam appellatio, quàm ipſius Iudicis delatio à ſuperiori Iudice, ad quem prouocatum eſt, refutari poſſint; quia tamen inferior Iudex, quantum in ſe fuit, iuriſdictionē à ſe abdicauit, appellationi deferens minùs iuſtæ; totius cauſæ deciſio in ſuperioris poteſtatem transfuſa intelligitur; neque ab eo ad inferiorem Iudicem ex neceſſitate remittenda eſt. *p* Aliter, ſi ab eo delatum non fuerit appellationi friuolæ; nam nihilominùs appellatore eam proſequente (datis illi Apoſtolis refutatoriis) ſuperior de appellatione cognoſcens, cauſam ad priorem Iudicem remittet; appellatore in expenſas condemnato. *q* Quod idem obſeruatur, & ſi ex iuſta cauſa appellatum fuiſſet, ſed ea minimè probata apud Iudicem appellationis: Si enim probata eſſet; tunc principalis cauſa eiuſdem Iudicis ſuperioris notioni relinqueretur. *r*

n *c. vt debitus. 59. ext. hoc titul.*

o *c. cum appellationib. 5. eod. in 6.*

p *d. c. cum appellationib. verſ. ſi verò.* q *l. cum appellationibus d. 6. in princ.* r *d. c. vt debitus. adde Andr. Gail lib. 1. obſ.* 131.

### *De Apoſtolis, id eſt, litteris dimiſſoriis ad ſuperiorem Iudicem.*

Vbi itaque intra præſcriptum à iure decendium appellatum eſt; literæ dimiſſoriæ, quibus ſcilicet cauſa ad eum, qui appellatus eſt, dimittitur (quæ vulgò Apoſtoli dicuntur) petendę ſunt inſtanter & ſæpius, ſaltem vno contextu, ab eo, à quo appellatum eſt, ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt: idque intra triginta dies, à die ſententiæ. Alioqui non petitis Apoſtolis intra hoc tempus, cenſetur appellator appellationi ſuæ renunciaſſe. s Idem eſt, ſi intra præfixum à Iudice terminum Apoſtoli petiti non ſint. t Quamuis & de iure Ciuili poſt interpoſitã prouocationem, etiam non petente appellatore ſine aliqua dilatione Apoſtoli dandi ſint à Iudice. u v.

s *c. ab eo.* 6. *hoc tit. in* 6. t *c.* 2. *eodem in Clem.* | *iuncto c.* 6. *eod. in* 6. & *l. iudicibus.* 24. *C. eod. l. vnica. Dig. de libel. dimiſſ.* & *l. dimiſſoriæ.* 106. *Dig. de verb. ſig.* t *d. c.* 2. *verſ. verùm ſi iudex.* u *in l. eos.* 6. §. *fi. Cod. eod. iunge* §. *illus verò. Nouel.* 234. *vt nulli iud. Nouell.* 126. *exemplũ ſacræ for.* & *d. c.* 2. §. *fi.* & *c.* 4. *c.* 6. *eod. in* 6.

### *De tempore perſequendæ Appellationis.*

Introductâ Appellatione coram ſuperiore Iudice, tempus perſequendæ & finiendæ appellationis, annus eſt, aut ex neceſſaria & euidenti cauſa biennium: niſi fortè Iudex, à quo appellatũ eſt, ſecundùm locorum diſtantiam, & perſonarum ac nego-

tij qualitatem, reciſius tempus ſtatuerit, *x* aut etiam ipſe appellans breuius tempus ſibiipſi iniecerit proſequendæ appellationis, *y* Currit autem hoc tempus appellationi præſtitutum à die interpoſitionis eius, aut à die illati grauaminis, vbi à futuro grauamine appellatum eſt. *z*

*x c.cùm ſit Romana 5. ext. hoc tit. cap. ſicut. 3. eod. in Clement. §. 1. Nouel. 50. de his qui ingredi. ad appell. l. fin. §. illud. C. d. tempor. & reparatio. appel. y c. perſonas. 4. c. oblata. 57. §. licet. ext. hoc titul. z d. c. ſicut.*

## *Quibus caſibus ceſſat fatale tempus perſequendæ Appellationis.*

Ex hoc tamen tempore perſequendæ appellationis, ſubducitur compromiſſi tempus, ſi quod inter partes intereà interceſſit. *a* Nec nocere debet appellanti, ſi fortè morâ Iudicis biennium extractum ſit, *b* aut ipſe iuſtâ causâ impeditus appellationem perſequi non potuerit; *c* quamuis ſint qui beneficio reſtitutionis in integrum, ipſi ſuccurrendum cenſeant. *d* Neque dubium eſt, expreſſo conſenſu partium idem tempus prorogari poſſe: niſi ob periculum moræ, Iudex aliud ſtatuiſſet. *e*

a *c. quamdiu. 4. eodem in Clement. §. 1. Nouel. 23. de appellation.* b *Parag. hoc quoque. Nouel. 119. vt ſponſal. larg. c* c. *ex ratione 1. h. titul.* d *vide Nouel. 50. de his qui ingrediuntur. & ibi Doct. Panorm. & alios ad d. c. ex ratione.* e *d. c. quamdiu. d Nouell. de appel. §. 1. vide latiùs Andr. Gail lib. 1. obſ. 141.*

*Quis & quoties appelletur?*

Meminiſſe autem oportet, ad proximè ſuperiorem ſemper appellandum eſſe; *f* idq; bis de eadem re permittitur; non amplius. *g* Vt v. g. à ſententia Archidiaconi appellandum eſt ad Epiſcopum; ab Epiſcopi ſententia ad Archiepiſcopum. *h* Niſi fortè conſuetudo loci ferret, vt relicto Epiſcopo vel alio Iudice intermedio, alius ſuperior prouocaretur, *i* vel ipſe ſummus Pontifex; ad quem à quouis Iudice Eccleſiaſtico rectè appellatur: cùm is propter Sedis Apoſtolicę prærogatiuam, cum quouis Ordinario Iudice concurrat. *k* A delegato verò ad delegantem tanquam immediatè ſuperiorem ſuum, appellatur: *l* prætérquam ſi delegans totius cauſæ iuriſdictionẽ ſubdelegato mandaſſet; hac enim ſpecie, cùm ipſe nihil iuriſdictionis ſibi reſeruarit, non ad eum, ſed ad delegantis ſuperiorem prouocatio fit. *m*

f *c. dilect. 66. ext. hoc tit. l. Imperatores. 21. Digeſt. eod.*

g *l. vnica. C. ne liceat in vna eademque cauſ. adde quæ notauimus ſuprà eod. ad §. Adde.*

h *c. 3. §. ab Archidiac. h. tit. in 6. i d. §. ab Archidiac. quia cõſuetudo iuriſdictionẽ dat. c. cum cõtingat. ex. de foro com. l. fi. C. de emancip. lib.* k *c. ſi duobus. 7. ext. hoc tit. c. ſi quis putauerit. cum c. ſeq. l. ideò. 2. q. 6. iuncto c. cuncta per 9. q. 3. adde Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 20. de reform. c. l. 1. Dig. quis & à quo appel. c. ſuper quæſtionũ. 27. §. porrò l. ext. de off. & pot. iud. deleg.* m *d. §. porrò. & d. l. 1. §. fin.*

*Ab Officiali Epiſcopi ad quem appelletur?*

Quæſitum eſt; Ab Officiali Epiſcopi quis prouocetur? Et reſcriptum eſt ab Innocentio III. *n* Archiepiſcopus; non Epiſcopus, cùm Epiſcopi & Officialis eius ſit idem audi-

n *in c. 3. in princip. hoc tit. in 6.*

auditorium. At abſurdum eſſet, eundem ab eodem prouocari: vnde & conſuetudo hac in re contraria, meritò reiicitur. *o*

*o cap. 2. de conſuetud. in 6.*

*De effectu Appellationis à definitiua ſententia.*

Effectus Appellationis vel hic præcipuus eſt; quòd per eam difinitina ſententia ſuſpendatur, *p* & quodammodo extinguatur, *q*: Neque enim interim ſententia, tanquam lata non eſſet, executioni mandari poteſt. Quare & vtriq; parti copia fit in appellationis iudicio, ea probare, quæ anteà probata non fuerunt, & producere, quæ anteà producta non fuerunt, *r* adeoq; ea quæ in priori iudicio reiecta fuerunt, repetere & probare; *s* ſi tamẽ principali cauſæ præiudicent, aut iudicium retrò nullum reddant; Aliàs ſecus eſt: Nec enim dilationes denegatæ, condemnationes expenſarum aliaque huiuſmodi prioris iudicij, hîc repeti poſſunt. *t*

*p c. ſæpè 44. circa fi. ext. hoc tit. l. furti 6. in princ. ff. de his qui not. infam.*

q *l. 1. §. fi. ff. ad Turpill.* r *c. cum Ioannes. 10. ext. de fide inſtru. c. fraternitatis. 17. ext. de teſtib. l. eos 6. §. ſi quid autem. C. de appell. l. per hanc 4. C. de tempor. & reparat. appel. SC. fi. l. d. tit. in 6. iuncto c. cum à repulſione 7. eod. in Clem.* t *d. c. fi. verſ. vbi. verſ. l. ita demum. 13. C. de procurat. ibid. vide Barth.*

*Pendente Appellatione nihil innouandum.*

Cùm itaque per appellationem ſententia definitiua ſuſpendatur, & iudicium prius cum poſteriori appellationis quodammodò continuetur; fit, vt ſicut lite in priori

ri iudicio pendente nihil innouari potuit; *u* ita neque pendente appellationis iudicio: vſque adeò, vt innouata non ſolùm pendente appellatione, ſed & decennij tempore, quod inter ſententiam & appellationem interceſſit; ante omnia reuocari debeant per Iudicem appellationis. *x* Pendente verò ab appellatione interlocutoria; ſi quæ innouata fuerint per Iudicem, à quo appellatum eſt, reuocari non poſſunt; priuſquam appellationis cauſam veram eſſe conſtiterit. *y* Niſi delatum fuiſſet appellationi à Iudice à quo appellatum eſt: Nam Iudex deferendo appellationi à ſe interpoſitæ, cenſetur à ſe abdicare iuriſdictionem, quam in cauſa habet: *z* Aut ipſi Iudici, ne in cauſa procederet, inhibitio facta eſſet à Iudice appellationis; poſtquàm iam cœpit cognoſcere de appellatione tanquam ex cauſa probabili emiſſa: *a* Aut articulus, de quo appellatum eſt, ita connexus eſſet cauſæ principali, vt hæc ſine illo dicidi non poſſet. *b* His certè caſibus principalis cauſæ cognitio deferenda erit à Iudice; donec appellationis iudicium apud ſuperiorem finitum ſit. *c*

*u toto titul. ext. & in 6. vt lite pend. nihil innouetur.*

*x c. non ſolum 7. de appell. in 6. l. vnica. ff. nihil nouari appell. interpoſ. l. conſtitutiones 16. ff. hoc titul. excipe caſu in c. fi. extr. de ſequeſt. poſt. y iuxta text. in d. c. non ſolum c. Romana 3. §. quod ſi. hoc tit. in 6. z c. cum appellationibus 5. eodem in 6. adde § ſanè ſuprà eod. a d. c. non ſolùm & d. c. Romana. §. cùm autem. cum 2. §§. ſequent. b c. ſuper eod. 50. ext. hoc tit. c dictis iuribus.*

De

*De appellante vno ex pluribus condemnatis.*

Postremo: pluribus vnâ ſententiâ condemnatis, ſi vnus ex iis appellauerit, eiuſque prouocatio iuſta pronunciata fuerit, id & reliquis non appellantibus proderit; *d* licèt diuerſum obtineat in reſtitutionis beneficio, in quo vnius reſtitutio alteri non prodeſt. *e*

d *c. vna. 72. ext. hoc tit. l. 1. l. 2. C. ſi vnus ex pluribus appell.* e *d. l. 2. & l. 1. C. ſi in commun. eademq́; cauſa.*

## Notatio in Tit. 15.

α *Vide aliquot differentias inter iudicialem & extraiudicialem appellationem; item inter interdictum, Vnde vi. apud Panorm. ad c. bonæ. 51. extr. de appellat.*

β *Intellige & de eodem articulo; ſiue ſit appellatum à definitiua ſententia, ſiue ab interlocutoria: ſecùs ſi de articulis diuerſis. Vnde ſi millies qui grauaretur in cauſa ſuper diuerſis articulis, millies quoque poſſet appellare & duas appellationes ſucceſſiuè inſtituere de quolibet artic. Panorm. ad c. directæ. 39. circa fin. extr. de appell. vbi & ex ſententia Ioan. And. hoc exaudiendum putat, quo ad eandem perſonam, quæ appellauit: quia ex quo quis bis appellauit & ſemper ſuccubuit, præſumitur contra eum. Alteri verò parti, licèt alias duas appellationes inſtituere: ita fiet, vt de eodem articulo poſſit quater appellari,*

*computatis ſimul appellationibus vtriuſque partis. Et hanc ſententiam Panormitani videtur comprobare Decius ibid. num. 6.*

γ *Ex his patet, de iure Canonico requiri, vt Apoſtoli inſtanter & ſæpiùs, ſaltem vno cõtextu, petantur; alioqui appellatio pro deſerta habetur, cap. ab eo 6. de appellat. lib. 6. Idem & de iure Ciuili conſtitutum eſt in l. vnica. ff. de libell. dimiſſ. iuncta l. quoniam nonnulli. 18. C. de appellat. niſi quod eodem iure ex interuallo, non vno contextu, ſæpiùs peti debeant Apoſtoli, ſicut colligitur ex cap. 2. eodem tit. in Clement. Et licèt text. in l. eoſ. 6. §. fin. C. eod. dicat, ſponte offerendos eſſe Apoſtolos, etiam non petente appellatore; tamen ſi apoſtoli non petantur intra tempus legitimum, quòd ea ſpecie nihilominus diſerta cenſeatur appellatio, ex ſententia Bartoli ad d. §. fin. Et hac ratione, prædicta loca inter ſe cõciliari poſſunt. Obſerua hîc tria genera eſſe Apoſtolorum. Alij enim dicuntur apoſtoli dimiſſorij, in quibus Iudex narrat detuliſſe appellationi: alij refutatorij, in quibus id negat: alij verò reuerentiales, cùm appellationi propter reuerentiam ſuperioris defert, cap. 1. de appellat. lib. 6. De quibus latiùs Hoſtienſ. in ſum. huius tit. cap. de diuerſis generibus Apoſtol. & Panormit. ad c. bonæ 51. num. 9. ext. hoc tit. In Camera Imperiali non ſunt neceſſarij apoſtoli, teſte Andr. Gail lib. 1. obſeru. 139. in fi.*

δ Qua-

*ꝺ Quatuor conſtituuntur Appellationum fata, ſiue tempora fatalia, hoc eſt, quibus appellatio in fatum ſiue interitum incidit. Quædam enim ad interponendam appellationem; quædam ad petendos apoſtolos, quædam ad introducendam coram Iudice ad quem appellatum eſt; quædam verò ad proſequendam & finiendam appellationem pertinent. Ad interponendam decem dies à iure ſtatuti ſunt. §. ſed de modo. infrà eod. Ad petendos apoſtolos 30. dies, vt ſuprà eodem, §. vbi Ad introducendam Iudex à quo terminum conſtituit gloß. & Barthol. in l. præſes. 9. per eundem text. C. de appellat. Guid. Pap. quæſt. 336. Ad proſequendam verò & finiendam appellationem coram Iudice ad quem; annus, vel ex cauſa, biennium datur, iuxta §. introducta. & §. ſeq. ſuprà eodem. Adde Andr. Gail l. 1. obſeru. 139. 140. & 141. vbi etiam tradit ex Ordin. Cam. ad introducendam appellationem concedi ſex menſes. allegat tit. 30. §. 1. & §. 5. par. 2. In cauſa matrimoniali ceſſant hæc fatalia: cùm ſententia pro vel contra matrimonium lata nunquam tranſeat in rem iudicatam; ſed reuocetur quandocunque detegitur impedimentum Canonicum propter animæ periculum. Vide latè Andr. Gail lib. 1. obſeruat. 112.*

*ε Additum eſt, quodammodò; nec enim extinguitur planè, ſed potiùs eius effectus ſuſpenditur; cùm ſi poſteà deſeratur appellatio, remaneat firma & rata ſententia d. c. ſæpè. Cæterùm*

omni-

*omninò extinguitur per ſecundam ſententiam, etiamſi hæc prioris confirmatoria ſit. d. l. furti 6. ff. de his qui not. infa. ideoq́ Iudex appellationis exequitur ſententiam. authent. ſi quis litigantium. & ibi Salicet. C. de Epiſcop. audientia. Coſtalius ad d. l. furti.*

# DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE.

## TITVLVS XVI.

### *De remediis extraordinariis contra ſententiam.*

SED & ſi quis appellationis beneficio omninò deſtitutus ſit, nihilominùs illi ſuccurritur, vel per reſtitutionem in integrum, vel per ſupplicationem, vel per ſyndicatum, de quibus & ex ordine & breuiter diſſeramus. *a*

### *Reſtitutio in integrum quid ſit: quibus, & quando competat?*

Eſt autem in integrum reſtitutio, in priſtinum ſtatum reductio; *a* daturque non quidem omnibus, ſed certis perſonis, cognita cauſa & probata, & intra præſcriptum à iure tempus, quo peti eam neceſſe eſt. Et inprimis datur minoribus 25. annis, vbi ex ſen-

*a l. quòd ſi minor 25. §. reſtitutio. ff. de minorib. l. vnica C. de reputa-*

ſententia Iudicis, vel alio iudiciali actu læſi ſunt. *b* Deinde minorum exemplo, Reipublicæ *c* & Eccleſiæ, *d* etiam contra aliam Eccleſiam. *e* Tertiò, & maioribus 25. annis, ſed his ob iuſtam, præſertim, abſentiæ, *f* vel erroris cauſam. *g* β Adeoque & contra ſententiam ſummi Pontificis, *h* aut Principis, *i* hæc in integrum reſtitutio conceditur. Non minus & in contractibus aliiſque caſibus, quibus ſupradicti ſe læſos conqueruntur: huius reſtitutionis ratio habetur. *k*

*tio. quæ fiūt & l. 1. C. de ſent. paſſ.* b *l. 1. & toto tit. C. ſi aduerſ. rem iud. l. pen. C. ſent. reſcindi nō poſſ. l. ait prætor 7. §. ſed & in iudiciis. ff. de minor.* c *l. 4. C. quibus ex cauſ. maior. l. 3. C. de iure Reipub. lib. 11. An verò vniuerſitatibus & corporibus hæc reſtitutio in integrum competat, vide Oddum in tract. de reſtitut. in integ.* d *c. 1. c. 2. de reſtit. in integ. lib. 6.* e *c. 3. c. 6. ex hoc tit.* f *l. 1. l. 2. C. quib. ex cauſ. maior. l. nec non. 28. Dig. ex quibus cauſis.* g *l. 1. §. fi. ff. quod falſo tut. l. 2. Dig. de reſtitut. in integ.* h *c. tum ex literis 5. cum e. ſeq. ext. h. tit. c. ſententiam. 35. q. 9. adde c. veniam. ead. q. 9.* i *l. minor. 19. §. 1. Dig. de maioribus.* k *l. 1. & paſſim Dig. de minorib. & toto tit. Dig. & C. quibus ex cauſ. maior. c. 1. c. 8. ext. hoc tit. c. 1. eod. in 6.*

### *Iudicium reſtitutionis quando inchoandum & peragendum?*

Peti verò & peragi debet hoc reſtitutionis iudicium intra quadriennium continuū à tempore læſionis. *l* γ Idque cognitâ causâ & præſente aduerſario, *m* aut per contumaciam abſente. *n* Si tamen rationabilis cauſa ſubſit, poterit Iudex etiam hoc tempus excedere in danda reſtitutione. *o*

l *c. 1. c. 2. hoc titul. in 6. c. vnico. eodē in Clem. de temporibus.* m *l. 3. Dig. de reſtitut. in integr. l. 3. Dig. ex quib. cauſ. maior.* n *l. in cauſa 14. §. cauſa. Dig. de minorib.* o *d. c. 1. & l. 2. eod. in 6. & c. d. l. fi. adde in l. penult. C. d. tit. de temp.*

*Pendente reſtitutionis iudicio nihil innouandum.*

Et pendente iudicio reſtitutionis in integrum nihil innouandum eſt, ſed omnia in ſtatu ſuo manere debent, donec eius cognitio finita ſit: *p* niſi ad extrahendam executionem ſententię vehemens ſuſpicio calumniæ ſit contra petentem reſtitutionem: qua ſpecie ſententia quidem executioni mandatur, ſed præſtita cautione idonea ab aduerſario, ſi ſuperatus fuerit, de reſtituendo eo quod medio tempore. ſententiæ ipſius occaſione percipiet. *q*

p *l. vnica. C. in integ. reſtit. poſtul.*

q *c. ſuſcitata 6. ext. de in integ. reſtit.*

*De effectu reſtitutionis obtentæ.*

Vbi igitur reſtitutio in integrum à Iudice obtenta eſt; ſi aduersùs ſententiam, cauſa ex integro agitur; *r* ſin contra contractum aut alium actum, res retractatur, & in priſtinum ſtatum reponitur; ita vt vnuſquiſque ius ſuum integrum recipiat. *s* Quare ſicut is qui reſtiiuitur, in damno morari non debet; ita nec in lucro: ac proinde quidquid ad eum peruenit, reſtituere & refundere tenetur aduerſario ſuo. *t*

r *l. 1. C. ſi aduerſ. rem iudic.*

s *l. quod ſi minor 25. §. pen. ff. de minoribus.*

t *l. vnica. C. e reputa dio. qui fiũt t. 1. l. 2. C. ſi laduerſ. tranſact. & d. §. pen.*

*De iudice reſtitutionis in integrum.*

Quod attinet ad Iudicem reſtitutionis in integrum: is adeundus eſt, qui eſt ipſius rei, contra quem petitur reſtitutio, *u* propter

u *l. in cauſa*

pter iuris regulam, quâ actor forum rei ſequi tenetur; *x* Vt tamen hic Iudex adminiſtrationem coniunctam habeat, vel alius ab eodem delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, vel ſpecieliter ad hoc iudicium exercendum. Delegati enim ab Ordinariis, qui adminiſtrationem non habent, ſed tantùm iudicandi facultatem; & arbitri cōpromiſſarij, reſtitutionis cauſam tractare nō poſſunt, niſi incidenter coram eis mota fuerit. *y* Minor tamen Magiſtratus contra ſententiam maioris non reſtituit, *z* licèt idem Magiſtratus aduersùs ſuam poſſit. *a* Aduersùs ſententiā delegati à Principe, nemo alius præter Principem reſtituit; quemadmodùm contra ſententiam Principis, ſolus ipſe Princeps. *b*

*17. §. fi. cum l. ſeq. Dig. de minoribus. l. fin. C. vbi & apud quem. c. cauſa 9. ext. hoc noſtro tit.*

x *c. ſi clericus. 5. cum ſit generale. 8. ext. de foro compet.* y *d. c. cauſa d. l. fi.* z *l. minor. 19. in princip. ff. de minoribus.* a *l. in cauſa. 17. §. fin. & de minor. §. 1. ff. de minoribus.* b *d. l. minor. §. penul. & l. C. ſi aduerſ. rem iudic.*

## Notatio in Tit. 16.

*α Reuiſionis beneficium hîc omiſimus, quòd ea iure Canonico & Ciuili prorſus incognita ſit. Sed ex poſterioribus ordinationibus Imperij tempore Ferdinandi Regis Romanorum, anno M. D. LV. introducta fuit aduersùs ſententias Cameræ Imperialis, à quibus cùm appellare non liceat, permiſſum eſt ei, qui ſe grauatum putat, petere acta iudicij reuideri, id eſt, recognoſci ab aliis, &*

*retra-*

*retractari ſententiam, ſi actis conformis non ſit; prout videre eſt in part. 3. titul. 53. Ordin. Camer. Interim executio in ſuſpenſo manet, donec reuiſio peracta eſt, idq́ probat Andr. Gail lib. 1. obſ. 154. Item omiſimus remedium nullitatis ſententiæ, quo petit is, qui ſuccubuit, ſententiam declarari nullam; vel ex hoc capite, quòd contra ius expreſſum lata ſit. c. 1. ext. de ſent. & re iud. & l. ſi expreſſim. ff. de appellat. vel ex eo, quòd iudex eam tulerit ſordibus corruptus. l. 7. C. quando prou. non eſt neceſſe. vel quòd non fuerit obſeruatus ſolennis iudicij ordo. l. prolatam. C. de ſent. & interloc. de quibus egimus ſuprà ſub titul. de ſentent. & re iudic. iuncto §. denique ſuprà de iudic. Quis autem ſit iudex in cauſa nullitatis, vide Andr. Gail lib. 1. obſ. 127.*

*β Additum eſt in textu, præſertim. Nam paſſim textus iuris de abſentib. ex iuſta cauſa loquuntur. item de errore, vt in l. 1. §. fin. ff. quod falſ. tut. authent. Nihilominùs, ſi qua alia iuſta cauſa ſit, habebit locum reſtitutio in integrum, ex illa clauſula: Si qua alia iuſta mihi cauſa eſſe videbitur, quæ ponitur in l. 1. ff. ex quib. cauſ. maior. juncta l. ſed & ſi per. 26. §. quoties. ff. eod. titul. vti videre eſt latiùs apud Oddum in tract. de reſt. in integ. parte 1. quæſt. 8. cum 7. qq. ſeqq.*

# DE SVPPLICATIONE CONTRA SENTENTIAM, ET DE SYNDICATV.

## TITVLVS XVII.

INterdum & per Supplicationẽ retractari petitur ſententia definitiua; cùm ea ſcilicet, à Pręfecto Prætorio lata eſt. Nam cùm ab ea appellatio non detur; in ſubſidium introductum fuit, vt Imperatori, *a* vel ipſi Præfecto Prætorio ſiue Conſiliariis vel Referendariis ipſius, ſupplicare liceat pro retractanda ſententia. *b* Quamuis & aduersùs eam rectè in integrum reſtitutio petatur: *c* quę in hoc diſtat à ſupplicatione, quòd petita reſtitutio ſententiæ executionẽ differat; *d* ſupplicatio non item. *e*

a *l. vnica. C. de ſent. Præf. prat.*

b §. *aliud ad hoc Nouel.* 119. *vt ſponſal. larg. auth. quia. C. de precib. Imp. of.* c *per tex. in l. præfecti.* 18. *ff. de ſupplicat.* & *pendente, ſupr. tit. prox.* d *d.* §. *aliud adhoc min.* e §.

*Supplicatio contra ſententias inferiorum Iudicum non admittitur.*

Contra ſententias verò inferiorum Iudicum Supplicatio nõ admittitur; ne quidem ad ipſum Principem: ſed vel ab eis appellandum eſt, vel petenda in integrum reſtitutio. *f* ſecundùm ea quæ ſuprà diximus. *g*

f *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *c. vt lite pend. vel poſt. l.* 1. *l. fin. C. ſent. reſcindi nõ poſſe. l.* 3. *C. de errore aduoc.* g *duob. tit prox.*

*De remedio Syndicatûs.*

Neque hîc prætereundum eſt remedium

Syndicatus, quod aduerſus ipſos Iudices inſtituitur, qui corrupti pretio aut gratiâ malè iudicarunt: qui idcircò ad Syndicatum, id eſt, cauſæ dictionem, ab iis, quibus nocitum eſt, reuocantur; & conuicti in litis æſtimationem læſæ parti condemnantur. *h*

*h l.2. C. de pœna iudicis, qui malè. adde & quòd. §. ſi ſententia. cum §. ſeq. ſuprà de ſent. & re iud. & ordin. Imperij parte 3. tit. 53.*

# DE EXECVTIONE REI IVDICATÆ.

## TITVLVS XVIII.

Ad extremum, vbi ſententia definitiua nullo iuris remedio retractata eſt; ſupereſt vt ea executioni mandetur; ne iudicatum illuſorium ſit; *a* hoc adhibito temperamento.

*a l. ſi prætor. 75. in princ. ff. de iud.*

### *De executione in actione perſonali.*

Vt ſi actum ſit actione perſonali, quadrimeſtre tempus cõdemnato ad ſoluendũ detur; *b* niſi Iudex pro cauſę qualitate & quantitate, vel perſonarũ obſequio vel contumaciâ, tempus hoc vel prorogauerit, vel coarctauerit: *c* aliàs ſine iuſta cauſa Iudex tempus quadrimeſtre à iure indultũ reſtringere nõ poteſt; & ſi fortè fecerit, ſuppletur à iure, quod quadrimeſtri deeſt. *d* Non enim ſine cauſa Iudex beneficium iuris parti auferre

*b l. 2. l. 3. C. de vſur. rei iudic. c. quærenti 26. ext. de offic. & pot. iud. deleg. c l. 2. l. debitor. 31. ff. de re iud. c. quod ad conſultationem. 15. extr. de ſent. & re iud. d l. 4. §. ſi quis. ff. iam d. tit.*

debet. *e* Sin Iudex quadrimeſtre tempus ſine cauſa exceſſerit; puta, permittẽdo reo ſemeſtre, valebit quidem prorogatio; ita tamen, vt & quadrimeſtre à lege datum, in ſemeſtre imputetur. *f* Eadem obſeruanda ſunt in cõfeſſo in iure; *g* cùm hîc iudicato ſimilis ſit. *h* Ordo verò executionis in actione perſonali, hic eſt; vt primò mobilia, deinde immobilia, poſtremò nomina ſumantur; quæ in cauſam pignoris capta poſt duos menſes vendãtur. *i*

e *c. indultum. de reg. iur. in 6.* f *d. §. ſi quis. ibi gloſ.* g *l. debitorib. 21. ff. de re iud. l. ſi debit. 21. ff. de iud. l. fi. C. de execut. rei iud.* h *l. poſt rem iudicatam. 56. ff. de re iud. hac tamen ſpecie cautio requiritur. d. l. ſi debitori.* i *l. à D. Pio 15. ff. de re iud. l. ciuitates 8. ff. quod cuiuſq; vniuerſitatis. iuncta d. l. debitoribus. l. cum proponas. 9. & ibi not. C. de bonis auctori. iud. poſſ.*

### *De executione in reali actione.*

Si verò in rem actum ſit; nulla dilatio condemnato datur: niſi poſſeſſor neget in præſenti ſe poſſe reſtituere; & ſi ſine fruſtratione tempus reſtituendi cauſa petat, indulgendum erit ei; vt tamen de litis æſtimatione caueat cum fideiuſſore, ſi intra tempus, quod ei datum erit, non reſtituerit. *k*

k *§. 1. Inſt. de off. iud. adde l. qui reſtit. 68. ff. de rei vind.*

### *De executore ſententiæ.*

Conuenit autem, eum ſententiam ſuam exequi, qui eam tulit, ſi Iudex ordinarius ſit. *l* Quod ſi in res condemnati extra territoriũ ſitas executionẽ fieri neceſſe ſit; Iudex eius loci

l *alioqui fruſtra iudicaſſet, & cùm delegati à ſe ſententiã exequatur, multò magis ſuam; vt in hoc §.*

loci pro executione adiri debet. *m* Delegati verò ſententiam ordinarius Iudex, à quo delegatus eſt, exequitur. *n* Excepto delegato ſummi Pontificis, qui integrum annũ habet ad exequendum ſententiam ſuam, *o* aut ſi vult, executioné ad loci Ordinarium refert. *p*

m *d. l. à D. Pio §. 1. c. poſtulaſti. 14. ext. de foro comp.* n *d. l. à D. Pio in Princ. c. ſi quis contra. 4. ext. de foro comp. & ibi vide latiùs Panor. & alios.* o *c. quærenti. 26. ext. de off. iud. deleg.* p *c. ſignificaſti 7. & c. paſtoralis. 28. §. quia verò, ext. iam d. tit.*

# DE ACCVSATIONIBVS, INQVISITIONIBBVS ET DENVNCIATIONIBVS.

## TITVLVS XIX.

*Tres modi inſtituendi iudicium criminale.*

HActenus de iudicio ciuili, nunc ad criminale iudicium digrediamur, in quo de crimine ſiue delicto, publicæ diſciplinæ cauſa agitur. Huius auté inſtituendi triplex modus eſt; aut per accuſationem, aut per inquiſitionem, aut per denunciationé. *a* Addunt alij, per exceptionem & per notorium; ſed minùs rectè: vti infrà ſuo loco dicetur. *b*

a *c. qualiter 24. ext, hoc tit. c. licet Heli. 31. circa princ. ext. de ſimonia. Extrau. ad reprimendũ. quomodo in crimine læſa maieſt.* b *infr. eod. §. illius verò, cum § ſeq.*

AC-

*Accuſatio quod, & quæ eius formula?*

Accuſatio eſt criminis dilatio apud Iudicem publicæ vindictæ cauſâ, interueniente legitimâ inſcriptione. *c* Huius formula hæc extat apud Paulum I.C. *d* Ego Lucius Titius profiteor me Mæuiam lege Iulia de adulteriis ream deferre, quòd cum Caio Seio in loco illo N. in tali domo N. menſe illo N. Conſulibus illis NN. adulterium commiſerit, cuius profeſſionis cauſâ me ſubſcribo, vel alius meo nomine, quia literas neſcio. Similis in aliorum criminum accuſatione formula ſeruanda eſt. *e* « Quæ ſi legitimè concepta non fuerit, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum poteſtas fit. *f*

c *hæc deſcriptio deſumpta eſt ex l. fi. C. de accuſatio. quæ & communiter recepta eſt à DD. prout tradit Iul. Clar. in pract. crim. q. 12. n. 1.* d *l. libellorum. 3. ff. de accuſatio. c. tua. ext. de procurator.* e *d. l. libellorum. §. penult.* f *d. l. libellorum. §. 1.*

*De inſcriptione & pœna calumniantis accuſatoris.*

Itaque inſcriptionem legitimam hîc vocamus, accuſationem præſcriptâ formâ inſtitutam ad terrendum accuſatorem, ſi fortè calumnioſè agat. *g* Quiſquis ille eſt, *inquit* " *diſertè textus*, qui crimē intendit, in iudicium " veniat, nomen rei indicet, vinculum inſcri- " ptionis arripiat, cuſtodiæ ſimilitudinem (ha- " bitâ tamen dignitatis æſtimatione) patiatur; " nec impunitā fortè nouerit licentiam men-

g *l. penult. & ibi gloſ. & Salic. C. de accuſatio.*

tien-

*Et in dilictis priuatis inſcriptionem requiri, & de pœna calumniantis in his dictis.*

Et hæc inſcriptionis neceſſitas non tantùm in publicis crîminibus,ſed & in priuatis exigitur; vbi,ſcilicet criminaliter intenduntur:*t* adeò vt & in his accuſator calumnioſus coërceatur,ſed pro æſtimatione ipſius Iudicis; *u* ſiquidem & ipſa delicta priuata nullam certam pœnam à iure conſtitutam habent, ſed arbitrio Iudicis vindicantur. *x*

*t l fi.ff.de priuat.delict.l.fi.ff.de furt.cap.tua.5.(in quo c,tamen talionis pœna ceſſat) extr. ac procurator.* u *l.3. & l.ſi quis 7.§.ſi ſtellionatus ff.ad SC.Turp.& qui iniuriarum 43.ff.de iniur.* x *d.l.fi.ff.de priuat.delict.l.fi.ff.de fur.& l.fi.ff.de iniuriis*

*Qui accuſare prohibentur.*

Cæterùm qui accuſare poſſint videamus. Et certè Marcellus IC.omnes poſſe reſpondit, quibus à iure non eſt interdictũ. Itaque hæc res edicti prohibitorij eſt. Interdictum eſt autem pupillo, mulieri, Magiſtratui,militi,infami,& qui duo iudicia aduersùs duos reos ſubſcripta habet, nummóſve ob accuſandũ,vel non accuſandũ accepit: item filio parentem,liberto & alumno patronũ ſuum, ſuſpecto de calumnia, pauperi qui minus quàm 50 aureos habet:*y* cum aliis pauciſſimis: *z* niſi tamen hi ſuam iniuriã exequantnr,mortemque propinquorum defendant; nam tunc ab accuſatione non repellun-

*y hi traduntur in l.qui accuſare.8.cũ 2.ll.ſeq.ff.h.tit.*
*z quos plenius vide in gloſ.& aliis in d.l.qui accuſare.*

nifacij VIII. *m* Eodem iure Canonico neq; recipiuntur viles aliæque non probatæ perſonæ contra Clericos; *n* dummodò reus harum conſuetudine anteà vſus non fuerit. *o*

m *in c. 2. de homic. lib. 6. adde c. poſtulaſti. 21. ext. de homicid. & qua ibid. tradit Pau. n. 3.* n *d. c. quærendum. & c. nulli 5. ext. hoc tit.* o *d. c. nulli.*

*Crimina in quibus omnes admittuntur ad accuſandum.*

Sanè in atrocioribus criminibus; puta, læſæ maieſtatis, hæreſis, ſimoniæ; *p* item in crimine annonæ defraudatæ; *q* quilibet ad accuſandum admittitur.

*Qui accuſari non poſſunt.*

Qui verò accuſari non poſſunt; ſunt Legati, Pręſides, Magiſtratus populi Romani, *r* cæterique qui honore miniſteriòve publico funguntur: differtur enim eorum accuſatio, ſi cautione iudicio ſiſtendi cauſa facta, in finem honoris: *s* Item ſemel abſoluti ſiue liberati à crimine, qui de eodē crimine amplius rei poſtulari non poſſunt ab eodem accuſatore, vel etiam ab alio; niſi hic ſuum dolorem perſequatur, doceatq; ſe ignorâſſe ab alio accuſationem inſtitutam, *t* aut eum præuaricatum fuiſſe. *u* Sed neque abſentes accuſari poſſunt, multò minus damna-

p *l. pen. C. de iis qui accuſat. c. tanta 7. c. licet Heli. extr. de ſimon.*

q l. *mulierē. 13. ff. de accuſ. vbi latius vide gl. & DD.*

r *l. hos accuſare 12. ff. h. tit.* s *l. ſi adulterium. 38. in fin. ff. ad leg. Iul. de adult.* t *l. ſi cui. 7. §. eiuſdem. ff. h. tit.* u *iuxta tex. in l. ſi quis hom. 11. C. eod. iuncta l. 3. in princ. ff. de præuaricat.*

ri; *x* etiamſi procuratorem habeant: *y* ſiquidem certiùs Iudex ex rei præſentia, vultu, aſpectu, qualitate, perſonæ conſtantiâ, trepidatione, ex oculorum ſermoniſque indiciis, in criminis cognitionem deducitur: *z* ſi tamen tale crimẽ ſit, ex quo pœna corporalis, vel in metallũ, vel ſimilis infligenda venit. *a* Cæterùm ſi pecuniariam pœnam aut quæ exiſtimationem contingit, crimen meretur; poteſt ea quoq; in abſentẽ, ſi ſæpiùs admonitus per contumaciam abſit, ſtatui, & vſq; ad relegationem procedi. *b* Adde neque infantes & furioſos accuſari poſſe. *c* Minores verò 25. annis tunc rectè accuſantur, ſi puberes deliquerint, aut pubertati proximi, ita vt doli capaces fuerint: *d* quamuis in his pœna propter ætatem mitigari poſſit à Iudice. *e*

x *l. abſentem. 6. C. de accuſatio. d. l abſentẽ. 5. ff. de pœnis. Quamuis abſentis bona annotari poſſint, iuxta l. 1. ff. de requirend. reis. & quæ ibi tradunt DD.* y *l. penult. §. 1. ff. de publ. iud. cap. veniens. extr. de accuſatio. c. tua. 5. ext. de procurator. c. abſens verò 3. q. 9. iunge §. quæſitum ſupr. de procurator.* z *arg. l. 2. l. 3. ff. de teſtib. l. de more. 10. §. tormẽta. ff. de quæſt.* a *d. l. abſent. ff. de pœnis & d. c. veniens. vbi pœna ſimilis eſt capitali. excipe crimẽ læſæ maieſt. vt in ext. Henrici VII. Quomodo in læſæ maieſtatis.* b *d. l. abſentem. ff. de pœnis.* c *l. infans. 12. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. Diuus 14. ff. de off. præſid.* d *l. pupillum. 111. ff. de reg. iur.* e *l. auxilium. 38. ff. de minorib.*

*De ſeruis reis.*

Omnibus verò legibus ſerui rei poſtulantur; excepta pœna pecuniaria vel etiã capitis, id eſt, amiſſionis ciuitatis, quæ ſeruo non com-

competit. *f* Ex ciuilibus cauſis eorum domini noxaliter conueniuntur. *g* Atque hæc quoad accuſationem eiuſque perſonas.

f *l.hos accuſare* 12.§.*omnib.ff.de accuſ.*g *l.pen.&* *vlt.* C. *de noxal. actio.adde &* §.*quod ſi animal.ſup.de furto.*

*De Inquiſitione.*

Ne autem accuſatore nõ extante, delicta impunita maneant cum grauiſſimo Reipub. detrimento; receptum eſt à iure, vt Iudex ex officio ſuo poſſit in nocentes; veluti ſacrilegos, latrones, plagiarios, homicidas, fures, alioſque delinquentes, inquirere, & prout quiſq; peccauerit, in eum animaduertere. *h*

h *l.cõgruit* 13. *ff.de off.præſid.*§.*iubemus.Nou.*128.*de Collatorbiꝰ*

*Ad inquiſitionem vt deſcendere oportet Iudicem.*

Quam tamen inquiſitionẽ Iudex non aliter inſtituet, quàm ſi publica fama eum permouerit ad inquirendum contra eum, qui reus eſſe dicitur; *i* ne temerè in aliquẽ cum periculo exiſtimationis ſuæ graſſetur. *k* Quare reus contra inquirentẽ Iudicẽ rectè priùs excipit de publica delicti fama, quòd eâ non reſperſus ſit: *l* ſi enim hanc exceptionem omiſerit reus, ſuſtinebitur contra eum inquiſitio, tanquam huic exceptioni ipſe tacitè renunciauerit. *m* In Prælato tamen hoc amplius eſt, vt priuſquam in eum de

i *c.cùm oportet*.9. *inquiſitionis*.2. §.*tertiæ. c.qualiter*.24.*ext.hoc tit.* k *arg.l.prætor*.7.*in princ.ff.de iniur.&* *c.*2.*extr.de off.iud.ord.* l *gloſſ.ad c.*1. *in verb. fuerunt.hoc tit.in* 6. m *c.*1. *c.*2. *h.tit.in* 6.

cri-

crimine inquiri poſſit, præter diffamationẽ, etiam ſcandalum ſiue periculum ſubeſſe debeat. *n* Ab his tamen excipiuntur crimina læſæ maieſtatis, falſæ monetæ, latrocinij; in quibus etiam ex ſola confeſſione ſocij in alium inquiritur. *o*

n *d. c. qualiter. verſ. ſed cùm ſuper. adde Clarum in pract. crim. q. 6. verſ. item quæro.* o *vt videre eſt in l. quiſquis. 5. §. fin. C. ad leg. Iul. Maieſt. l. 1. C. de falſa moneta. l. Diuus. 6. ff. de cuſtod. reorum. l. 9. C. de feriis. vide latius gloſ. & DD. ad l. fin. in fin. C. de accuſatio.*

*Generalis inquiſitio ſemper permiſſa eſt Magiſtratui.*

Quæ certè obtinent, vbi inquiſitio cõtra certam perſonã, puta, Mæuium vel Titiam, aut in alium inſtituitur. Cæterùm nõ prohibetur Iudex de quolibet delicto generaliter inquirere, vt hac ratione ad ſpecialẽ inquiſitionem contra certam perſonam deueniat. *p*

p *eleganter Innocent. quem vide ad c. bona. 23. nu. 5. ext. de electio. & facit l. 1. §. qui quæſtionẽ. ff. de quæſtio. iuncta l. congruit. ff. de offic. præſid.*

*Inquiſitio quæ edenda?*

Porrò in ſpeciali inquiſitione reo edendi ſunt articuli, de quibus inquirendus eſt; itẽ, nomina & dicta teſtium, nec non exceptiones & replicationes illi permittendæ. *q*

q *d. c. qualiter. §. debet igitur.*

*De denunciatione; quæ triplex eſt.*

Quod ad denunciationem attinet: ea triplex eſt: Alia enim eſt Ciuilis, alia Canonica, alia Euangelica. Ciuilis, quæ à iure Ciuili introducta eſt; veluti, quæ fit per miniſtrum

publicum ad hoc conſtitutum, vt delicta admiſſa renunciet Magiſtratui, eorumq; actores prodat; in quos deinde inquiſitio fit. *r* Et ſi quem fortè perperam denunciatum comperit Magiſtratus; non ideò tamẽ in miniſtrum animaduertet, ſed excuſatum dimittet propter officij neceſſitatem; ſin per iniuriã factum vindicabit. *s* Priuatus autem ad denunciationem criminis non admittitur, cùm is, ſi velit, accuſationem poſſit inſtituere. *t* Denunciatio Canonica, è S S. Canonibus prodita eſt contra Prælatos Eccleſiarum & monaſteriorum, quos ſubditi clerici vel monachi delinquentes, ſi monitioni non adquieuerint, deferre poſſunt ad ſuperiorem ſuum; *u* cùm eorum interſit habere bonum Prelatum. *x* In matrimonio quoque permiſſum eſt cuilibet, impedimentum Canonicum, ſi quod eſt inter contrahentes; veluti, cõſanguinitatis, affinitatis, vel ſimile; denunciare Iudici Eccleſiaſtico. *y* Denunciatio verò Euangelica, inducta eſt ex lege Euangelica, *z* in qua hic ordo ſeruatur, vt delinquens primùm priuatim corripiatur, deinde

*r l. ea quidem 7. iuncta l. ſinguli 14. C. de accuſatio. l. Diuus 6. ff. de custod. & exhib. reo l. 1. §. ſanè. ff. de officio præf. vrb.* s *d. l. Diuus vide Proſp. Farinacium in criminalib. q. 16. de accuſat. n. 15. cum ſeq.* t *l. fi. C. de accuſat. c. quiſquis. 2. q. 8.* u *per text. in c. 2. c. 3. c. cũ dilectus. 20. ext. h. tit. c. 2. ext. de calumniatorib.* x *arg. c. audacter. 8. q. 8.* y *c. tua nos. 7. iuncta ibid. gloſſ. ext. de cognatio. ſpirit. c. 1. 35. q. 6.* z *Matth. 18. cap.*

ſi

ſi correptioni non paruerit, iterum moneatur, adhibito vno vel duobus teſtibus; demùm, ſi contumax perſtiterit, denuncietur Eccleſiæ. *a* Cuius vſum Doctores iis caſibus accommodant, quibus iuris remedio deſtituti ſumus: atque ita aduerſarium noſtrum ad conſcientiam ſuam reuocamus. *b*

a *d.c.18.c.ſi peccauerit.2.q.1.c.licet Heli.31.ex.de ſimo. huius exemplũ extat in c.nouit.ext.de iud.* b *declarat Bart.ad d.c.ext. quomodo in læſæ maieſt. in verb.denũtiationẽ. & Maranta de ord.iud.par.6.de denunc.*

*Ordo procedendi in criminali iudicio.*

In criminali iudicio & ordo iuris ſeruatur, *c* exceptis criminibus leuioribus: item læſæ maieſtatis & hæreſis: quæ & de plano cognoſcuntur. *d* Et reus non antè cõdemnandus eſt, quàm ſi idoneis teſtibus vel apertiſſimis documentis, vel indiciis indubitatis, & luce clarioribus conuictus fuerit, *e* aut propriâ cõfeſſione, *f* quam & à reo extorquere poterit Iudex queſtionibus adhibitis; dũmodò argumentis veriſimilibus probabilibuſque, veluti certis indiciis, reus oppreſſus fuerit. *g*

c *c.penult. extr.de purg.can.de iuxta text. & quæ latius tradunt DD.in l.leuia. 6. ff.de accuſ. & in ext.quomodo in læſæ maieſt. in cap.ſi de hæret.lib.6.* e *l. fi.C.de probatio.iuncta l.qui ſententiã.16. C.de pœn.* f *d.l.qui ſentent.l.ſeruos. 8.C. ad leg.Iul.de vi publ.l.5. ff.de cuſtod.& exhib.reo.iunctis iis quæ eleganter tradit Vlp.in l.1. ff.de quæſtio.* g *l.milites 8.§.1.C.de quæſtionibus.l.vnius 18.§.1.& §.2.ff.eod tit. de quæſtio. vide latius Iulium Clarum in pract.cri. q.64.& in eum additiones cum Batardi, tum aliorum.& Anton. Gomezium var. reſolut.tom. c.13.*

Quò-

Quò fit, vt nemo ex ſuſpicionibus damnari debeat. Hinc illa Conſtantini conſtitutio: Qui ſententiam laturus eſt, *inquit*, temperamentum hoc teneat, vt non priùs capitalé in quempiam promat ſeueramq́; ſententiam, quam in adulterij, vel homicidij, vel maleficij crimine, aut ſuâ confeſſione, aut certè omnium qui tormentis vel interrogationibus fuerint dediti, in vnum conſpirantes cócordanteſq́; rei finem, conuictus ſit; & ſic in obiecto flagitio deprehenſus, vt vix etiam ipſe ea, quæ commiſerit negare ſufficiat. *h* De appellatione à ſententia alibi retulimus. *i*

h *text. eſt in d. l qui ſententiam. C. de pœnis.* i §. *porrò cum* §. *ſeq. ſup. de appellat.*

*De executione ſententiæ in criminalibus.*

Itaq; legitimè conuicto reo, ſententia ſine mora in eum ferenda eſt, & executioni mandãda: *k* ſed interiecto ſpatio illius temporis, quod condemnatis conceditur ad appellandum; *l* aut ſi ipſe Princeps quempiam ſeueriùs cõtra conſuetudiné ſuam, pro cauſæ intuitu puniri iuſſerit: quâ ſpecie, ſententia aut pœnæ executio differtur per 30. dies. *m* Similiter, ſi mulier prægnans ſit, ſuſpenditur pœna quoad pepererit; *n* cùm nec quæſtio, quãdiu prægnans eſt, de ea haberi poſſit.

k *c. cum reis* 18. *C. de pœnis.* l *l. addictos* 29. *C. de appellatio. vid. ibid. Bart. & l. vnic. ff. nihil nouari appel. interpoſ.* m *l. ſi vẽdicari.* 20. *C. de pœnis. adde omninò text. in c. cum apud* 11. *q.* 3. n *l. prægnantis* 3. *ff. de pœnis.*

De

*De pœna criminis per modum Exceptionis.*

Illius verò criminis, quod per exceptionem teſti vel accuſatori obiicitur & probatur; nulla pœna eſt; *o* cùm ad eam actum nō fuerit, ſed tantùm vt iudicio ſubmoueretur teſtis vel accuſator: *p* niſi fortè crimen principali cauſæ cohæret. *q*

o *c. 1. ext. de exceptio. cap. 2. circa fi. ext. de ord. cognit. l. Lucius. 21. ff. de his qui not. infam. l. penult. C. ad leg. Cor. de falſ.* p *d. c. 1.* q *vt in 2. §. ſi publico. ff. ad leg. Iul. de adult. & in c. ſuper his 16. extr. de accuſ. adde Felin. ad d. c. 1. n. 9. &* 10.

*De notorio crimine.*

Sciendum quoque eſt; in notorio crimine, nullâ aliâ probatione nulloque ordine iudiciario opus eſſe. *r* Non tamen antè hoc crimen coërcetur, quàm ſi Judici ipſius delicti circumſtantiæ plenè perſpectæ ſint. Nec enim ſufficit Ex. Gr. Titium publicè omnibus ſpectantibus hominem occidiſſe; vt in eum pœna Legis Corneliæ animaduerti poſſit; ſed neceſſe eſt ſcire, annè defendendi ſui causâ aut aliâ ratione motus hominem occiderit, ob quam pœna vel omninò remittenda ſit, vel mitigan-

r *c. ſuper eo. 3. ext. de teſtib. cogit. c. ad noſtram 21. ext. de iureiur. 1. tua nos. 8. ext. de cohab. cler. c. manifeſta. c. de mānifeſta. 2. q. 1.*

da. ſ

da. *s* Cui conſequens eſt, vt tantiſper Titio dilatio danda ſit, donec exceptiones ſuas propoſuerit & probauerit; niſi fortè criminis qualitas aliud poſtularet, vt ad condemnandum & puniendum properari debeat. *t* Dicitur autem crimen notorium; quod nullâ tergiuerſatione celari poteſt, vtpote quod fit coram populo, vel maiore eius parte. *u*

s *l. aut facta. 16. ff. de pœnit. c. ſicut dignum 6. in princ. ext. de homicid. vide Clarum in pract. crim. §. fin. q. 9.*
t *text. ſing. in l. ſi quis filio. 6. §. hi autem omnes. ff. de iniuſto rup. c. quoniam. 10. ext. de filiis preſbyter. Vide quæ tradit Anton. Gomez var. reſol. tom. 3. c. 1. n. 43.*
u *Iulius Clarus in d. §. fin. q. 9. & probat text. in c. penul. circa fin. ext. de purg. can. d. c. de manif. in c. tua. 8. ext. de cohab. cler. aliàs latius patet notorium, vt in c. fi. ext. d. tit. de cohab.*

## Notatio in Tit. 19.

*a Et latius docet Barth. ad l. libellorum. ff. de accuſat. Quod autem de conſulibus dicitur, huic hodie meritò derogatum eſt, cùm amplius huiuſmodi conſules non extent, ſed in horum locũ ſubſtituendus eſt annus Domini, vel S. Pont. vel Imperatoris; ſiue etiam alterius; iuxta loci conſuetudinem; l. de quibus. 32. ff. de legibus. & c. fin. ext. de conſuetud.*

# DE PVRGATIONE CANONICA.

QVòd ſi reus propriâ confeſſione, vel teſtibus, vel facti ipſius euidentiâ, de crimine conuinci non poſſit, nõ idcircò ſtatim abſoluendus eſt; ſed ſi laboret infamiâ, aut graui ſcandalo ſit, aut aliàs oneratus ſit veriſimili ſuſpicione criminis, indicenda erit illi purgatio, quâ iureiurando innocentiã ſuam teſtetur; *a* quam ſi non præſtiterit, tanquam conuictus de crimine, pœna ſubiicitur. *b* Vocatur autem hæc purgatio canonica: eò quòd à SS. Canonibus inuenta & prodita ſit, *c* contra purgationem vulgarem, quâ vulgus vti ſolebat, vel per duellum, vel per ferri candentis cõtractum, vel per ſumptionem aquæ calidæ vel frigidæ: quæ purgatio meritò ſublata eſt per SS. Canones, quòd per eam Deus tentari videatur. *d* «

a *c. inter* 10. *c.* 3. *c.* 4. & *paſſim ext. h. tit. c. tua.* 8. *extr. de cohab. clericor. c.* 13. *c.* 16. & *c. omnib.* 2. *q.* 5.
b *c. de hoc* 11. *c. inſinuatũ* 13. *ext. de ſimonia. c. cum P.* 7. *c. inter* 10. *ext. h. tit. Pan. ad d. c. inter. n.* 5. *circa fin.*
c *vt toto hoc tit. ext.* d *patet ex tit. ext. de purgation. vulg. ex c. cõſuluiſti. c. Mennan.* 2. *q.* 5. *c.* 8. *ext. hoc tit. Duelli vſum omninò ſuſtulit Conc. Trid. adiectis pœnis ſeſſ.* 25. *cap.* 19. *de reform.*

Non

*Non niſi fide digno hæc purgatio indicenda.*

Non tamen cuilibet reo hæc purgatio indicenda eſt, ſed tantummodò fide digno; quem veriſimile eſt, non facilè peieraturum. Vnde qui anteà in furto, aut periurio, aut falſo teſtimonio deprehenſus, vel aliter notatus eſt, ad hanc purgationem admitti non debet, propter metum periurij; ſed aliter pro arbitrio Iudicis ſe purgabit. *e*

*e c. 1. ex hoc tit. & ibi gloſſa & Panorm.*

*De compurgatoribus & iuramenti forma.*

Reo purganti & alij compurgatores adhibendi ſunt vicini ipſi reo & honeſti, quíve eius vitam exploratam habent; qui & iuramento ſuo confirment purgationẽ rei. Atque horum interdùm duodecim, interdùm ſeptem, interdùm pauciores pluréſve ſunt, *f* pro arbitrio ipſius Iudicis; qui pro qualitate delicti, perſonæ ipſius rei & compurgatorũ, numerum eorũ æſtimabit, vel etiam vbi ita videbitur, compurgatores omittet; *g* imò & quandoq; ipſius rei, ſi leuior diffamatio ſit,

*f c.1. c.8. c.10. extr. hoc titul. & paſſim. 2. q. 5. g c. 8. in verb. ſicut expedire. c. ſignificaſti. 5. in verb. iuxta arbitrium tuum. ext. de adult. c. 13. preſbyter. 2. q. 5. cap. quanto. d. q. 5.*

ſimplici negatione cõtentus erit. *h* Iuramento autem rei id continebitur, vt iuret ſe non feciſſe, aut alienum eſſe à crimine, quod ipſi obiicitur; *i* Compurgatorũ verò; quod credant reum verum iuraſſe, vel (quod in idem recidit) iurant ſecundùm conſcientiam & opinionẽ, ſuum reum immunem eſſe à crimine. *k* Vnde iuramentum illius veritatis, horum credulitatis eſt.

h *ita ex Archidiacono Marianus Socinus ac c. quoties n.16. ext. hoc tit. gloſſa ad c. habuiſſe, in verb. cõmittendum, diſt.* 33. *& facit l. qua accuſare. C. de edendo c.1. c. accuſator. 6. q. 5. i c. 5. & c. fi. ext. hoc tit. c. preſby. vel cuilibet. c. quanto. c. q. 5. de crimine* 15. *q.* 5. k *c.* 5. *c.* 9. *c. fi. ext. hoc tit. c. quoties.* 2. *q.* 5.

## Notatio in Tit. vlt.

*a Et ſi hæc purgatio canonica inuenta & prodita ſit à SS. Canonibus, & ſic in foro Eccleſiaſtico tantummodò locum habere videatur: tamen & in ſæculari foro quibuſdam in locis vſu recepta eſt, teſte Iodo. Domhaud. in praxi crimin. c.44. cuius & in iure ciuili indicia extant in §. ſi quis autem. Nouel.125. vt litigantes in l. fi. C. de abolition. in l. eos.26. in fin. C. de vſuris. tum in Ordin. Imper. Cam. in crimine fractæ pacis. parte 2. tit.10. in fin. vide gloſſam in l.3. C. de rebus creditis.*

# CONCORDATA

## INTER LEGATVM SEDIS Apoſtolicæ,& Imperatorem Fredericum III. ac Principes Germaniæ, ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum,approbata per Nicolaum V. S. Pontificem, anno M. CCCC. XLVII. Kal. April.

## NICOLAVS EPISCOPVS,

*SERVVS SERVORVM DEI,*

*ad perpetuam rei memoriam.*

AD ſacrã Petri Sedem diuinâ diſpoſitione ſublimati,ſingulis,quæ pro vniuerſalis Eccleſiæ vnione ac pace & tranquillitate profutura conſpicimus, Apoſtolicæ prouidentiæ ſolicitudine libenter intendimus, & ad felicem illorum proſecutionem & conſummationem, opem & operam impendimus efficaces.

Nuper ſiquidem chariſſimus in Chriſto filius noſter, Fridericus Romanorum Rex illuſtris,& nonnulli alij dilecti filij,Eccleſiaſtici,& ſeculares Principes inclytę Nationis Germanicæ, ex vna; ac dilectus filius noſter Ioannes ſancti AngeliDiaconus Cardinalis,

in partibus illis Apoſtolicæ Sedis de latere Legatus, per nos ad dictas partes miſſus, ſufficienti deſuper à nobis, & Sede Apoſtolicâ authoritate ſuffultus ex alia, partibus, Romanæ Eccleſiæ, & dictæ Nationis nominibus, pro ipſius Eccleſię vnione, pace & tranquillitate inter Eccleſiam & Nationem perpetuò ſolidandis & confouendis diuerſa rationabilia & vtilia, ordinationes & ſtatuta à partibus ipſis hinc inde approbata, laudata, concluſa, acceptata & concordata fecerunt ac ediderunt; nobiſque humiliter ſupplicari fecerunt; vt illis pro firmiori eorum ſubſiſtentia robur Apoſtolicæ firmitatis adiicere, nec non authoritatem potiorem, & decretum interponere dignaremur.

Nos itaque, qui Statuta, Ordinationes, & Concordata prædicta, per nonnullos ex venerabilibus fratribus noſtris S. Romanæ Eccleſię Cardinalibus, magnarū maturitatis, authoritatis & literaturæ viros, diligenter examinari & diſcuti fecimus, eaque rationabilia & ſalubria tam Eccleſię quàm Nationi præfatæ comperimus de dictorū & aliorum venerabilium fratrum noſtrorum prædictæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio & aſſenſu, Apoſtolicâ authoritate, & ex certa ſcientia approbamus, ratificamus, laudamus, & acceptamus, & præſentis ſcripti patrocinio cōmunimus, iuxta modū & formā ſubſequentes.

Placet

Placet nobis ſuper Eccleſiarum & beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque prouiſionibus, vt iuris ſcripti reſeruationibus, & Execrabilis, & Ad regimen conſtitutionibus modificatis; vt ſequitur. *c. execrabilis &c. ad regimen. in ext. com.*

Ad regimen Eccleſiæ generalis, quanquã immeriti supernâ diſpoſitione vocati, gerimus in noſtris deſideriis, vt debemus, quòd per noſtræ diligentiæ ſtudium, ad quarumlibet Eccleſiarum & mõnaſteriorum regimina, & alia beneficia Eccleſiaſtica, iuxta diuinum beneplacitum, & noſtræ intentionis affectum viri aſſumantur idonei, qui præſint & proſint committendis eis Eccleſiis, monaſteriis & beneficiis prælibatis.

Præmiſſorum itaq; conſideratione inducti, & ſuadentibus nobis aliis rationabilibus cauſis, nonnullorum prædeceſſorũ noſtrorum Romanorũ Pontificum veſtigiis inhærentes, omnes Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales Eccleſias, monaſteria, Prioratus, dignitates, perſonatus & officia, nec non canonicatus, & prębendas, & Eccleſias, cæteráque beneficia Eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura, ſæcularia & regularia, quæcunque & qualiacunque fuerint, etiamſi ad illa perſonæ cõſueuerint, ſeu debuerint, per electionem, ſeu quemuis alium modum aſſumi; nunc apud Sedem Apoſtolicã quocunque modo vacantia, & in poſterum vacatu-

ri; *x* etiamſi procuratorem habeant: *y* ſiquidem certiùs Iudex ex rei præſentia, vultu, aſpectu, qualitate, perſonæ conſtantiâ, trepidatione, ex oculorum ſermoniſque indiciis, in criminis cognitionem deducitur: *z* ſi tamen tale crimē ſit, ex quo pœna corporalis, vel in metallū, vel ſimilis infligenda venit. *a* Cæterùm ſi pecuniariam pœnam aut quæ exiſtimationem contingit, crimen meretur; poteſt ea quoq; in abſentē, ſi ſæpiùs admonitus per contumaciam abſit, ſtatui, & vſq; ad relegationem procedi. *b* Adde neque infantes & furioſos accuſari poſſe. *c* Minores verò 25. annis tunc rectè accuſantur, ſi puberes deliquerint, aut pubertati proximi, ita vt doli capaces fuerint: *d* quamuis in his pœna propter ætatem mitigari poſſit à Iudice. *e*

x *l. abſentem. 6. C. de accuſatio. d. l. abſentē. 5. ff. de pœnis. Quamuis abſentis bona annotari poſſint, iuxta l. 1. ff. de requirend. reis. & quæ ibi tradunt DD.* y *l. penult. §. 1. ff. de publ. iud. cap. veniens. extr. de accuſatio. c. tua. 5. ext. de procurator. c. abſens verò 3. q. 9. iunge §. quæſitum ſupr. de procurator.* z *arg. l. 2. l. 3. ff. de teſtib. l. de more.* 10. *§. tormēta. ff. de quæſt.* a d. *l. abſent. ff. de pœnis & d. c. veniens. vbi pœna ſimilis eſt capitali. excipe crimē læſæ maieſt. vt in ext. Henrici VII. Quomodo in læſæ maieſtatis.* b *d. l. abſentem. ff. de pœnis.* c *l. infans.* 12. *ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. Diuus* 14. *ff. de off. præſid.* d *l. pupillum.* 111. *ff. de reg. iur.* e *l. auxilium.* 38. *ff. de minorib.*

*De ſeruis reis.*

Omnibus verò legibus ſerui rei poſtulantur; excepta pœna pecuniaria vel etiā capitis, id eſt, amiſſionis ciuitatis, quæ ſeruo non

com-

competit. *f* Ex ciuilibus cauſis eorum domini noxaliter conueniuntur. *g* Atque hæc quoad accuſationem eiuſque perſonas.

f *l.hos accuſare* 12.§.*omnib.ff.de accuſ.*g *l.pen.& vlt.* C.*de noxal. actio.adde &* §.*quod ſi animal.ſup.de furto.*

*De Inquiſitione.*

Ne autem accuſatore nõ extante, delicta impunita maneant cum grauiſſimo Reipub. detrimento; receptum eſt à iure, vt Iudex ex officio ſuo poſſit in nocentes; veluti ſacrilegos, latrones, plagiarios, homicidas, fures, alioſque delinquentes, inquirere, & prout quiſq; peccauerit, in eum animaduertere. *h*

h *l.cõgruit* 13. *ff.de off.præſid.*§.*iubemus.Nou.*128.*de Collatorbis*

*Ad inquiſitionem vt deſcendere oportet Iudicem.*

Quam tamen inquiſitionẽ Iudex non aliter inſtituet, quàm ſi publica fama eum permouerit ad inquirendum contra eum, qui reus eſſe dicitur; *i* ne temerè in aliquẽ cum periculo exiſtimationis ſuæ graſſetur. *k* Quare reus contra inquirentẽ Iudicẽ rectè priùs excipit de publica delicti fama, quòd eâ non reſperſus ſit: *l* ſi enim hanc exceptionem omiſerit reus, ſuſtinebitur contra eum inquiſitio, tanquam huic exceptioni ipſe tacitè renunciauerit. *m* In Prælato tamen hoc amplius eſt, vt priuſquam in eum de

i *c.cùm oportet.*9. *inquiſitionis.*2. §.*tertiæ. c.qualiter.*24.*ext.hoc tit.* k *arg.l.prætor.*7.*in princ.ff.de iniur.& c.*2.*extr.de off.iud.ord.* l *gloſſ.ad c.*1. *in verb. fuerunt.hoc tit. in* 6. m *c.*1. *c.*2. *h.tit.in* 6.

cri-

crimine inquiri poſſit;præter diffamationẽ, etiam ſcandalum ſiue periculum ſubeſſe debeat. *n* Ab his tamen excipiuntur crimina læſæ maieſtatis, falſæ monetæ, latrocinij; in quibus etiam ex ſola confeſſione ſocij in alium inquiritur. *o*

*n d.c.qualiter.verſ.ſed cùm ſuper.adde Clarum in pract.crim.q.6.verſ.item quæro. o vt videre eſt in l.quiſquis.5.§.fin.C.ad leg.Iul.Maieſt.l.1.C.de falſa moneta.l.Diuus.6.ff.de cuſtod.reorum. l.9.C.de feriis.vide latius gloſ.& DD.ad l.fin.in fin.C.de accuſatio.*

*Generalis inquiſitio ſemper permiſſa eſt Magiſtratui.*

Quæ certè obtinent, vbi inquiſitio cõtra certam perſonã, puta, Mæuium vel Titiam, aut in alium inſtituitur. Cæterùm nõ prohibetur Iudex de quolibet delicto generaliter inquirere, vt hac ratione ad ſpecialẽ inquiſitionem contra certam perſonam deueniat. *p*

*p eleganter Innocent.quem vide ad c.bona.23. nu.5. ext.de electio.& facit l.1. §.qui quæſtionẽ. ff.de quæſtio.iuncta l.congruit.ff.de offic.præſid.*

*Inquiſitio quæ edenda?*

Porrò in ſpeciali inquiſitione reo edendi ſunt articuli, de quibus inquirendus eſt; itẽ, nomina & dicta teſtium, nec non exceptiones & replicationes illi permittendæ. *q*

*q d.c.qualiter. §. debet igitur.*

*De denunciatione; quæ triplex eſt.*

Quod ad denunciationem attinet: ea triplex eſt: Alia enim eſt Ciuilis, alia Canonica, alia Euangelica. Ciuilis, quæ à iure Ciuili introducta eſt; veluti, quæ fit per miniſtrum

pu-

publicum ad hoc conſtitutum, vt delicta admiſſa renunciet Magiſtratui, eorumq; actores prodat; in quos deinde inquiſitio fit. *r* Et ſi quem fortè perperam denunciatum compererit Magiſtratus; non ideò tamẽ in miniſtrum animaduertet, ſed excuſatum dimittet propter officij neceſſitatem; ſin per iniuriã factum vindicabit. *s* Priuatus autem ad denunciationem criminis non admittitur, cùm is, ſi velit, accuſationem poſſit inſtituere. *t* Denunciatio Canonica, è S S. Canonibus prodita eſt contra Prælatos Eccleſiarum & monaſteriorum, quos ſubditi clerici vel monachi delinquentes, ſi monitioni non adquieuerint, deferre poſſunt ad ſuperiorem ſuum; *u* cùm eorum interſit habere bonum Prelatum. *x* In matrimonio quoque permiſſum eſt cuilibet, impedimentum Canonicum, ſi quod eſt inter contrahentes; veluti, cõſanguinitatis, affinitatis, vel ſimile; denunciare Iudici Eccleſiaſtico. *y* Denunciatio verò Euangelica, inducta eſt ex lege Euangelica, *z* in qua hic ordo ſeruatur, vt delinquens primùm priuatim corripiatur, deinde

*r l. ea quidem 7. iuncta l. ſinguli 14. C. de accuſatio. l. Diuus 6. ff. de custod. & exhib. reo l. 1. §. ſanè. ff. de officio præf. vrb.* s *d. l. Diuus vide Proſp. Farinacium in criminalib. q. 16. de accuſat. n. 15. cum ſeq.* t *l. fi. C. de accuſat. c. quiſquis. 2. q. 8.* u *per text. in c. 2. c. 3. c. cũ dilectus. 20. ext. h. tit. c. 2. ext. de calumniatorib.* x *arg. c. audacter. 8. q. 8.* y *c. tua nos. 7. iuncta ibid. gloſſ. ext. de cognatio. ſpirit. c. 1. 35. q. 6.* z *Matth. 18. cap.*

ſi

ſi correptioni non paruerit, iterum moneatur, adhibito vno vel duobus teſtibus; demùm, ſi contumax perſtiterit, denuncietur Eccleſiæ. *a* Cuius vſum Doctores iis caſibus accommodant, quibus iuris remedio deſtituti ſumus: atque ita aduerſarium noſtrum ad conſcientiam ſuam reuocamus. *b*

a *d.c.18.c.ſi peccauerit.2.q.1.c.licet Heli.31.ex.de ſimo. huius exemplũ extat in c.nouit.ext.de iud.* b *declarat Bart.ad d.c.ext. quomodo in læſæ maieſt. in verb.denũtiationẽ. & Maranta de ord.iud.par.6.de denunc.*

*Ordo procedendi in criminali iudicio.*

In criminali iudicio & ordo iuris ſeruatur, *c* exceptis criminibus leuioribus: item læſæ maieſtatis & hæreſis: quæ & de plano cognoſcuntur. *d* Et reus non antè cõdemnandus eſt, quàm ſi idoneis teſtibus vel apertiſſimis documentis, vel indiciis indubitatis, & luce clarioribus conuictus fuerit, *e* aut propriâ cõfeſſione, *f* quam & à reo extorquere poterit Iudex quęſtionibus adhibitis; dũmodò argumentis veriſimilibus probabilibuſque, veluti certis indiciis, reus oppreſſus fuerit. *g*

c *c.penult. extr.de purg.can.de iuxta text. & quæ latius tradunt DD.in l.leuia.6.ff.de accuſ. & in ext.quomodo in læſæ maieſt. in cap.ſi de hæret.lib.6.* e *l.fi.C.de probatio.iuncta l.qui ſententiã.16. C.de pœn.* f *d.l.qui ſentent.l.ſeruos.8.C. ad leg.Iul.de vi publ.l.5. ff.de cuſtod.& exhib.reo.iunctis iis quæ eleganter tradit Vlp.in l.1. ff.de quæſtio.* g *l.milites 8.§.1.C.de quæſtionibus.l.vnius 18.§.1.& §.2.ff.eod tit. de quæſtio. vide latius Iulium Clarum in pract.cri. q.64.& in eum additiones cum Batardi, tum aliorum. & Anton. Gomezium var. reſolut.tom. c.13.*

Quò-

Quò fit, vt nemo ex ſuſpicionibus damnari debeat. Hinc illa Conſtantini conſtitutio: Qui ſententiam laturus eſt, *inquit*, temperamentum hoc teneat, vt non priùs capitalẽ in quempiam promat ſeueramq́; ſententiam, quam in adulterij, vel homicidij, vel maleficij crimine, aut ſuâ confeſſione, aut certè omnium qui tormentis vel interrogationibus fuerint dediti, in vnum conſpirantes cõcordanteſq́; rei finem, conuictus ſit; & ſic in obiecto flagitio deprehenſus, vt vix etiam ipſe ea, quæ commiſerit negare ſufficiat. *h* De appellatione à ſententia alibi retulimus. *i*

h *text. eſt in d. l. qui ſententiam. C. de pœnis.* i *§. porrò cum §. ſeq. ſup. de appellat.*

*De executione ſententiæ in criminalibus.*

Itaq; legitimè conuicto reo, ſententia ſine mora in eum ferenda eſt, & executioni mandãda: *k* ſed interiecto ſpatio illius temporis, quod condemnatis conceditur ad appellandum; *l* aut ſi ipſe Princeps quempiam ſeueriùs cõtra conſuetudinẽ ſuam, pro cauſæ intuitu puniri iuſſerit: quâ ſpecie, ſententia aut pœnæ executio differtur per 30. dies. *m* Similiter, ſi mulier prægnans ſit, ſuſpenditur pœna quoad pepererit; *n* cùm nec quæſtio, quãdiu prægnans eſt, de ea haberi poſſit.

k *c. cum reis* 18. *C. de pœnis.* l *l. addictos* 29. *C. de appellatio. vid. ibid. Bart. & l. vnic. ff. nihil nouari appel. interpoſ.* m *l. ſi vẽdicari.* 20. *C. de pœnis. adde omninò text. in c. cum apud* 11. *q.* 3. n *l. prægnantis* 3. *ff. de pœnis.*

*De pœna criminis per modum Exceptionis.*

Illius verò criminis, quod per exceptionem teſti vel accuſatori obiicitur & probatur; nulla pœna eſt; *o* cùm ad eam actum nõ fuerit, ſed tantùm vt iudicio ſubmoueretur teſtis vel accuſator: *p* niſi fortè crimen principali cauſæ cohæret. *q*

o *c. 1. ext. de exceptio. cap. 2. circa fi. ext. de ord. cognit. l. Lucius. 21. ff. de his qui not. infam. l. penult. C. ad leg. Cor. de falſ.* p *d. c. 1.* q *vt in 2. §. ſi publico. ff. ad leg. Iul. de adult. & in c. ſuper his 16. extr. de accuſ. adde Felin. ad d. c. 1, n. 9. & 10.*

*De notorio crimine.*

Sciendum quoque eſt; in notorio crimine, nullâ aliâ probatione nulloque ordine iudiciario opus eſſe. *r* Non tamen antè hoc crimen coërcetur, quàm ſi Judici ipſius delicti circumſtantiæ plenè perſpectæ ſint. Nec enim ſufficit Ex. Gr. Titium publicè omnibus ſpectantibus hominem occidiſſe; vt in eum pœna Legis Corneliæ animaduerti poſſit; ſed neceſſe eſt ſcire, annè defendendi ſui causâ aut aliâ ratione motus hominem occiderit, ob quam pœna vel omninò remittenda ſit, vel mitigan-

r *c. ſuper eo. 3. ext. de teſtib. cogit. c. ad noſtram 21. ext. de iureiur. c. tua nos. 8. ext. de cohab. cler. c. manifeſta. c. de manifeſta. 2. q. 1.*

da. *s*

da. *s* Cui conſequens eſt, vt tantiſper Titio dilatio danda ſit, donec exceptiones ſuas propoſuerit & probauerit; niſi fortè criminis qualitas aliud poſtularet, vt ad condemnandum & puniendum properari debeat. *t* Dicitur autem crimen notorium; quod nullâ tergiuerſatione celari poteſt, vtpote quod fit coram populo, vel maiore eius parte. *u*

s *l. aut facta. 16. ff. de pœnit. c. ſicut dignum 6. in princ. ext. de homicid. vide Clarum in pract. crim. §. fin. q. 9.*
t *text. ſing. in l. ſi quis filio. 6. § hi autem omnes. ff. de iniuſto rup. c. quoniam. 10. ext. de filiis preſbyter. Vide quæ tradit Anton. Gomez var. reſol. tom. 3. c. 1. n. 43.*
u *Iulius Clarus in d. § fin. q. 9. & probat text. in c. penul. circa fin. ext. de purg. can. d. c. de manif. in c. tua. 8. ext. de cohab. cler. aliàs latius patet notorium, vt in c. fi. ext. d. tit. de cohab.*

# Notatio in Tit. 19.

*a Et latius docet Barth. ad l. libellorum. ff. de accuſat. Quod autem de conſulibus dicitur, huic hodie meritò derogatum eſt, cùm amplius huiuſmodi conſules non extent, ſed in horum locū ſubſtituendus eſt annus Domini, vel S. Pont. vel Imperatoris; ſiue etiam alterius; iuxta loci conſuetudinem; l. de quibus. 32. ff. de legibus. & c. fin. ext. de conſuetud.*

# DE PVRGATIONE CANONICA.

QVòd ſi reus propriâ confeſſione, vel teſtibus, vel facti ipſius euidentiâ, de crimine conuinci non poſſit, nõ idcircò ſtatim abſoluendus eſt; ſed ſi laboret infamiâ, aut graui ſcandalo ſit; aut aliàs oneratus ſit veriſimili ſuſpicione criminis, indicenda erit illi purgatio, quâ iureiurando innocentiá ſuam teſtetur; *a* quam ſi non præſtiterit, tanquam conuictus de crimine, pœna ſubiicitur: *b* Vocatur autem hæc purgatio canonica: eò quòd à SS. Canonibus inuenta & prodita ſit, *c* contra purgationem vulgarem, quâ vulgus vti ſolebat, vel per duellum, vel per ferri candentis cõtractum, vel per ſumptionem aquæ calidæ vel frigidæ: quæ purgatio meritò ſublata eſt per S S. Canones, quòd per eam Deus tentari videatur. *d* ∝.

a *c. inter* 10. *c*. 3. *c*. 4. *& paſſim ext. h. tit. c. tua*. 8. *extr. de cohab. clericor. c*. 13. *c*. 16. *& c. omnib*. 2. *q*. 5.
b *c. de hoc* 11. *c. inſinuatũ* 13. *ext. de ſimonia. c. cum P*. 7. *c. inter* 10. *ext. h. tit. Pan. ad d. c. inter. n*. 5. *circa fin.*
c *vt toto hoc tit. ext.* d *patet ex tit. ext. de purgation. vulg. ex c. cõſuluiſti. c. Mennan*. 2. *q*. 5. *c*. 8. *ext. hoc tit. Duelli vſum omninò ſuſtulit Conc. Trid. adiectis pœnis ſeſſ*. 25. *cap*. 19. *de reform.*

Non

*Non niſi fide digno hæc purgatio indicenda.*

Non tamen cuilibet reo hæc purgatio indicenda eſt, ſed tantummodò fide digno; quem veriſimile eſt, non facilè peieraturum. Vnde qui anteà in furto, aut periurio, aut falſo teſtimonio deprehenſus, vel aliter notatus eſt, ad hanc purgationem admitti non debet, propter metum periurij; ſed aliter pro arbitrio Iudicis ſe purgabit. *e*

*e c. i. ex hoc tit. & ibi gloſſa & Panorm.*

*De compurgatoribus & iuramenti forma.*

Reo purganti & alij compurgatores adhibendi ſunt vicini ipſi reo & honeſti, quíve eius vitam exploratam habent; qui & iuramento ſuo confirment purgationẽ rei. Atque horum interdùm duodecim, interdùm ſeptem, interdùm pauciores pluréſve ſunt, *f* pro arbitrio ipſius Iudicis; qui pro qualitate delicti, perſonæ ipſius rei & compurgatorũ, numerum eorũ æſtimabit, vel etiam vbi ita videbitur, compurgatores omittet; *g* imò & quandoq; ipſius rei, ſi leuior diffamatio ſit,

*f c.1. c.8. c.10. extr. hoc titul. & paſſim. 2. q.5. g c.8. in verb, ſicut expedire. c. ſignificaſti. 5. in verb. iuxta arbitrium tuum. ext. de adult, c.13. preſbyter. 2. q.5. cap. quanto. d. q.5.*

ſimplici negatione cõtentus erit. *h* Iuramento autem rei id continebitur, vt iuret ſe non feciſſe, aut alienum eſſe à crimine, quod ipſi obiicitur; *i* Compurgatorũ verò; quod credant reum verum iuraſſe, vel (quod in idem recidit ) iurant ſecundùm conſcientiam & opinionẽ, ſuum reum immunem eſſe à crimine. *k* Vnde iuramentum illius veritatis, horum credulitatis eſt.

h *ita ex Archidiacono Marianus Socinus ac c. quoties n. 16. ext. hoc tit. gloſſa ad c. habuiſſe, in verb. cõmittendum, diſt. 33. & facit l. quæ accuſare. C. de edendo c. 1. c. accuſator. 6. q. 5. i c. 5. & c. fi. ext. hoc tit. c. preſby. vel cuilibet. c. quanto. c. q. 5. de crimine* 15. *q.* 5. k *c.* 5. *c.* 9. *c. fi. ext. hoc tit. c. quoties.* 2. *q.* 5.

## Notatio in Tit. vlt.

*a* *Et ſi hæc purgatio canonica inuenta & prodita ſit à SS. Canonibus, & ſic in foro Eccleſiaſtico tantummodò locum habere videatur: tamen & in ſæculari foro quibuſdam in locis vſu recepta eſt, teſte Iodo. Domhaud. in praxi crimin. c. 44. cuius & in iure ciuili indicia extant in §. ſi quis autem. Nouel. 125. vt litigantes in l. fi. C. de abolition. in l. eos. 26. in fin. C. de vſuris. tum in Ordin. Imper. Cam. in crimine fractæ pacis. parte 2. tit. 10. in fin. vide gloſſam in l. 3. C. de rebus creditis.*

CON-

# CONCORDATA

INTER LEGATVM SEDIS Apoſtolicæ, & Imperatorem Fredericum III. ac Principes Germaniæ, ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, approbata per Nicolaum V. S. Pontificem, anno M. CCCC. XLVII. Kal. April.

## *NICOLAVS EPISCOPVS,*

*SERVVS SERVORVM DEI,*

*ad perpetuam rei memoriam.*

AD ſacrâ Petri Sedem diuinâ diſpoſitione ſublimati, ſingulis, quæ pro vniuerſalis Eccleſiæ vnione ac pace & tranquillitate profutura conſpicimus, Apoſtolicæ prouidentiæ ſolicitudine libenter intendimus, & ad felicem illorum proſecutionem & conſummationem, opem & operam impendimus efficaces.

Nuper ſiquidem chariſſimus in Chriſto filius noſter, Fridericus Romanorum Rex illuſtris, & nonnulli alij dilecti filij, Eccleſiaſtici, & ſeculares Principes inclytę Nationis Germanicæ, ex vna; ac dilectus filius noſter Ioannes ſancti Angeli Diaconus Cardinalis,

Placet nobis ſuper Eccleſiarum & beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque prouiſionibus, vt iuris ſcripti reſeruationibus, & Execrabilis, & Ad regimen conſtitutionibus modificatis; vt ſequitur. *c. execrabilis &c. ad regimen. in ext. com.*

Ad regimen Eccleſiæ generalis, quanquã immeriti supernâ diſpoſitione vocati, gerimus in noſtris deſideriis, vt debemus, quòd per noſtræ diligentiæ ſtudium, ad quarumlibet Eccleſiarum & mõnaſteriorum regimina, & alia beneficia Eccleſiaſtica, iuxta diuinum beneplacitum, & noſtræ intentionis affectum viri aſſumantur idonei, qui præſint & proſint committendis eis Eccleſiis, monaſteriis & beneficiis prælibatis.

Præmiſſorum itaq; conſideratione inducti, & ſuadentibus nobis aliis rationabilibus cauſis, nonnullorum prædeceſſorũ noſtrorum Romanorũ Pontificum veſtigiis inhærentes, omnes Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales Eccleſias, monaſteria, Prioratus, dignitates, perſonatus & officia, nec non canonicatus, & prębendas, & Eccleſias, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura, ſæcularia & regularia, quæcunque & qualiacunque fuerint, etiamſi ad illa perſonæ cõ ſueuerint, ſeu debuerint, per electionem, ſeu quemuis alium modum aſſumi; nunc apud Sedem Apoſtolicã quocunque modo vacantia, & in poſterum vacatura;

** Subaudi reſeruamus authoritate Apoſtolicâ ordinationi, diſpoſitioni ac diuiſioni noſtræ, prout habetur in fine huius §. idq; ne nimium ſuſpenſus maneat lector hîc præmonemus.*

ra; * nec nõ per diſpoſitionem, ſeu priuationem, ſeu tranſlationem per nos, ſeu authoritate noſtrâ factas, & in anteà faciendas vbilibet: nec-non ad quæ alioqui in concordia vel diſcordia electi ſiue poſtulati fuerint, quorũ electio caſſata, ſeu poſtulatio repulſa, vel per eos facta renunciatio, & admiſſa authoritate noſtrâ extiterit, ſeu quorũ electorum, vel poſtulatorum, & in antea eligendorũ ſeu poſtulandorum electionẽ caſſari, ſeu poſtulationem repelli, aut renunciationem admitti per nos, aut authoritate noſtrâ continget apud Sedem prædictam, vel alibi vbicunque, & etiam per obitum Cardinalium eiuſdem Eccleſiæ Romanæ, aut Officialium dictæ Sedis, quamdiu ipſa officia actualiter tenebunt (videlicet Vicecancellarij, Camerarij, ſeptem Notariorum, Auditoris literarum contradictarum, & Apoſtolici Palatij cauſarum Auditorum correctorũ, centum & vnius Scriptorum literarum Apoſtolicarum, & viginti quatuor Pœnitentiariæ præfatæ Sedis, & viginti quinq; Abbreuiatorũ, nec non verorum Commenſalium noſtrorum, & aliorum viginti quinque; Capellanorum Sedis eiuſdem in epitaphio deſcriptorum) & etiam quorumcumque Legatorum, ſeu Collectorum, ac in terris Romanæ Eccleſię Rectorum, ac Theſaurariorum deputatorum, ſeu miſſorum hactenus, vel deputan-

putan-

putandorum aut mittendorum in poſterum vacantia, & in antea vacatura, vbicunque dictos Legatos vel Collectores ſeu Rectores, & Theſaurarios, antequam ad Romanã curiam redierint ſeu venerint, rebus eximi cõtigerit ab humanis, * nec non quorumlibet pro quibuſcunque negotiis ad Romanam curiam venientium, ſeu etiam recedentium ab eadem, ſi in locis à dicta curia vltra duas dietas legales non diſtantibus iam forſan obierint, vel eos in anteà ab hac luce tranſire contigerit, etiam ſimili modo quorumcumq; Curialium peregrinationis, infirmitatis ſeu recreationis, vel aliâ quacumq; causâ ad quæuis loca ſedentiũ, ſi eos antequam ad dictam curiam redierint in locis, vltra duas dietas ab eadem curia, vt præmittitur, non remotis (dummodò eorum proprium domicilium non extat ibidem) iam forſan deceſſerint, vel in poſterum eos contigerit de medio ſubmoueri, & nunc per obitum huiuſmodi vacantia, vel in poſterum vacatura: * Rurſus monaſteria, prioratus & dignitates, Decanatus, perſonatus, adminiſtrationes, officia, Canonicatus, præbendas & Eccleſias, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica, ſæcularia & regularia, cum cura vel ſine cura, quæcunque & qualiacunq; fuerint, etiã ad illa perſonæ conſueuerint, ſeu debuerint per electionẽ, ſeu quemuis alium modum

** Subaudi reſeruamus authoritate Apoſtolica, vt in fine huius §.*

** Hic rurſus ſubaudi, reſeruamus authoritate Apoſtolica.*

aſſu-

ſtit. fel. record. Nicolai Papæ III. quæ incipit; Cupientes, exſpectabimus: & lapſo dicto tempore ſi non præſentatæ, vel ſi præſentatæ, minus canonicæ fuerint, prouidebimus, & ſi canonicæ fuerint, eas confirmabimus, niſi ex rationabli & euidenti cauſa, ac de dictorum fratrum conſilio, de digniori & vtiliori perſonâ duxerimus prouidendum: Prouiſo, quod confirmati prædicti, & per nos prouiſi, Metropolitanis ſuis & aliis præſtent debita iuramenta, & alia, ad quæ de iure tenentur. Et in monaſteriis dictæ Sedi immediatè nō ſubiectis, & aliis regularibus beneficiis, ſuper quibus pro confirmatione vel prouiſione ad dictam Sedem non conſueuit haberi recurſus; electi, ſeu illi, quibus prouidendum eſt, pro confirmatore & prouiſione huiuſmodi ad curiam Romanam venire non tenebuntur; ipſaque regularia beneficia ſub expectatiuis gratiis nō cadant: vbi autem pro monaſteriis ad dictā curiam venire ſeu mittere conſueuerit, noc aliter confirmabimus vel prouidebimus, quàm ſuperius de Cathedralibus Eccleſiis eſt expreſſum. Et de monaſteriis Monialium non diſponemus, niſi ſint exempta, & tunc per commiſſionem ad partes.

De cæteris verò dignitatibus & beneficiis quibuſcunque, ſæcularibus & regularibus vacaturis, vltra reſeruationes prædictas, maiori-

ioribus dignitatibus poſt Pontificales in Cathedralibus, & principalibus in Collegiatis Eccleſiis exceptis, iure ordinario prouideatur per illos inferiores, ad quos aliàs pertinet. Placet etiam nobis, quod per quamcunque aliam reſeruationem, gratiam expectatiuam, aut quamuis aliam diſpoſitioñe, ſub quacunque verborum forma, per nos, vel auctoritate noſtrâ factam vel faciendam, nõ impediemus, nos, quò minus de illis, cùm vacabunt de Februarij, Aprilis, Junij, Augusti, Octobris & Decembris menſibus, liberè diſponatur per illos, ad quos eorum collatio, prouiſio, pręſentatio, electio, ſeu quęuis alia diſpoſitio pertinebat; reſeruationibus aliis à pręmiſſis aut diſpoſitionibus auctoritate noſtrâ factis vel faciendis, non obſtantibus quibuſcunque. Quoties verò aliquo vacante beneficio de Ianuarij, Martij, Maij, Julij, Septembris & Nouembris menſibus ſpecialiter diſpoſitioni dictæ Sedis reſeruatis, non apparuerit infra tres menſes à die notæ vacationis in loco beneficij, quod alicui de illo Apoſtolicâ auctoritate prouiſum fuerit: ex tunc & non anteà Ordinarius vel alius, ad quem illius diſpoſitio pertinebit, de illo liberè diſponere poterit.

Et ad finem, vt hæc ordinatio collationum beneficiorum non reſeruatorum per alternos menſes, poſſit per dictam Nationẽ

publi-

publicari, & omnes qui eâ gaudere voluerint, tempus congruum habeant eam acceptandi; tunc quoad dictam Sedem, à Kalendis Iunij proximè futuris, ipſa currere incipiet, & durabit deinceps; niſi in futuro Concilio de conſenſu dictæ Nationis aliter fuerit ordinatum.

Placet ſimiliter nobis, quòd circa prouiſionem dictæ Sedis ordinandam, modus annatarum hoc modo currat. De Eccleſiis Cathedralibus omnibus, & monaſteriis virorum duntaxat, vacantibus & vacaturis; ſoluantur pro fructibus primi anni à die vacationis, ſummæ pecuniarũ in libris Cameræ Apoſtolicæ taxatæ, quæ communia ſeruitia nuncupantur: & ſi quæ exceſſiuè taxatæ ſint, retaxentur: & quod prouideatur ſpecialiter in grauatis regionibus, ſecundùm qualitatem rerum, temporum & regionum, nec nimium prægrauentur; ad quod petentibus dabimus commiſſiones in partibus qui diligenter inquirant & retaxent. Taxæ autem prædictæ pro media parte infra annũ à die habitæ poſſeſſionis pacificæ totius vel maioris partis, ſoluantur; & pro alia media parte, infra annum ſequentem. Et ſi infra annũ bis vel pluries vacauerint, ſemel tantùm ſoluatur, nec debitum huiuſmodi in ſucceſſorem in Eccleſia vel monaſterio tranſeat.

De cæteris verò dignitatibus, perſonatibus, officiis & beneficiis ſæcularibus ac regulatibus quibuſcunque, quæ auctoritate dictæ Sedis conferentur; vel de quibus prouidebitur (præterquam vigore gratiarum exſpectatiuarum, aut cauſa permutationis) ſoluantur annatæ ſeu medij fructus, iuxta taxam ſolitam à tempore poſſeſſionis infra annum, & debitum huiuſmodi ſimiliter in ſucceſſorem in beneficio non tranſeat.

Sed de beneficiis, quæ valorem viginti quatuor florenorum auri de camera nō excedunt, nihil ſoluatur: curratque hæc obſeruantia deinceps, niſi eam ſimiliter in futuro Concilio de ipſius Nationis conſenſu contingat immutari. In aliis autem, quæ per fel. record. Eugenium Papam IV. etiam prædeceſſorem noſtrum, pro dicta Natione vſque ad tempus futuri generalis Concilij permiſſa, conceſſa, indulta & decreta, ac per nos confirmata fuerunt, in quantum illa concordiæ præſenti non obuiant, iſta vice nihil eſſe volumus immutatum. Et per hoc quod in Concordatis huiuſmodi, ſiue quibuſuis aliis eorum occaſione conficiendis literis propter competentiorem deſcriptionem, Alamania ſpecialiter appellatur, Natio ipſa cenſeri non debet à Germanica Natione diſtincta, ſeu quomodolibet ſeparata.

Præ-

Prætereà, quia difficile foret præſentes literas ad ſingula, in quibus de eis forſitan fide facienda fuerit, loca deferri; eâdē Apoſtolicâ auctoritate decernimus, quod ipſarum tranſumpto Metropolitanorum dictæ Nationis ſigillo munito, tanquam præſentibus, ſi exhiberentur, literis plena fides adhibeatur; & perinde ſtetur, ac ſi dictæ præſentes literæ forent exhibitę vel oſtenſæ. Et inſuper quoque irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, ratificationis, laudationis, acceptationis, communicationis, *reſeruationis, conſtitutionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temeratio contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

*aliàs communicationis.*

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quadringeſimo quadrageſimo ſeptimo, Kalen. Aprilis. *Pont. noſtri anno ſecundo.

*aliàs, quarto decimo Kalend. April.*

COM-

# COMMENTARIVS IN REGVLAS IVRIS LIBRI VI. DECRETALIVM.

## IN TITVLVM DE REGVLIS *Iuris Lib. VI. Decretalium.*

HVIVS TITVLI AVCTOR eſt Bonifacius VIII. Sum. Pontif. quem ideò poſtremo loco ſubiecit, vt ea, quæ prioribus titulis ſparſim per ſingulas ſpecies tradita ſunt, in regulas quaſdam, veluti breuiſſimas notas, cōiiceret: imitatus nimirum libros Pandectarum, in quibus & poſt omnium tractationem, Titulus de Regulis iuris, vltimus annectitur, tanquam priora omnia in breuiſſima capita conferens. Vnde & regula à Paulo I.C. ita deſcribitur: *quòd rem, quæ eſt, breuiter enarret, non vt ex regula ius ſumatur, ſed vt ex iure, quod eſt, regula fiat.* a Per regulam igitur, breuem rerum narrationem in vnum coactam intelligimus, vt quod in ſingulis rebus iuris eſt, per eam breuiter demonſtre-

a *l. 1. ff. hoc titul.*

monſtretur. Vt exempli gratiâ; Cùm alibi traditum eſſet: Periurium ad dicendum teſtimoniũ minimè admittendũ eſſe, propter ſuſpicionem periurij: *b* item marito ſæuienti non eſſe facile reſtituendã vxorem ab eo digreſſam, propter metum ſæuitiæ: *c* item ſemel negligenti non poſſe rem tutò iterùm committi; *d* Bonifacius huius Tituli author, occaſionem ſumpſit huius regulæ condendæ: *Semel malus ſemper præſumitur eſſe malus. e* Idem in aliis regulis accidit.

*b c. teſtimonium. 54. lib. 1. præterquam pro reatu periurij. ext. de teſtibus iuncto c. paruul. 22. q. 5. & c. non poteſt. 2. q. 7. c c. literas 13. inſr. ext. de reſtitut. ſpoliator. d c. ſcribam. 9. de præſumpt. e c. ſemel malus ext. infr. hoc tit.*

Quæ tamen eò non dicuntur, quaſi Regula ſit nuda tantùm narratio ſeu coniectio multarum rerum, ita quod nulla inde iuris deciſio depromi poſſit; ſed vt oſtendatur, regulam ex conſtituto antea iure, tanquam ex præexiſtenti (vt ita loquar) materia ſua; non verò econtrà, ius ex regula natum & profectum eſſe. *f* Nec enim negatur, eam ad alias ſpecies iure non expreſſas traduci poſſe. Imò rectè ad has regulas confugitur, quòd multorum iurium, ex quibus deſumptæ ſunt, apertam ſententiam exprimant, quæ æquè valere debet in caſibus non deciſis, ob eandem æquitatem; *g Non poſſunt*, inquit Iulianus, *omnes articuli ſigillatim aut legibus, aut Senatuſconſultis comprehendi; ſed cùm in aliqua cauſa ſententia eorum manifeſta eſt,*

*f gloſſa ad d. l. 1. Dig. hoc tit.*

*g l. illud quæſitum. 32. in princ. Dig. ad leg. Aquil.*

*eſt, is qui iuriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedere, atque ita ius dicere debet.* h

h *textus in l. non poſſunt.* 12. *c. cum l. ſeq. ff. de legibus. c. inter cæteras* 4. *ext. de reſcript. cap.* 2. *circa med. ext. de tranſlatio. Epiſ.*

Quare cùm multi variique caſus quotidiè incidere ſolent, qui diſertis verbis à iure deciſi non ſunt; licebit in hac multitudine & varietate rerum, ad has iuris regulas, tanquam ad communia quædam capita recurrere. Eſt enim hic Titulus, veluti penus quædam, in qua totius quaſi iuris theſaurus deliteſcit; adeoque viam aperit de quauis cauſa confeſtim, & ex tempore reſpondendi. *i* Neque enim aſſentiendum eſt Iacobo Cuiacio in Poſthumo, qui eius nomine circumfertur; aſſerenti ex regula leuia & pernicioſa argumenta deduci: quod duobus allatis exemplis ita comprobat. Regula eſt (inquit:) Inuito beneficium nõ datur; At libertas beneficium eſt; & tamen inuito datur. *l. vlt.* C. *de teſtam. manumiſſ.* Item regula eſt: Deteriorem conditionem per ſeruum fieri non poſſe. *l. melior. Dig. de reg. iur.* Sed ſeruus delinquendo poteſt; quia dominus ſeruum noxæ dedere cogitur. *l.* 1. §. *quod igitur. ff. de vi & vi arm.* Sed nõ videt ipſe, nos eo caſu non loqui, vbi contra regulam expreſſum ius vrget, vt in exemplis ab eo allatis, aut aperta

i *Videatur eleganter D. Peckius præceptor olim meus obſeruandus ad rubr. huius tit. Panor. ad rubr. ext. eod.* k *ad l.* 1. *in fi. h. tit.*

ta ratio contrarium euincit; quibus caſibus officium ſuum perdit regula, vt vtar verbis d. l. 1. ff. hoc tit. Verùm loquimur in caſu non deciſo à iure, aut vbi ratio quæ diuerſum ſuadet, nulla ſubeſt, cur à regula diſcedendum ſit. Hinc gloſſa noſtra; *l* Potior eſt eius cauſa, inquit, pro quo facit regula, habet enim aduerſarius oſtendere rationem, quare in illo caſu regula non loquatur. Et hæc ita eſſe, cōuincit vel ſecunda regula Digeſtorum: *Fœminæ*, inquit Vlpianus, *ab omnibus officiis ciuilibus & publicis remotæ ſunt, & ideò nec Iudices eſſe poßunt, nec Magiſtratum gerere, &c.* Nonnè ex præmiſſa regula? *Fœminæ ab omnibus officiis ciuilibus & publicis remotæ ſunt*: infert apertè Vlpianus, eas nec Iudices eſſe poſſe, nec Magiſtratum gerere? Cæterùm ipſas regulas ex ordine & quantum fieri poteſt, breuiſſimè, explicemus.

*l hic ad rubr. cap. fi.*

## REGULA I.

*Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine inſtitutione canonica obtineri.*

Beneficium Eccleſiaſticum eſt, percipiendi reditus ſiue obuentiones Eccleſiaſticas, quale habent Epiſcopi, Abbates, Decani, Præpoſiti, Parochi, Canonici, aliique Clerici diuinis miniſteriis ſiue officiis adſcripti. *a* Inſtitutio verò Canonica, dicitur receptio ad ipſum beneficium Eccleſiaſticum, iuxta præſcriptum ſacrorum Canonum; veluti, quæ fit per legitimam electionem vel poſtulationem & confirmationem; per collationem ſimplicem, ſiue ad præſentationem patroni Eccleſiæ ſiue Eccleſiaſtici beneficij. Hæc enim nomine inſtitutionis canonicæ veniunt. *b* Ex quibus conſequens eſt; eum qui aliter ad beneficium Eccleſiaſticum electus eſt; vel quia non ſeruata forma electionis; *c* vel ab eo electus eſt, cui eligendi ius non erat; *d* vel ſimoniacè, *e* vel aliter indignus electus, *f* non poſſe dici canonicè inſtitutum. *g* Similiter qui obtinuit à laico Eccleſiam vel Eccleſiaſticum beneficium (et-

a *c.1. ext. de maledicis. c. quanto. 7. ext. de of. c. iud. ord. c. ad decorum. 5. ext. de inſtitution.*
b *vt toto tit. ext. de inſtitutio. c. 4. c. 6. ext. de his quæ fi. à præl. c. cum Eccleſia 31. ext. de electión.*
c *de qua in c. quia propter. 42. ext. de electio. c. cum expediat. 29. eod. in 6.*
d *c. Maſſana 56. c. ſacroſancta. 51. ext. de elect. c. 8. ext. de conſuetud.* e *c. in extrauag. commun.* f *c. quamquam 18. de electio. in 6.* g *dictis iurib.* h *c. 4. c. 8. c. 10. c. 15. ext. de iure patro. c. n.*

iamſi

iamſi laicus eiuſdem Eccleſiæ vel beneficij patronus ſit) abſque auctoritate Epiſcopi, vel alterius Superioris, *h* ſiue alicui collatum eſt beneficium nondum vacans, *i* vel ſi ipſe cui collatum eſt, laicus; *k* vel clericus coniugatus ſit; *l* Nam hi omnes canonicè inſtitui non poſſunt. *m* Huius regulæ rationem reddit D. Peckius hîc, quòd in Eccleſiam Dei non debet alius eſſe ingreſſus, quàm per oſtium, cuius claues præfectis Eccleſiarum committuntur, qui eiſdem clauibus & Canonicis regulis inſtituendos in eandem Eccleſiã Dei intromittunt. Nam & huc ſpectat Innocentij IV. conſtitutio in Concilio Lugdunenſi, qua duobus de dignitate, perſonatu vel alio beneficio Eccleſiaſtico contendẽtibus, & altero per contumaciam abſente; prohibet miſſionem fieri in poſſeſſionem beneficij, cauſa rei ſeruandæ (quæ alioqui ſolet fieri in aliis cauſis, vbi reus ante litis conteſtationem contumaciter abeſt *n*) ſed titulus, quo nititur actor præſens examinari debet; idque vt vitetur ingreſſus vitioſus in beneficium, hoc eſt, qui abſque titulo eſt, ſiue canonicâ inſtitutione: *o* Quare & qui longo tempore beneficium poſſedit abſque inſtitutione canonica, ſe defendere non poterit temporis præſcriptione: cùm id quod ab initio nullum eſt, tractu temporis non conualeſcat. *p*

i *c.9. ext. de conceſſ. præbend.*

k *c.2. ext. de inſtitutio. c. cum adeò. 17. ext. de reſcript.*

l *c.5. ext. de cler. coniug.*

m *vt iam dd. iurib.*

n *c.3. c.5. §. in aliis ext. vt lite non conteſt.*

o *c. vnico. de eo qui mittitur in poſſeſſ.*

p *c. non firmatur. & ibi latiùs dicemus infr. eod.*

Cui certè aduerſari videtur textus in c. cura 11. ext. de iure patron. Quo loco Eccleſiæ à laicis acceptæ præſcriptione acquiruntur per Clericum, quaſi nullo titulo præcedenti. Textus verba hæc ſunt: *Mandamus, quatenus ex donatione laicorum, niſi auctoritas Diœceſani Epiſcopi & conſenſus adſit, nullus veſtrûm aliquas ſibi Eccleſias vendicare præſumat, vel retinere taliter acquiſitas; niſi legitima fuerit præſcriptione munitus, aut Diœceſani Epiſcopi habuerit poſteà conſenſum.* Ex quibus verbis conſtat, donationem Eccleſiarum à laicis factam tunc valere, ſi auctoritas & conſenſus Epiſcopi interuenerit, aut ex pòſt facto conſenſus eius acceſſerit; aut ſi Clericus legitimâ præſcriptione munitus ſit. Sed reſpondetur, eam legitimam præſcriptionem in d. c. cura intelligi, quæ & bonæ fidei eſt; malæ enim fidei poſſeſſor nunquam præſcribit. *q* Vnde conſtituendum eſt, textum eâ ſpecie loqui, quando poſſeſſor bonæ fidei eſt, hoc eſt, quando credit Epiſcopum (qui ſuæ diœceſeos curam & inſpectionem gerit) conniuere, & quaſi videntibus oculis diſſimulare donationem Clerico à laico factam, & ſubſequenter conſenſum ſuum, licèt tacitum, accommodaſſe, qui loco tituli eſt. *r*

q *vt regula ſeq. vbi & dicam latiùs.* r *vide gloſſ. & Panor. ad d. c. cura. & quæ habet Couarru. ad c. poſſeſſor. in 2. parte relect. §. 10. num. 1. infr. hoc tit.*

RE-

## REGVLA II.

*Poſſeſſor malæ fidei vllo tempore non præſcribit.*

HÆc regula deſumpta eſt ex c. 5. c. 17. in fi. c. 19. in fi. & c. fi. extr. de præſcriptio. Eſt autem præſcribere, rem aliquam adquirere per continuationem poſſeſſionis temporis à iure definiti.*a* Vt autem præſcriptioni locus ſit, requirit hæc regula noſtra, vt poſſeſſor bonæ, non malæ fidei ſit, hoc eſt, quod exiſtimet rem; quam poſſidet, ſuam, non alienam eſſe; nam fidem hîc pro conſcientia accipimus. *b* Et ratio regulæ eſt; quia is, qui malæ fidei eſt, peccat ex D. Pauli ſententia, dum id quod ex fide non eſt, peccatum eſſe aſſerit:*c* nec minus in præceptum Decalogi incidit, quo alienę rei votum ſiue affectatio interdicta eſt.*d* Non igitur malę fidei poſſeſſor pręſcribit, quantocunq; etiã tempore, licèt immemoriali, poſſideat.*e* *Cùm tantò ſint grauiora peccata*, inquit alibi textus, *quantò diutiùs infelicem animã detinent alligatam.f* Et hęc adeò obtinent, vt neceſſe ſit, non tantùm in initio pręſcriptionis bonam fidem poſſeſſorem habuiſſe, verùm etiã in progreſſu & toto pręſcriptionis

a *vt liquet ex tit. Decretal. de præſcriptio. ext & in 6. ex tit. C. de præſcript. lõ- temp. 10. vel 20. annõr. cum aliquot titulis ſeqq. vide latiùs in Summæ noſtra ſub tit. de exceptionib.*
b *c. fi. ext. de præſcriptio. c. fi. virgo. 34. q. 2. l. bonæ fidei. 109. ff. de verb. ſignif.*
c *ad Roma. 14. in fin. iuncto §. illud circa med. de pœnit. diſt. 3.*
d *præceptum vltimum Decalogi. Non domũ, non agrum, &c.*
e *c. 5. & c. fi. ext. de præſcr.*
f *in c. fin. ext. de conſuetud. c. penult. ext. de conſang.*

g & per tex. in d. c. fi. ext. de præſcript.
h l. vnica. C. de vſucap. transfor. l. ſi aliena 10. in princ. Dig. de vſurp. & vſucap. §. diutina. Inſt. de vſucap.
i c. fi. ext. de præſcript.
k teſte And. Gail lib. 2. obſ. 18. n. 7.

tempore; ob eandem rationem. *g* Quamuis aliud iure ciuili receptum ſit, quo ſufficit à principio bonam fidem habuiſſe, non autem ea neceſſaria eſt ad perficiendam ſiue complendam præſcriptionem. *h* Sed hoc iure non vtimur, propter peccatũ, quod prouenit ex conſcientia rei alienæ; *Cùm generaliter*, ait Innocentius III. in generali Concilio Leteranenſi, *ſit omni cõſtitutioni atque conſuetudini derogandum, quæ abſque mortali peccato non poteſt obſeruari. i* Vt hinc in Camera Imperiali hæc regula noſtra in multis præiudiciis comprobata ſit, contra ius ciuile. *k*

Ab hac tamen regula excipitur caſus in c. 1. ext. de præſcriptionibus, vbi Epiſcopus contra alium Epiſcopum triennio præſcribit locum à ſe conuerſum ad Catholicam vnitatem; cùm tamen non ignoret eum eſſe alterius. Verùm id fit auctoritate ſacrorum Canonum, quibus cùm omnes Eccleſiæ ſubiectæ ſint, & ab iis certam legem accipiant; id certè conſtituere potuerunt, vt res vnius Eccleſiæ, alteri ex iuſta cauſa adquiri poſſit. Itaque rei alienæ fidem ſuſtinent hoc caſu ſacri Canones in fauorem Catholicæ religionis.

Quâ ratione, etiam hoc iure rectè defendi poterunt præſcriptiones earum rerum, quæ ob non ſolutum vectigal, vel aliud delictum, in commiſſum ceciderunt, etiamſi is,

qui

qui poſſidet, intelligat eas ad fiſcum ſpectare. *l.* Quid enim prohibet Principem rebus in fiſcum ſuum illatis vel inferendis propter delictum, hanc præſcriptionem imponere? aut pœnam, quam ipſe ſtatuit, certo modo abolere? niſi de contraria eius mente aliunde conſtaret, vt in ſpecie c. 2. de præſcription. lib. 6. qua in bonis hæreticorum bona fides requiritur; quia id diſertè cauet ibidem S. Pontifex.

*l. l. 2. C. de vectig. & commiſſ. c. cum ſecundum. 119. de hæret. lib. 4.*

## REGVLA III.

*Sine poſſeſſione præſcriptio non procedit.*

Dedvcta videbitur hæc regula ex c. cauſam. 7. ext. de præſcription. ex c. 3. in fi. extr. de probationib. Cui ſimilis extat textus in l. ſine poſſeſſione 25. ff. de vſurp. & vſucap.

Hac itaque regulâ docemur, poſſeſſionem planè neceſſariam eſſe ad præſcriptionem, non tantùm inchoandam; verùm etiam eandem continuandam & perficiendam. Si enim medio tempore, id eſt, ante completam præſcriptionem, poſſeſſio interrupta fuerit, ceſſat præſcriptio. *a* Quod duobus modis contingere poteſt; aut naturaliter, aut ciuiliter. Naturaliter, cùm quis de poſſeſſione ſua vi deiicitur, vel poſſeſſori res

*a c. illud. 8. & c. auditis. 15. ext. de præſcript. l. naturaliter. 5. ff. de vſurp. & vſucap.*

Porrò verbum, *Inſiſtendi*, in hac materia etiam ad res incorporales referri debet; vt ſunt, actiones & ius decimandi, eligendi, cō-ferendi beneficia Eccleſiaſtica, aliaque huiuſmodi incorporalia, quæ & poſſideri (licèt impropriè) & præſcribi dicuntur. *n*

Illud, quod antè diximus, de contiuatione poſſeſſionis; non tantùm locum habet in eodem poſſeſſore, verùm etiam in eius ſucceſſore; ſiue is vniuerſalis ſit, veluti hæres; ſiue ſingularis, vt emptor, legatarius, aut ſimilis; *o* dummodò perſona media non interceſſerit, quæ continuationem interruperit. *p* Quin & præſcriptio à defuncto cœpta, ante hæreditatis aditionem rectè impletur; *q* eò quòd hæreditas antequam adeatur, perſonam defuncti ſuſtineat. *r* Vnde & vacuum tempus ante hæreditatis aditionem & nactam poſſeſſionem, prodeſt hæredi nō poſſidenti, ad complendam præſcriptionem. *s*

*n c. ad aures.6. c. de quarta 4. cum ſimilib. ext. de præſcrip. c.1. & c.2. in 6. eod. tit. c.3. ext. de cauſa poſſ. & prop. c. cum Eccleſia.31. ext. de electio. l. 1 & l. 2. C. de ſeruitut. l.1. in fi. C. de præſcrip. lōgi temp. 10. vel 20. cum ſimil. o §. diutina cum § ſeq. Inſtit. d. l. Pomponius.13. §. ſed & legatario. Dig. de acquir. vel amitt. poſſ. p d. l. §. quæſitum. q l. cœptam. 42. Dig. de vſucap. r l. hæres 22. ff. iam d. tit. l. hæreditas. 24. Dig de adq. rer. dom. s l. nunquam 31. §. vacuū. ff. de vſucap.*

Non obſtat textus in l. rerum mixtura. 30. §. Labeo. ff. de vſurp. & vſucap. quo ait Labeo: *Si is, cui ad tegularum vel columnarum vſucaptionem decem dies ſupereſſent, in ædificium eas conieciſſet; nihilominùs eum vſucapturum, ſi ædificium poſſediſſet.* At ex Iauoleno conſtat, ſingulas ædium partes non poſſi-

poſſideri, ſed ipſas ædes. *t* Quâ ergò ratione in hoc exemplo vſucapio procedit abſque poſſeſſione? Reſpondet Barthol. *u* hoc ſingulare eſſe in reſponſo Labeonis, propter modicum tempus quod ſupereſt ad complendam vſucapionem. Verùm hæc reſponſio, cùm mera coniectura ſit, & pugnet cum l. omnibus 15. & quæ ibi notant DD. ff. de diuerſis & temporal. præſ. puto rectiùs non poſſe dicere; regulas & columnas per ſe poſſideri, licèt ædificio implicatæ ſint; ſiquidem mobiles & per ſe permanent in ædificio, vt in annulo & gemma in quo verum eſt, aurũ & gemmã poſſideri & vſucapi; cùm vtrumque maneat integrum. *x* Hinc columna alienis ædibus iuncta, vindicari poteſt à domino. *y* Diuerſum eſt in tignis & lapidibus, quę cum vniuerſitate domûs poſſidentur & vſucapiuntur, nec eos vindicari permittitur. *z* Nec mouet, quòd in actionibus aliiſque iuribus incorporalibus nulla poſſeſſio detur, *a* & tamen vſucapi ſiue præſcribi dicantur: *b* quia id verum eſt, ſi de poſſeſſione propriè dicta loquamur, quæ tantùm eſt rerum corporalium: at cùm rerum incorporalium quaſi poſſeſſio ſit; *c* admiſſum quoque eſt, vt

*t in l. cum qui 23. Dig. eod. tit. de vſucap.*
u *ad d. §. Labeo.*
x *d. §. Labeo. verſ. quid ergo.*
y *d. l. cum qui. verſ. ſin aut columna.*
z *§. cum in ſuo. Inſt. de rer. diuiſ.*
a *l. ſequitur 4. §. ſi viam. ff. d. tit. l. ſeruus 43. §. incorporales. ff. de acquir rer. dom.*
b *l. 1. l. 2. C. de ſeruitutib. & aq. l. ſi quis diutur. 19. ff. ſi ſeruit. vind. l. fi. C. fi. de præſcript. longi temp. l. 4. Cod. de præſcrip. 30. vel 40. ann. c. 1. de præſcript. in 6. c. c. 3. ext. de cauſa poſ. c. ſi diligenti. 7. ext. de præſcrip. d. l. ſi quis diuturn. & l. penult. ff. de ſeruitutib.*

ad

ad ſimilitudinem corporalium, etiam hæ quaſi vſucapiantur ſiue præſcribantur. *d*

*d d.l.1. C.de ſeruitutib. cum aliis ſuper alleg.*

## REGLA IV.

*Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum.*

SEntentia D. Auguſtini eſt ex decretalibus vbi extat, *a* huc traducta. Eaque pertinet non ſolùm ad res furto vel vi ablatas, ſed etiam ad damnum dolo vel culpâ datum: *b* cùm his caſibus ablata dicatur ipſius rei commoditas. *c*

a *in c.cum tu 5.ext. de vſur.* b *c.fi.ext.de iniuriis. c.ſi quis de clericis. 12. q. 2.* c *l. cum prætor. 81. Digeſt. de verbor. ſignific.*

Quare etiam Iudex, qui pretio vel precibus ductus, aut per imperitiam malè iudicauit, hâc regulâ continebitur: *d* ſicut & is qui alium ſine iuſta cauſa vulnerauit. nam & hic ad reſtitutionẽ damni tenetur, id eſt, ad expenſas in curatione vulneris factas, operaſque quibus caruit cariturúſve eſt, quòd inutilis factus ſit. *e* Non enim debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, *f* & factum cuiq; ſuum, non alteri nocere debet. *g*

d *per tex. in l. fi. C. de pœna iud. l. fi. ff. de variis & ext. cogn.* e *l 3. ff. Si quadrupes. & l.fi.ff. de his qui dicer.* f *l. non debet 72. Dig. de reg. iur.* g *l. factum 155.*

Quare & hoc iure receptum eſt, vt hæres ex delicto defuncti conueniri poſſit ad reſtitutionem damni à defuncto illati, vt eò citiùs peccatum defuncti expietur, *h* contra ſententiam iuris ciuilis; quo hæres

h *c.fi.ext. de ſepultur. c.*

ex delicto defuncti non conuenitur, niſi aliquid ex delicto ad eum peruenerit; ne alieno ſcelere diteſcat hæres. *i*

Itaque certa iuris regula eſt; *Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum*; videlicet, idem reſtituendo aut eius æſtimationem, ſi res ablata non extet: adeò etiamſi res ipſa ſine culpa auferentis perierit; cùm ſemper fur in mora reſtituendi intelligatur. *k* Mora autem ſua cuilibet nociua eſt. *l*

Sed quid, ſi ſoluendo non ſit? Parcitur ei propter inopiam, *m* donec ad meliorẽ fortunam peruenerit. *n* Quid ſi res ablata illi donata, aut damnũ ab aduerſario remiſſum ſit? Licèt ſint qui remiſſionem non valere contendant, propter expreſſa huius regulæ verba, quæ tantùm reſtitutionis meminit; *o* & quod alibi de reſtitutione vſurarum conſtitutum eſt: *p* verius tamen eſt, remiſſionẽ valere; quia nihil intereſt, ſoluatur creditori à debitore, an voluntate eius aliter ſatisfiat. *q* Niſi quibus caſibus ius reſtitit remiſſioni. *r*

*in literis 5. ext. de rap- torib.*
i *l. vnica. C. ex delict. defunct. §. non autem Inſt. de perp. & temp. actio.*
k *l. fi. Dig. de condict. furt.*
l *c. mora infrà eod.*

m *c. ſi res. 14. q. 6. & c. cum tu 5. ext. de vſur.* n *c. Odoardus. 2. ext. de ſolutio. facit. l. ſi debitores. 7. Dig. de ceſſion. bono.* o *arg. l. nõ aliter. Dig. de leg. 3.* p *in c. debitores 6. cum c. ſeq. ext. de iureiur.* q *l. ſolutionis. 176. Digeſt. de verb. ſignif. l. ſoluitur 5. cum l. ſeq. Digeſt. quibus mod. pig. vel hipoth. ſol.* r *vt in c. ſtatutũ. 11. §. inſuper. iuncto §. penult. de reſcript. lib. 6. & in fi. de cenſib. eod. lib. 6.*

Cæterùm huic obſtare videtur textus in c. officij 9. ext. de pœnitentiis & rem. quo reſcriptum eſt à S. Pontifice, eam mulie-

rem quæ falſum partum ſibi ſubiecit, aut ex adultero concepit, eo animo, vt mariti ſui bona ad eum tanquam ad verum filium, excluſis legitimis hæredibus, peruenirent; nihilominùs ad pœnitentiæ Sacramentum admittendam eſſe: dimittitur igitur mulieri peccatum, quæ non reſtituit. Verùm hic ſingularis ratio ſubeſt; videlicet, metus mariti, ſi ipſi rem proderet mulier. Timebat enim (vt ipſe textus indicat) ſi maritus reſciſceret, vel mortem, vel lethale in ſe odium mariti; non quòd reſtitutum ius ſuccedendi non cuperet legitimis hæredibus mariti. Quare in caſu propoſito mulieris factum ſuſtinetur vitandi maioris mali causâ, iuxta illud ab omnibus iactatum: *Ex duobus malis minus eligendum eſt.* s

*s ex c. duo mala. diſt. 13. Vide de hoc caſu latiùs Nauarrum in Manuali cap. 16. numer. 43. cum ſeqq.*

## REGVLA V.

*Peccati venia non datur niſi correcto.*

REGVLA plana eſt, ſi per correctum accipiamus contritum, ad ſaniorem mentem reuerſum; non verò punitum, vt quidã perperam interpretantur. Quæ enim delinquenti gratia fit, ſi is pœnam à iure conſtitutam iam ſubiit? Sumpta videtur regula ex c. vnico de ſcihſmaticis lib. 6. Cuius & inſignis locus extat in c. legatur, 24. q. 2.

Non

Non tamen inde concludendum eſt; cuilibet corrigenti ſe, veniam dandam eſſe, in foro exteriori; *a* id enim Reipub. pernicioſum eſſet, cui expedit delicta puniri: *b* ſed ſi quando delinquenti ignoſci conuenit, id fiat dolenti de admiſſo. *c* Itaque vſus huius regulæ & in foro conſcientiæ cernitur. *Nouit*, inquit Ambroſius, *d Dominus mutare ſententiam, ſi tu noueris emendare delictum.* Sed audiamus, quid de perſeuerantibus in peccato Gregorius diſſerat; *Voluiſſent*, ait ipſe, *iniqui ſi potuiſſent ſine fine viuere, vt potuiſſent ſine fine peccare. Oſtendunt enim quia in peccato ſemper viuere cupiunt, qui nunquã deſinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergò iuſtitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant ſupplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato.* e

Neque mouet textus in c. quod quidam. 5. ext. de pœnitent. quo iubetur eorum confeſſio recipi, qui negant ſe à peccatis abſtinere poſſe. Non enim idcircò peccatum illis dimittitur, ſed eatenùs ad confeſſionem admittuntur, quòd ſperet Eccleſia crebris & ſalutaribus admonitionibus Confeſſarij tandem eos ad verã pœnitentiam redituros. *f*

a *contra textum in l. qui ea mente 67. ff. de furt.* b *l. licitatio. 9. §. quod illicitè. Dig. de publican. l. ita vulneratus 51. circa fin. Digeſt. ad leg. Aquil.* c *vt in l. Manichæos. 4. verſ. delicti. c. de hæreticis.* d *citatus in Decreto Gratiani in c. nouit. de pœnit. diſt. 1.* e *extat in c. voluiſſent, d. diſt. 1. Vide Panorm. ibid.*

RE-

## REGVLA VI.

*Nemo poteſt ad impoſſibile obligari.*

SImilis regula eſt in l. impoſſibilium, 185. ff. eod. tit. Deſumpta videtur ex c. fin. ext. de pact. & c. ſi. ext. de conditio. appoſ. ex c. 1. de iureiur. lib. 6. Et locũ habet non tantùm ſi impoſſibile in obligationem deducatur; veluti, hodie Romæ dabis, cùm vterque Ingolſtadij ſit, verùm etiam ſi id, quod impoſſibile eſt, promittatur ſub cõditione impoſſibili, vt in exemplo Iuſtiniani: Si cœlum tetigero, dare ſpondes? *a* Prioris hæc ratio eſt; quòd omnis obligatio, aut in dando, aut in faciendo conſiſtat, *b* ſed quod non eſt, aut eſſe, ſiue fieri non poteſt, fruſtra petitur: Nõ igitur eius obligatio vlla oriri poteſt. Quæ ratio eadẽ militat, etiamſi ignorauerint contrahentes ſe rem impoſſibilem in obligationem deduxiſſe: Non enim opinione noſtrâ rei natura vel immutatur vel noua cõſtituitur. Poſterioris rationem hanc tradit Martianus Iuriſconſ. *quia in ea re*, inquit, *quæ ex duorum pluriúmve conſenſu agitur, omnium voluntas ſpectatur, quorum procul dubio in huiuſmodi actu talis cogitatio eſt, vt nihil agi exiſtiment appoſitâ eâ conditione, quam ſciant eſſe impoſſibilem*. Hæc Martianus. *c* Itaque appoſitâ conditione impoſſibili, videntur contrahentes

a *§. ſi impoſſibil. Inſt. de inutil. ſtip.*

b *l. 2. in princ. Dig. de verbor. obligationib.* c *textus in l. non ſolùm. 30. Dig. de actio. & obligat.*

non ſeriò, ſed iocosè egiſſe. Impoſſibilitas verò duplici ex capite oriri ſolet; aut quia natura impedimento eſt, vt in ſuprà allatis & ſimilibus exemplis: aut quia ius vel boni mores vetant; *d* veluti, rem ſacram vel religioſam dari: *e* aut ſi furti vel alterius delicti nomine promiſſio fiat: *f* aut ſi hæredis inſtitutio aut legatum à teſtatore ita relictũ ſit; ſi parentibus alimenta non præſtiterit, ſi ab hoſtibus patrem non redemerit: *g Quæ facta, inquit* eleganter Papinianus, *lædunt pietatem: exiſtimationem, verecundiam noſtram, &* (vt generaliter dixerim) *quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt.* h Sed hoc intereſt inter conditiones impoſſibiles, quæ vltimis voluntatibus adiiciuntur, & quæ cõtractibus: vt illæ inſtitutionibus, legatis, fideicommiſſis adiectæ, pro non ſcriptis habeantur, in fauorem vltimæ voluntatis; *i* ſiquidem in teſtamentis plenior interpretatio adhibetur; *k* cùm non facilè credendum ſit, aliquem teſtamento ſuo aliquid adieciſſe ad impugnandũ idem iudicium ſuum. *l* In contractibus verò impoſſibiles conditiones adiectæ, infirmant ipſum contractũ; cùm contractus non eandem benignitatis interpretationem à iure recipiant, vtpote minùs fauorabiles. *m* Excepto matrimonio; cui ſi turpis vel alia conditio impoſſibilis adiiciatur, habetur ea pro non adiecta, & matrimoniũ

purè

d *l. cõtinuus 137. §. illud inſpiciendũ iũcto §. cum quis. Dig. de verb. oblig.*

e *d. §. cum quis.*

f *l. ſi plagis. 123. de verb. oblig.*

g *l. condit. 9. ff. de cõditio. inſtit.*

h *tex. eſt in l. filius 15. ff. de cond. inſt. iunge & l. nepos Proc. 125. Dig. de verb. ſignif.*

i *l. 1. & l. cõditiones. 9. ff. de cond. inſt.*

k *l. in teſtamentis. 12. ff. de reg. iur.*

l *l. 3. Dig. de teſt. milit.*

m *c. cum dilecti. 6. in fin. extr. de donatio.*

purè contractum intelligitur:idque in fauorem ipſius matrimonij: Niſi fortè adiecta conditio eſſet contra ſubſtantiam matrimonij; puta, ſi alter contrahentium dixerit: Contraho tecum, ſi generationē prolis euitaueris; vel donec inueniam aliam honore, vel facultatibus ditiorem: aut ſi pro quæſtu adulterandam te tradideris. Etenim hæ conditiones matrimonio prorſus aduerſantur. *n* Vbi tamen teſtator conditionem impoſſibilem poſſibilem exiſtimauit; legatum vel fideicommiſſum non valebit; *o* cùm in teſtamentis voluntatē teſtatoris ante omnia ſpectemus. *p* In certis autē nullus eſt coniecturæ locus. *q* Quod & in contractibus retinendum eſt. *r*

n *per text. in c. fi. ext. de condit. appoſ. de quo aliter diſputat D. Peckius hîc ſub n. 10. in fi. & n. ſeq.* o *l. ſeruo manumiſſo* 58. *Dig. de condict. indeb. Vide ibid. In omnem.* p *l. fideicommiſſa* 11. *§. item ſi quis l. non aliter* 69. *ff. de legatis* 3. q *l. continuus* 137. *§.* 2. *in fi.* Dig. de *verb. oblig.* r *l. ſemper in contractibus. Dig. de regul. iur. Vide ad reg. inſpicimus & infrà eodem.*

## REGVLA VII.

*Priuilegium perſonale perſonam ſequitur, & extinguitur cum perſona.*

EXempla huius regulæ extant in capit. 2. extrau. de auctorit. & vſu pallij. in cap. mandata 6. ext. de præſumpt. in ca. ſanè ext. de priuileg. Eſt autem priuilegium, priuata

quædam lex; *a* vt & nominis etymologia indicat. Paulo I C. ius ſingulare eſt, eò quòd contra rationem iuris communis concedatur, *b* Et quidem ſi in gratiam perſonæ eiuſque tantùm proſpectu, perſonale priuilegiũ dicitur: ſin reſpectu rei vel cauſæ, reale. *c* Igitur perſonale priuilegium perſonæ cohæret, & cum eadem extinguitur *d* nõ aliter quàm vſusfructus; qui & idcircò perſonalis dicitur. Cæterùm iuuat hanc regulã iuris ciuilis exemplis illuſtrare. Ecce maritus dotis nomine vel aliter conuentus ab vxore, & econtra vxor à matito; item ſocius vniuerſorum bonorum, vel etiam vnius rei, parens, patronus, patrona, liberique eorum & parentes, donator, miles, eatenùs cõdemnantur, quatenùs facere poſſunt; *f* ſcilicet, ne egeant. *g* At hoc beneficium, cùm perſonale ſit, non producitur ad fideiuſſores ipſorum vel hæredes. *h* Exceptis tamen filiis mulieris, qui patri hęredes extiterunt, quibus idem beneficium à iure communicatur, vt ſcilicet & hi non niſi in id quod facere poſſunt, condemnentur. *i* Nec mirum; ſi enim id receptum eſt inter ſocios, propter ius quoddã fraternitatis, quod inter ſocios intercedit, profectò multò magis recepiendum eſt inter matrem & filios, propter ius neceſſitudinis naturale. Sic priuilegiũ immunitatis perſonæ

a *c. priuilegia diſt. 3.*
b *l. ius ſingulare. 16. ff. de leg.*
c *ſicut videre eſt l. 3. in ff. de cenſib. in l. priuilegia 196. ff. de regul. iur.*
d *per hanc regulam.*
e *§. finitur. Inſt. de vſufructu.*
f *l. ſunt qui 16. cum aliquot ll. ſeqq. ff. de re iud. iunge & l. maritus. 54. ff ſol. matri.*
g *l. in condemnatione 173. ff hoc tit. §. præterea. Inſt. de actio.*
h *l. maritum 12. cum l. ſeq. ff. Sol. matri. l. verum. 63. circa princ. ff. pro ſoc. & l. & ſi fideiuſ. 24. cum l. ſeq. de re iud.*
i *l. etiam. 18. ff. Sol. mat.*
k *d. l. verum.*

con-

conceſſum, cum eadem exſpirat: *l* & de non ſoluendo vectigali de rebus ſuis, ad emptorem earundẽ rerum non porrigitur. *m* Huius regulæ ratio ex eo perſpicitur, quod dici ſolet: Ceſſante cauſâ, id eſt, perſonâ, quę cauſa fuit priuilegij, ceſſat quoq; effectus, id eſt, ipſum priuilegium. *n* Et quod alibi eleganter tradit Paulus I C. *In omnibus*, inquiens, *cauſis id obſeruatur, vt ibi perſonæ conditio locum facit beneficio, vbi deficiente eâ, beneficium quoque deficiat.* *o*

l *l.3.in fi. ff. de cenſib.*

m *l.licitatio.9.§.fi. ff.de publica. vide ibid. DD.* n *ex c. cum ceſſante, in princ. ext. de appellat.* o *l.in omnib.68.ff.hoc tit.*

Huic regulæ obiicitur beneficium reſtitutionis in integrũ, & S C. Velleiani; quod licèt perſonale ſit, tamen ad hæredes tranſit. *p* Sed reſpondetur, vtrumque hoc beneficium non eſſe merè perſonale, ſed & rei nomine concedi propter læſionem; *q* vndę vtrumque ad hæredes rectè transfunditur. *r*

p *l. non ſolùm.6. ff de in integr. reſtit. & l. hæredes 20.C.ad SC. Velleian.* q *l.1. ff. de in integ. reſtit. l.1. ff. ad SC. Velleian. l. exceptiones.7.ff.de excep.* r *d.l.3. in fin. & d.l.priuilegia.*

## REGVLA VIII.

*Semel malus ſemper præſumitur eſſe malus.*

HVius regulę ſuprà meminimus. *a* Intellige autem hanc regulam, de eodẽ genere mali. Nec enim is qui ſemel adulter eſt, ſtatim homicida, fur, vel alio crimine obſtrictus preſumi debet; præcipuè ſi de vitiis op-

a *ad rubric. huius titul.*

poſitis agatur; veluti ſunt, auaritia & prodigalitas, audacia & timiditas, ſiue nimia animi abiectio. Vnde quod alia iuris regula dicitur: *Defleat peccator; quia offendens in vno, factus eſt omnium reus.* ad ipſa peccata referendum nõ eſt, *ſed,* interprete Innocentio II. *quantum ad vitam æternam: ſicut enim, ſi peccatis omnibus eſſet inuolutus; ita ſi in vno tantùm maneat, æternæ vitæ ianuam non intrabit.* b

b *in c. fin. de pœn. diſt.* 5.

Et cùm hæc regula, ſolâ iuris præſumptione nitatur, facilè refellitur adhibitâ probatione in contrarium, comprobando ſcilicet, eum, qui ſemel malus fuit, ſe emendaſſe, iuſtoque dolore peccatum ſuum eluiſſe: vlteriùs enim malus dici non debet. *c* Excepto periuro, cui etiam poſt emendationem ampliùs non creditur: *d* Ratio huius regulæ eſt; quòd animi mutatio non præſumatur: cùm mutare, ſit quid facti; & idcircò probandum eſt. *e* E contrà is, qui ſemel bonus fuit, ſemper præſumitur bonus; *f* ob eandem rationem. Hûc ſpectat reſponſum Menandri IC. *A barbaris,* inquit, *remiſſos milites ita reſtitui oportere Hadrianus reſcripſit, ſi probabunt ſe captos euaſiſſe, non transfugiſſe; ſed hoc licèt liquidò conſtare non poſſit, argumentis tamen cognoſcendum eſt, & ſi bonus miles anteà æſtimatus fuit, prope eſt, vt eius affirmationi credatur: ſi remanſor, aut negligens ſuorum, aut ſegnis, aut extra contuberniũ agens, non credetur ei.* g

c *c. ferrum. cum c. ſeq. diſt.* 50.
d *cap. teſtimonium* 54. *ext. de teſt.*
e *l.* 2. *Dig. de iur. & fact. ignor.*
f *c. mandato* 6. *extr. de præſumpt.*
g *l. non omnes* 5. *§. A barbaris. Digeſt. de re milit.*

RE-

## REGVLA IX.

*Ratum quis habere non poteſt quod ipſius nomine non eſt geſtum.*

HÆc regula deſumpta eſt ex c.penult.de ſent.excomm.lib.6. Conuenit cum l. ſi pupilli 6. §.ſed ſi ego.ff.de negotiis geſt.

Ratum autem habere dicimur; cùm approbamus, quod noſtro nomine geſtũ eſt: *a* Quod enim noſtro nomine actum non eſt, ratum habere non poſſumus; quoad hunc effectum, vt noſtrũ fiat. *b* Fingamus Titium comparaſſe ædes à Sempronio, aut alium contractum cum eo iniuiſſe, nulla alia, quàm vtriuſque contrahentium contemplatione: profectò fieri non poteſt, vt ego ratum habendo factum ipſius Titij, obligatum habeam Sempronium; propterea quòd contrahentes ſe inuicem tantùm obligare voluerint. *c* At ſi mei contemplatione contractus celebratus fuerit, iam ratihabitione meâ quodammodò meus contractus fit, eò quòd Sempronius non Titium, ſed me obligatum ſibi voluerit, ex ſubſequenti ratihabitione meâ. *d*

a *l.quo enim 12. in princ. Digeſt.rem ratihab.*
b *iuxta hãc regulam.*

c *per text.in l.ſi pupilli 6.§.1.Dig.de negot.geſt.in l. ſeruus 13.Dig.de precario iuncta l.non omnis 19.Dig. Si cert.pet.* d *iuxta reg.ſeq.& quæ ibi dicentur.*

Cæterùm obtinuit quoad iacturam rei meæ vel alterius, me ratum habere poſſe, etiam quod meo nomine geſtum non eſt, vt in ſpecie l. 3. Codic. de rei vindic. l. aliena. 20. in princ. ff. de pignor. act. l. 2. §. fin. ff. depoſiti. l. fin. C. ad S C. Maced. & c. cura. 11. ext. de iure patro. vel ſi æquitas aliud ſuggerat, veluti, ſi res mea ab alio vendita ſine mãdato meo apud emptorem perierit, aut ab eo præſcripta ſit; poſſum enim ratam habere hanc venditionem, vt ita à venditore pretium eius conſequar: *e* vnde non oberit regulæ noſtræ textus in l. ei qui 7. §. fin. C. Quod cum eo qui in alien. poteſt. Quia & ibi recipitur ratihabitio in præiudicium ratum habentis; quod fieri poſſe iam monuimus.

*e d. l. 3. l. ſi C. de negot. geſt. & l. ſi eum ſeruũ. 23. ff. ſi cert. pet.*

## REGVLA X.

*Ratihabitionem retrotrahi, & Mandato non eſt dubium comparari.*

HÆc regula huc tranſlata eſt ex c. pen. de ſent. excomm. lib. 5. ex c. fin. de iureiuran. eodem lib. & c. ſi tibi. 17. de præbend. eodem. Conuenit cum l. hoc iure. 195. ff. hoc tit. & l. verò. 12. in fin. ff. de ſolutionibus. Eſt autẽ accipienda, ſi nomine ratum habentis negotium geſtum ſit, ſicut latiùs dictum eſt ad præcedentem regulam.

Et

Et non tantùm in cõtractibus, *a* ſed & in actibus iudicialibus, *b* adeoque in maleficiis locum habet. *c* Neque intereſt, ratihabitio à præſente vel ab abſente facta ſit, iuxta doctrinam à Bartolo traditã; Quòd in iis, quæ ex merà voluntate alicuius pendent, non requiratur patris præſentia, *d* & in propoſito argumento probat textus in l. ſi filiusfamilias. 18. ff. ad S.C. Macedo. in l. fin. C. eod. tit.

a *l. ſi fundus* 16. §. 1. *Dig. de pignor. l. ſi. C. ad SC. Maced. l. ſemper qui.* 61. §. 1. *Dig. de reg. iur.* b *l. licet.* 56. *Dig. de iud.* c *c. pen. ext. de ſent. excom. l. ex ho. iur. Dig. de reg. iur.* d *Bart. ad l. Pompon. n.* 1. *Dig. de neg. geſt.*

Hæc autem ratihabitio non tantùm verbis fit, verùm etiam re ipsâ ex reſponſo I C. Pauli. *e* De verbis, res in confeſſo eſt. Re ipsâ, veluti ſi dominus à procuratore falſo inchoatam litem perſequatur; *f* vel ſi quis ex contractu ſuo nomine ab alio inito ipſe experiatur; cenſetur enim eo ipſo contractum agnouiſſe & approbaſſe; *g* vel ſi pater receptis à filio literis ratione pecuniæ à filio mutuò acceptæ, continuò conteſtationem non interponat contrariæ voluntatis. *h*

e *in l. Paulus* 5. *Dig. rem. ratihab.* f *d. l. Paulus.* §. 1. g *l. ſi ſeruus alienus.* 67. *ff. de fideiuſſ.* h *l. ſi filiusfam.* 18. *Digeſt. ad SC. Macedon.* i *d. l. ſi fundus.* §. 1. *l. fin.* *C. ad SC. Macedon. l. donationes* 25. *C. de donatio. int. vir. & uxor.*

Quod autem inquit regula noſtra: *Ratihabitionem retrotrahi*; accipiendũ eſt, iuris fictione, ad id, ſcilicet, tempus, quo negotium geſtum eſt. *i* Vnde & obligationem & actio-

nem ad idem tempus referimus, nõ ad tempus ratihabitionis: *k* Atque hæc adeò obtinent; etiamſi is, qui geſſit, vel mortuus ſit, vel furere cœperit, aut eum geſſiſſe pœnituerit; adhuc enim ratum haberi poteſt quod geſtum eſt: niſi tempus, quo ratihabitio interponenda eſt, iam effluxerit; *l* nec enim quod lapſu temporis amiſſum eſt, ſolâ ratihabitione reſtitui poteſt; qui vnus caſus eſt, quo ratihabitio nihil operatur. Alter eſt, ſi certam formam in negotio gerendo lex requirat, vt in ſpeciebus, c. nonnulli 28. ext. de reſcript. §. tutor autem. Inſtit. de auctor. tut. l. quid ergo 13. ff. de his qui not. infam.

k *l.* 3. §. *hæc autem actio. Dig. de negot. geſt.*

l *l. penult. & vlt.* §. 1. *Dig. rem ratiha.*

m *d. l. penul. & vlt.*

## REGVLA XI.

*Cùm ſunt partium iura obſcura, reo fauendum eſt potiùs, quàm actori.*

VNde hęc regula eruta ſit, habes in c. inter dilectos 6. in fi. ext. de fine inſtru. in c. 3. ext. de probatio. & in c. cùm ad ſedem 15. ext. de reſtit. ſpol. inquit, *Cùm partium iura obſcura ſunt.* Quod duobus modis cõtingit; vel quia actor nihil probauit, vel quia vtrinque probationes æquales ſunt. Ad priorem modum pertinet illa iuris ſententia; Actore non probante reus abſoluitur; etiamſi nihil præſtiterit, *a* & nullum in re ius habeat, ſolaque poſſeſſione ſe tueatur. *b* Quippe ius agen-

a *l.* 4. *C. de edendo. c. fi.* §. *ex. de iureiur.*

b *l. fi. C. de rei vind.*

agendi metimur nõ ex perſona ipſius rei,ſed actoris:.*c* Vſque adeò, licèt reus onus probandi in ſe receperit & probatione defecerit; nihilo enim magis actori adiudicatio fit. *d* Semper enim illud remanet: *Actore non probante, reus abſoluitur.*

*c l.1.§.fi. Si pars hared.*

*d l. circa 14. ff. de probatio. & ibi gl. & Bart.*

Quoad poſteriorem modum, vbi æqualis vtrinque probatio eſt; ſequi ſolemus quod alibi tradit textus, *Promptiora ſunt iura ad abſoluendum quàm ad condemnandum* : e *Et fauorabiliores rei potiùs quàm actores habentur.* f Præterquàm ſi de re fauorabili cõtrouerſia ſit, quâ ſpecie actori magis fauetur; puta, ſi agatur pro libertate, *g* pro dote, *h* pro teſtamento, *i* pro matrimonio. *k.*

*e c.3.verſ. c. ſi ambarũ ext. de probatio. l. Arrianus 46. Digeſt. de oblig. & act.*

f *l. fauorabiliores 125. ff. de reg. iur.* g *d. c. 3. l. Tit. 59. ff. de manu. teſtam.* h *l. in ambiguis. ff. de reg. iur.* i *l. ſi pars. 10. ff. de inof. teſt.* k *c. pen. 33. q. 1. c. cõtinebatur 6. ext. de deſponſ. in pub. adde his c. ſi. ex. de ſent. & re iu.*

Vnde neque obſtat textus in l. interſtipulantem 83.§.1. ff. de verb. oblig. vbi in obſcuro magis creditur actori quàm reo: quia & id accidit ob fauorem iudicij, ne in poteſtate ſit ipſius rei, tergiuerſando eludere iudicium. Eadem ſolutio adhibetur ad l. de die 8. in princip. ff. Qui ſatiſd. cog. Nec mouet exemplum Salomonis, qui ortâ quæſtione de partu inter duas mulieres, in obſcuro non adiudicauit reæ partum, ſed eum diuidi iuſſerit; *l* quia id non tam iudicando, quàm veritatis explorandæ cauſa fecit: argu-

*l text. in cap. afferte. ext. de præſump.*

argumento eſt, quòd non permiſerit infantem diuidi. Sed neque impedit, quòd interdùm Iudex neutri litigantiũ faueat, ſed vtrique partẽ rei attribuit, *m* aut rem ſorti committit. *n* Id enim fit, non quòd vtriuſq; partis iura obſcura ſint, ſed vt ea, quæ alioqui certa ſunt, certo modo explicentur & dirimantur. Regula autem noſtra loquitur, vbi partium iura obſcura ſunt, in quibus ordinarium eſt, vt reus abſoluatur ſi in probatione actor defecerit: niſi fortè præſumptio eſſet pro actore: *Sanè ſi actor*, inquit Gregorius IX. *omninò in probatione defecerit, reus debet (etſi nihil præſtiterit) obtinere: præſumptione verò faciente pro illo, reo deferri poteſt, ad oſtendendam ſuam innocentiam, iuramentum; niſi Iudex (inſpectis perſonarum & cauſæ circumſtantiis) illud actori videat deferendum.* o

m *vt l. 4. ff. Comm. diuid.* n *vt l. ſed cum ambo. 14. ff. de iud. l. 5. ff. famil. erciſc. à fin. in princ.* o *text. eſt in c. fi. §. fi. ext. de iureiur.*

## REGVLA XII.

*In iudiciis non eſt acceptio perſonarum habenda.*

HÆc regula Iudicẽ monet, ne in adminiſtranda iuſtitia, perſonarum, quibus ius dicit, rationẽ habeat, ſed depoſito omni affectu, odij, fauoris, pręmij, timoris, cauſam ex æquo cognoſcat. *a Quicunque*, ait Hieron. *aut conſanguinitate, aut amicitiâ; & econtrario, hoſtili odio vel inimicitiis, in iudicando ducitur,*

a *c* 1. *de ſent. & rei iudic. in* 6. *c. quatuor.* 78. *c. quiſquis* 80. 11. *q.* 3.

*tur, peruertit iudicium Chriſti, qui eſt iuſtitia, & fructum illius vertit in amaritudinem. b* Regula autem huc traducta videtur ex capit. nouit. 13. poſt med. extrau. de iudic. ex cap. ſtatutum 11. §. inſuper. cum §. ſequent. de reſcript. lib. 6. extrauag. cap. 1. de ſentent. & re iudic. in 6.

b *text. eſt in c. 79. quicunq;* 11. *q.* 3.

Cæterùm non prohibetur Iudex remoto affectu (quod vnicum hac regulâ cōtinetur) interdùm perſonarum habere rationem in iudicio, ſi itá lex iubeat; veluti, in minoribus 25. annis, quos pronunciat ex ſuis contractibus, ſine auctoritate tutoris vel curatoris initis, non obligari: *c* imò & eos reſtituit, vbi auctoritate tutoris vel curatoris in contrahendo læſi ſunt; quod non æquè eſt in maioribus. *d* Item admittit exceptionem SC. Velleiani in muliere, quæ pro alio interceſſit; *e* & exceptionem SC. Macedoniani in filiofamilias, qui pecuniam numeratam mutuam accepit: *f* aliiſq; perſonis ex aliis cauſis ſuccurrit; adeò quòd vnum ex eadem cauſa abſoluat, alium verò condemnet. Et rectè, cùm lex ita ex cauſa iubeat.

c *tit. Inſt. de auctor. tut. in princ. l.* 3. *C. de in int. reſtit*

d *d. l.* 3. *& toto tit. ff. de minorib.*

e *tit. Dig. & C. ad SC. Velleian.*

f *Tit. Dig. & C. ad SC. Maced.*

Idē & in delictis euenit, in quibus ex iiſdē facinoribus nonunquam alij aliter puniuntur; vtputa, aliter ſerui, aliter liberi. *g* furioſis delicti pœna remittitur, non qui ſanæ mentis ſunt; *h* de quibus latè Tiraquellus. *i*

g *l. aut facta* 16. §. *perſon. Dig. de pœnis.*

h *l. diuus* 34. *Dig. de off. præſid.* i *in tractatu de pœnis.*

Sed

Sed hæc, vt diximus, auctoritate iuris fiunt, non ex priuato affectu Iudicis; qui hac regulâ inhibetur.

His obiicitur text. in c. Clerico. diſt. 50. in c. 3. ext. de off. legati. quibus locis Pontifex iuſtam pœnam remittit delinquenti, propter affectionem ſuam. Verùm reſpondetur, in ſummo Principe reprehendi hoc non debere, in cuius arbitrio omnes pœnæ reſident. At in inferiore Iudice non admittitur, vt is pœnæ à iure conſtitutæ gratiam facere poſſit; *k* cùm non debeat eſſe clementior lege, *l* ſed pœnam potiùs ex præſcripto legis exequi. *m* Niſi fortè iuſta cauſa Iudicẽ permoueret ad augendam vel diminuendam pœnam, quod illi permiſſum eſt. *n*

k *l. ſi qua pœna 244. ff. de verb. ſignif.* l *§. oportet. Nouel. de iudicibus.* m *l. 1. in fin. ff. ad SC. Turpil. c. 1. & c. 5. ext. de conſtit.* n *l. 1. & l. 4. C. ex quibus cauſ. infam. irreg. l. quid ergo 13. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. l. hodie 13. l. in metallum 22. ff. de pœnis. Vide omninò Tiraq. in d. tractat.*

## REGVLA XIII.

*Ignorantia facti, non iuris excuſat.*

FActi ignorantia dicitur, cùm quis ignorat id, quod factũ eſt. Iuris verò ignorantia, cùm ignorat, quod à iure conſtitutũ vel cõprehenſum eſt. Exempla huius regulæ extant in c. 1. c. 2. ext. de ord. ab. Epiſc. in c. 2. ext. de cogna. ſpirit. in c. pen. ext. de clerico excom. in c. ſi benef. 20. in c. eũ qui 18. de præbend.

bend.lib.6.adde & l.1. ff.de iur. & fa.ignor. vbi hæc regula multis exemplis illuſtratur.

Intelligimus autem hoc loco ignorantiam facti non proprij, ſed alieni; ſiquidem ignorantia proprij facti veniam non meretur. *a* Niſi vbi ignorans de damno vitando, alter verò de lucro captando certaret; veluti in condictione indebiti: *b* neque enim natura æquum eſt, locupletari cum alterius iniuria: *c* aut vbi factum proprium antiquum eſt, cuius memoriam non ita facilè repetimus. *d* His enim caſibus nihil officit ignorantia etiam facti proprij.

a *per tex. in l. quanquā. 7. ff. ad SC. Velleian. in l. item quæritur 13. §. Si fullo. in l. ſed addes. §. 1. ff. Locati.*

b *l.1. l. ſed & ſi me 22. & paſſim. ff. de condict. indeb.* c *l. nam hoc natura 14. ff. d. tit. de condict. indeb. c. locupletari de reg. iur. lib.6.* d *l. peregrè 44. ff de adqu. vel om. poſſ. Couar. ad c. poſſeſſor. in part. 2. relect. §. 8. n. 2. ſuprà hoc tit.*

Ratio autem regulæ ex eo pendet, quòd facta aliena infinita ſint, & plerumq; etiam prudentiſſimos fallant; proinde nulla culpa ignoranti adſcribi debet: At ius finitum eſt, & eſſe debet, adeoque ab omnibus intelligi, aut ſaltem de eo alij peritiores conſuli; *e* ita quod ius ignorans, propter culpam ſuam minimè excuſetur, locuſque ſit regulæ iuris ciuilis: *Quod quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire.* f

e *l. 2. l regula 9. §. ſed facti. Dig. de iur. & fa. ignor. iuncta l. leges. 9. C. de legib. & l. bonorum 10. de bono. poſſeſſ.*

Sed ſententiam huius regulæ latiùs expendamus; nec enim perpetua eſt. Quod enim dicitur; ignorantiam facti excuſare,

f *l. quod quis in culpa. Dig. hoc tit.*

tum

tum demùm verum eſt; vbi ignorantia probabilis eſt, nõ ſupini aut nimium ſecuri hominis. *g* Etenim non excuſatur is, qui quod omnes in ciuitate vel in vicinia ſciunt, ipſe ſolus ignoret; *h* vel eius ignorantiam obtendit, quod publicè & ſolenniter denunciatum aut ſcripto propoſitum eſt. *i* Jtaq; probabilis alieni facti ignorantia eſſe debet.

g *l.3.& l.6. & l. pen. §. ſed facti. Dig. de iur. & fa.ignor. l. fin. in fi. Dig.pro tuo.c.1.in fi.ex.de ord.ab Epiſc.* h *d.§.ſed facti. c.quãto. 8.ext.de præſumpt.* i *c.1.ext.de poſtul.præla.c.fin.ext. qui matrim. accuſat.poſſ.l.ſed etſi pupillus.§.1.Dig.de inſtit.actio.*

Neque huic aduerſatur text.in l.cum putarem.*36*.ff.fam.erciſc.quo error facti nocet ei qui alium tanquam cohæredẽ ſuum, cùm non eſſet, in diuiſionem hæreditatis admiſit. Quia id accidit propter ſententiam Iudicis, quæ inter litigantes ius facit; *k* nec enim ex iudicati cauſa ſoluti repititio datur. *l* Cæterùm vbi diuiſio ſine Iudice facta eſt, nihil impedit illud repeti, quod alter ex diuiſione iniuſtè accepit. *m* Non mouet quoque textus in c.lectum 34. q. 2. quo pœnitentia indicitur illi, qui errore lapſus cum vxoris ſuæ ſorore, putans eam vxorem eſſe, concubuit, Nam id ſit ad maiorem cautelam; *n* fortè enim conſenſus aliquis irrepſit. *o* Neq; præiudicat; quod hæres ex contractu defuncti,

k *l. ingeniũ.Dig.de ſtat. hom.* l *l.C.de cõdict indeb.* m *ex hac regul.noſtra, ex d.l.cùm putarẽ in fi.& c.ſi poſt. 4.C.de iur.& fa.ignor.* n *vt gl.ibi annotauit.* o *facit c.excõmunicatorũ.23.q.5.& c.ſi quis inſaniens.15.q.1.*

tan-

tanquam ex alieno facto conueniatur: *p* ideò quòd hæres fingatur eadem perſona cum defuncto; *q* cui & meritò imputatur, quod omiſsâ deliberatione ſiue inuentario, hæreditatem defuncti inconſultò adierit. *r*

p *toto tit. C. de hæreditar. actio.*

q *Nouel. de iureiur. à morient. præſt. circa princ.*

r *l. fin. C. de iure delib.*

Iam quod attinet ad alterum membrum huius regulæ de iuris ignorantia. Hanc, ait Regula, non excuſare ignorantem; Intellige quoad adquirendum, non quoad damnum amittendæ rei ſuæ, in quo ignorantia iuris excuſat, id eſt, non nocet. Ita enim attemperat Papinianus I C. *Iuris ignorantia*, inquit, *non prodeſt adquirere volentibus; ſuum verò petentibus non nocet.* s Iterum; *Error facti ne maribus quidem in damnis vel compendiis obeſt. Iuris autem error nec fœminis in compendiis prodeſt. Cæterùm omnibus iuris error in damnis amittendæ rei ſuæ non nocet.* t Ecce hæres, qui iuris ignorantiâ ductus, ſoluit integrum legatum vel fideicommiſſum, perdit Falcidiam. *u* Item qui bonorum poſſeſſionem intra legitimum tempus non agnouit iuris errore lapſus, à petitione eius excluditur; *x* eò quòd vtroq; caſu de compendio agatur. Sin autem per iuris ignorantiam indebitum alicui ſolutum ſit; quia hic damnum vnius, & alterius lucrum vertitur; vtique ſoluti repetitio conceditur. *y* Nec enim obeſt ſoluendi ignorantia iuris, etiamſi ea culpa

s *l. iuris. 7. ff. de iur. & fact. ignor.*

t *l. error. 8. ff. d. tit.*

u *l. error. 9. C. ad leg. Falcid.*

x *l. 1. ff. de iur. & fact. ignor.*

y *Tit. ff. & C. de cōdict. indeb.*

non cereat; cùm naturalis æquitas hac in re præponderet, quæ prohibet, locupletari cum alterius detrimento. z Quò referendum eſt legatum ſiue fideicōmiſſum in non ſolenni teſtamento, vel codicillis non ritè ordinatis, relictum; vt & illud per iuris errorem ſolutum ab hærede, condici poſſit. a Cùm & hoc caſu agatur de amittenda re, iam antè quæſita hæredi per aditionem hæreditatis: quamuis ſint, qui huic ſententiæ reluctentur. b Hinc tamen excipiuntur legata & fideicommiſſa, quæ ſacroſanctis Eccleſiis, & cæteris venerabilibus locis relicta ſunt; vel vbi ad reſtitutionem damni ex lege Aquilia actum eſt. Nam cùm ex his cauſis inficiando lis creſcat, indebitum per errorem ſolutum non repetitur: eò quòd tranſactum videatur, ne inficiatus ſubiiciatur periculo dupli. c Singulariter receptum eſt in militibus, & minoribus 25. annis, vt nec in compendio faciendo his obſit ignorantia iuris; d propterea, quòd illi magis arma quàm leges tractent; e hi verò propter imbecillitatem iudicij, veniâ digni ſint. f Adde, & ignorantiam iuris in compendiis tunc demùm obeſſe, ſi ignorans Iuriſconſulti copiam habuerit, quem potuerit conſulere; vel ſuâ prudentiâ ita inſtructus fuerit, vt facilè ſcire potuerit, ignorantiam iuris ſibi de-

z *l. nam hoc natura. 14. ff. de cōdict. indeb.*

a *per text. in l. ſi veritas. 23. C. de fideicommiſſ. & in l. non dubium. 16. C. de teſtam.*

b *vide Bart. ad locū quis 10. C. de iur. & fa. ignor.*

c *§. ſi Inſtit. de obligatio. quæ ex quaſi cont. l. 4. C. de cōdict. indeb. l. 4. C. de lege Aquil. adde ib. Dd.*

d *l. regula 9. §. 1. ff. de iur. & fa. ignor.*

e *l. fi. C. de iur. delib.* f *l. quãuis. 11. C. de iur. & fa. igno.*

trimento futuram. *g* quæ inſignis hac in re limitatio eſt.

g *d.l.regula.§.ſed iuris.in bonor.10.ff.de bono.poſſeſ.*

Cæterùm quæſitum eſt, an iuris ignorantia in delictis excuſet? In quo certè prædicta Papiniani moderatio de damno & de compendio adhiberi non poteſt. Verius tamen eſt; delinquentem excuſare, ſaltem vt mitiùs puniatur. *h*

h *per text.§.ita tamen. Inſt.de vi bon.raptor.l quæ adulterium.38.§.1.in verſ. nam.ſi ſola.ff.ad l.Iul.de adult.l.Diuus.15.§.pen.ff.ad l.Cornel.de falſ.*

Quia error iuris dolum non continet; *i* qui in delictis, precipuè publicis, ſpectatur: *k* dum tamen delictum non ſit contra ius naturale, vel rationem iuris naturalis; *l* aut cõtra ius ciuile notorium & indubitatum; de quibus fuſiùs apud Andream Tiraquellũ. *m*

i *l.igitur.1. verſ.& generaliter. ff. de liberali cauſa.*

k *l.pen.ff.de leg.Iul.de adult.cum iurib.in gloſ. alleg.*
l *d.l.quæ adulterium.§.1.& l.2. C. de in ius voc.* m *in Tractat.de pœnis.cauſa 11.*

Quocirca non obſtat text. in l.qui commeatum.14.in fin.ff.de re milit. vbi propter ignorata iura tyroni parcitur.

Vtrùm verò contra ius delinquens peccet in foro animæ, alij cõſulantur. *n* Quamuis alicui fortaſsè videri poſſet, eum qui contra ius ciuile facit, nullam noxam contrahere, dummodò contemptus & ſcandalum abſint; ex eo, quòd alienatio rei do-

n *Nauar. fusè in Manuali cap. 23. nu.44. cum ſequentib. Syluester in ſumma, in verb. ignorantia.*

talis & renunciatio hæreditatis, alioquin à iure ciuili improbatæ, iuramento confirmentur.*o* At verò rei turpi, vt eſt peccatum, iuramentum accedere non poteſt, propter iuris regulam: *Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum.*p Verùm hæc ſententia D. Thomæ cæteriſque Theologis non probatur. *q*

o *cùm contingat.* 28. *extra de iureiurando. c.* 2. *de pactis in* 6. p *c. non eſt obligatorium infrà eod.* q *D. Tho.*1.2.*q.*69.*ar.*4. *& Gregor. de Valentia tom.*2. *diſput.*7.*q.*6.*puncto* 6. *Vbi ex communi Catholicorum ſententia contrarium tradunt.*

## REGVLA XIV.

*Cùm quis in ius ſuccedit alterius, iuſtam ignorantiæ cauſam cenſetur habere.*

SImilis ferè regula extat in ff. hoc titul. in l. qui in alterius. Si enim alieni facti ignorantia iuſta eſt, vti ſuprà ad præcedentem regulam diximus; ergò & eius, in cuius hæreditatem vel locum ſucceditur; nam & huius factum alienum eſt. Quò fit, vt hæres vel alius ſucceſſor cogi non poſſit iurare de facto defuncti vel alterius propter iuſtam ignorantiæ cauſam.*a* Niſi vbi quis tanquam teſtis alieni facti adhibetur; quia tamen ſpecie, non tam de facto alieno, quàm de proprio, iuratus deponit; quòd, ſcilicet, vel viderit, vel audierit, vel alio corporis ſenſu defuncti factum vel alterius perceperit.*b* Atque

a *l. Marcellus.*11.*§.*1.*ff. rerũ amot. l. videamus* 4. *in princ. ff. de in litem iurando.*
b *l. fin. C. de fideicõmiſſis.*

que idcircò ad præſenté regulam hoc modo pertinet. Neque his obſtat regula: Is qui in ius. infrà eodem. Nam illa non de facto (de quo hîc agitur) ſed de iure defuncti loquitur.

## REGVLA XV.

*Odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari.*

ODia fauoribus opponuntur: qualia ſunt, quæ iuri communi derogant, vel alteri præiudicium adferunt. Iuri communi: vt ſunt ſtatuta illi contraria. Cùm enim ius commune ideò fauorabile ſit, quòd publicæ tranquillitatis cauſa in commune ſit cõſtitutum; neceſſe eſt, vt ſtatuta, quæ huic aduerſantur, ſtrictè accipienda ſint, & redigenda, quantum fieri poteſt, ad ius commune. *a* Nam & ſi quid in ſtatutis deſideratur, à iure communi ſuppleri ſolet. *b* Idem eſt in diſpenſationibus, quæ & odioſæ ſunt, quòd aduersùs ius commune concedantur; ac proinde ſtrictam quoque interpretationem recipiunt. *c* Quâ ratione & decimæ in feudum olim laicis conceſſę, ad decimas noualium non producuntur. *d* Quippe iuri cõmuni aduerſum eſt, vt laici decimas poſſideant. *e* Similiter omnia priuilegia & reſcripta odioſa dicuntur, quæ tendunt in præiudicium

a *c. cùm dilectus. 8. circa fin. ext. de conſuetud.*

b *per tex. in l. 2. C. de noxal. actio.*

c *c. per text. in c. 1. c. 2. de filiis preſbyt. in 6. c. 3. ext. de conſang. & affin.*

d *c. tua. 25. §. fin. ext. de decimis.*

e *c. cauſam 7. ext. de præſcriptio. cap. prohibemus. ¶. ext. de decimis.*

dicium alterius,atque idcircò hoc ſenſu accipienda ſunt, vt quàm minimum alteri noceant. *f* Neque mouet SC. Macedonian. quod licèt odioſum ſit,& tantum de numerata pecunia loquatur; interpretatione tamen iuris porrigitur ad frumentum, vinum & oleum, mutuò datum filiofam. *g* Quia id accidit,ne fraus fiat S.C. Macedoniano; facilè enim creditores hac arte eludere poſſent SC. auctoritatem, ſubmittendo huiuſmodi merces, quæ poſteà à filiofamiliàs redigerentur in pecuniam numeratam; ſic ſine effectu eſſet SC. Macedonianum. Adde quæ de pœnis dicam ad cap. in pœnis. infrà eodem. Atque hæc de odioſis.

*f c. quamuis 8. de reſcrip. in 6. l. 2. ſi quis à Principe. ff. Ne quid in loco pub. l. reſcripta. 7. C. de precib. Imp. offerend.*

*g l. item. §. mutui. ff. de SC. Maced.*

Quæ autem fauorabilia ſunt, interpretatione iuuantur & extenduntur; vt ſunt beneficia Principis, quæ, vt inquit Iauolenus, quàm pleniſſimè interpretari debemus. *h* Quò fit,vt ſi cui tempore interdicti permiſſum eſt celebrare vel audire diuina officia, idem permiſſum intelligatur & eius domeſticis; *i* & conſenſio decimarum alicuius parochiæ,comprehendat etiam noualium decimas. *k* Et ſic de cæteris beneficiis Principis; quatenus ſcilicet concernunt ius Principis concedentis: nam quoad ius tertij, ſtrictiſſimè accipienda ſunt;cùm huius proſpectu beneficia odioſa ſint. Semper enim illud in beneficiis Principum tacitè ineſt,

*h l. 3. ff. de cõſtit. Princ. & tex. in cap. olim. 16. ext. de verb. ſignif. in ca. cum dilect. 6. in fin. ext. de donatio.*

*i c. licet. 11. de priuil. lib. 6.*

*k c. ex parte 27. ext de decimis.*

vt

vt ita proſint, dummodò aliis non noceant; vt iam antè declarauimus. Vbi tamen beneficia Principum ambitioſa ſunt, etiamſi alteri non noceant, nihilominùs receptum eſt, vt in his interpretatio adhibeatur, in odium impetrantis; veluti; ſi cui prouideri mandatum eſt de beneficio Eccleſiaſtico. Nam huic de penſione prouideri non poterit. *l* Et impetratio beneficij Eccleſiaſtici, ſuppreſſo alio quod poſſidetur ab impetrante, nullius momenti eſt; niſi fortè motu proprio diſertè emiſſa eſſet. *m*

*l c.4. de præbend.lib.6.*

*m c. ſi motu 23. de præbend.lib.6.*

## REGVLA XVI.

### *Decet conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurum.*

QVod beneficium ſit, per ſe planum eſt: modò hic meminerimus beneficij nomine & priuilegium contineri. *a* Videtur hæc regula deſumpta ex c. ſi cui 36. de præbend. lib.6. ex c.1. in princ. de priuileg. eod lib. Atq; adeò obtinet; vt etiam per generalem legem poſteà latam, *b* aut per coceſſionem generaliter vel ſpecialiter factam: *c* nihilò magis beneficio derogetur. Quia non præſumitur Princeps ius alteri conceſſum auferre velle, niſi id expreſsè conteſtetur. *d*

*a per text. l.3. ff. de constitut. Princip. in l. ex facto. 43. circa princ. ff. de vulg. & pup.* b *l. 3. C. de ſilentiariis, & decurio.* c *text. optimus in c. ſi propter. 10. de reſcrip. lib.6. c. veniens. 19. ext. de præſcript.* d *c quamuis 8. de reſcript. in 6.*

Sed an rectè à Principe expreſſis verbis priuilegium reuocari poſſit, dubitationis eſt. Et licèt ſint qui diſtinguant priuilegium conceſſum ſubdito, ab eo quod non ſubdito conceſſum eſt, quòd illud regulariter reuocari poſſit; hoc verò minimè. *e* Mihi tamen probabilius videtur, Principem beneficium à ſe ſemel datum, etiã ſubdito ſuo, reuocare non poſſe: quippe Princeps ex conſenſu ſuo non minùs obligatur, quàm priuatus, propter naturalem æquitatem, quæ dictat, ea, quæ ſemel placuerunt, ſeruanda eſſe. *f* At quis dubitat, naturali æquitati ſubiectum eſſe Principem? Quâ ratione non abſurdè dicitur, Principem, etiamſi ob ſummam eius auctoritatem legibus abſolutus ſit; tamen ideò legibus alligatum eſſe, quòd ſe ſpontè legibus ſubiecerit. *g*

*e And. Gail li.2.obſ.6.in fin. D.d Peckius hic quẽ vide. & Feli. ad c. nouit. n.7.cũ ſeqq ff. de iudic. f l.1.in prin. ff. de pact.*

Nihilominùs dubitandum non eſt, quin Princeps ex cauſa poſſit ſe eximere legibus; cùm & ex cauſa poſſit condere nouam legem; item priuilegium ex cauſa poſſe alteri auferre; puta, ſi priuilegiatus abutatur priuilegio; *h* vel in Principem ingratus ſit, *i* vel aliis ſcandalo, propter priuilegium; *k* vel ſi Reipubl. vtilius ſit ceſſare priuilegium, aut potiùs in alium transferri. *l*

*g per tex. in l. digna vox 4. C. de legi. l.3. C. de teſtam. iuncta l. eſt receptũ. 14. ff. iuriſd. om. iud. h c. priuilegia.11. q.3. cap. tuarũ. 11. ext. de priuil. c. contingit 45. ext. de ſent. excom. i ex l fin. cap. de reuoc. donatio. Vide Feli. ad c.1. nu.6. ext. de probatio. ad ca. nouit. ext. de iud. k c. ſuggeſtum 9. ext. de decimis. l. arg. l. item ſi verberatũ 15. §.2. ff. de rei vind. l. Lucius 11 ff. de euictio. 2. & l.3. Cod. quibus ex cauſis ſeruit.*

RE-

## REGVLA XVII.

*Indultum à iure beneficium non eſt alicui auferendum.*

HÆc regula ſuperiori non valde diſſimilis eſt, huc coniecta ex c.commiſſa. 15.de electio. lib.6.ex c.penult. & vlt. ext.de ſecund.nupt.Eundem enim effectum beneficium habet ſiue à Principe, ſiue à iure (cuius auctor Princeps eſt *a* ) conceſſum ſit. Et ſicut Princeps interdùm ex cauſa beneficiũ ſuum reuocat, prout præcedenti regula dictum eſt; ita & iuris beneficium nonnunquam aufert, nonnunquam moderatur, vti videre eſt in beneficiis SC. Macedoniani & Velleiani; quæ licèt iuris beneficia ſint, multis tamen caſibus reſtringuntur, ex cauſa. *b* Nunquam tamen Iudex poteſt iuris beneficium alteri auferre aut denegare; cùm hic iuris miniſter ſit, & à præſcripto iuris eum recedere non oporteat: *c* niſi quatenus lex ipſi permittit. *d*

a *l.fin.C.de legib.* b *l.2.l.5.C.ad SC.Macedo.l.fœminis.*8.*l.ſi mulier* 22*.cum legib.ſeq.C.ad SC.Velleian.* c *l.nemo* 13*.de ſent.& interloc.l.fi.in fi.C.ſi contra ius vel vtil.c.*1*.ext.de ſent.& re iud.* d. *vt in l.3.l.4.§.ſi quis condemnatus.ff.de re iudic.*

## REGVLA XVIII.

*Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit.*

COnuenit cum l. quod initio 29. ff. hoc eod. tit. Extant huius regulæ exempla in c. ſi eo. 9. ext. de reſcrip. lib. 6. in c. licet. 14. de ſent. excom. eod. lib. 6. Eiuſque vſus latiſſimè patet. Nam non ſolùm locum habet in vltimis voluntatibus, *a* verùm etiam in contractibus, *b* in iudiciis, *c* in reſcriptis Principum; *d* cæteriſque actionibus: cùm id, quod vitioſum eſt, id eſt, perperam factum, pro infecto habeatur, iuris interpretatione. *e* Vnde impoſſibile eſt, ex eo vllum effectum ſubſequi, etiã accedente diuturnitate temporis; quippe tempus non eſt modus inducendæ vel tollendæ obligationis. *f* Quò accidit vt & ſponſalia à minoribus ſeptennio, vel matrimonium ab impuberibus contractum, tractu temporis non conualeſcant: eò quòd inutiliter ea ætatate cõtrahantur. *g* Niſi fortaſsè ſuperueniente legitimâ ætate, per nouũ conſenſum ſponſalia vel matrimoniũ confirmentur expreſsè vel tacitè: *h* vel niſi ratihabitione meâ, quod malè ab alio geſtũ eſt, à me comprobetur. *i* Verùm hæc nouo conſenſu, non tractu temporis firmantur.

a *l. pen ff. eo. §. prætereà. Inſt. quibus non eſt permiſſ. fac. teſt. cum ſimul.*
b *l. inter ſtipulantẽ. 83. §. ſacram. ff. de verb. oblig. l. à mari. 18. C. de donat. inter vir. & vxor.*
c *cap. 1. ext. de ſen. & re iud. l. ſi expreſſim. 19. Dig. de appellatio.*
d *c. 1. de reſcript. lib. 6.* e *l. quoties. 6. Dig. qui ſatiſd. coguntur. c. quæ contra inſ. hoc tit.* f *l. obligationum ſore 43. §. placet. Dig. de oblig. & act* g *ca. 1. de deſponſ. impub. li. 6.* h *d. ca. 1.* i *de quo ad c. ratũ cum c. ſeq. infr. eo.*

His

His obiicitur text.in l.penul. & vlt. C. Si maior. fact.alien. & in l.vnica. C.de contractib. iud. Quibus locis alienatio inutilis, temporis curſu confirmari videtur. Sed reſpondetur; alienationem illis textibus, non tam curſu temporis, quàm tacito conſenſu ipſius domini, qui ex lapſu tanti temporis præſumitur, confirmari. Nam & idem euenit in vſucapione rei alienæ, cuius dominiũ, ſi res mobilis ſit, triennio: ſi immobilis, longo tempore adquiritur: k *Vix eſt enim*, inquit Paulus, *vt non videatur alienare, qui patitur vſucapi.* l

k *Tit.Inſt. de vſucap.*
l *alienation. 28.Dig.de verb.ſignif.*

## REGVLA XIX.

*Non eſt ſine culpa qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet.*

ET hæc regula conuenit cum l. culpa. ff. hoc tit.& huc traducta videtur ex c.tua, 19. ext.de homicid. Quò pertinere arbitror etiã eum, qui artẽ, quam ignorat, cum damno alterius profitetur. *a* Neq; obſtat Tit. ff. & C.de neg.geſt. Nam quòd abſentis negotia ab aliis rectè gerantur; id propter vtilitatẽ abſentium receptũ eſt: cùm beneficio affici hominẽ, interſit hominis. *b* Quare neq; negotiorum geſtori aliter competit actio ad repetendos ſumptus, quàm ſi vtiliter negotium geſſerit. *c* Vt tamen quis prohibente

a *l.idẽ iuris. 8. §.mulion. cum l. ſequ. Dig.ad leg. Aquil.l.illicitas.6.§.ſicuti. Dig.de off. præſi.*

b *l.ſeruus.7.in fin. Dig. de ſeruis export.* c *l.ſed an vltro.10. Dig.de negot.geſt.*

Domi-

Domino negotia eius geſſit; ſumptus factos non repetit. *d* Eſtque hoc caſu huic regulæ locus.

d *l.fin.C.de negot. geſt.*

## REGVLA XX.

*Nullus pluribus vti defenſionibus prohibetur.*

SImilis iuris ciuilis regula eſt: *Nemo ex his, qui negant ſe debere, prohibetur etiã alia defenſione vti; niſi lex impediat.* a Vt ecce debitor, qui ex delatione creditoris iurauit ſe nihil debere, & exceptione iuriſiurandi vſus eſt, non tamen eam probauit, poteſt relicta ea ad exceptionem pacti conuenti, tranſactionis, ſolutionis, rei iudicatæ confugere, vel etiam ſimul eas proponere; *Pluribus enim defenſionibus,* inquit Paulus, *vti permittitur,* b etiãſi exceptiones inter ſe contrariæ ſint. *c* Eoque accidit, vt is, qui hominem à ſe occiſum negauit, poſſit de eo conuictus, recurrere ad hanc exceptionẽ, quòd ob tutelam corporis ſui eum occiderit. *d* Ad probandum tamen exceptiones contrarias ſimul, reus minimè admitti debet (quia hoc impoſſibile foret) ſed ſucceſſiuè. Cæterùm hæc clauſula, *Niſi lex impediat*, adiecta regulæ iuris ciuilis, huc transferenda vel potiùs ſubaudienda eſt, vt perdat officium ſuum, & hæc regula iis caſi-

a *l. nemo ex his 43.ff.hoc tit.*

b *l.is qui 5.ff.de except.* c *l.nemo prohibetur 8.ff.d.tit. de except.* d *Decius ad c.paſtoralis. n.15.ext.de excep.*

bus

bus quibus iure cautum eſt, ne alia exceptio obiiciatur, qui recenſentur hîc in gloſſa, & ad d. l. nemo ex iis. Diuerſum obtinet in actore, cui vnam tantùm actionem vnius rei nomine intentare licet; *e* in qua & ad finem vſque perſiſtere debet. *f* Cuius diuerſitatis hæc ratio eſt: quòd in actoris poteſtate ſit, quando & quâ actione experiri velit, quíve ius ſuum ante diligenter explorare poſſit. Quod non æquè in reo eſt, qui ſæpè imparatus ad iudicium prouocatur: vnde benigniùs cum reo, quàm cum actore agitur. *g*

Nec monet textus in cap. veniens. 19. ext. de præſcriptio. Nam quòd ibi exceptio præſcriptionis poſt exceptionē priuilegij priùs obiectam, non admittatur; hoc ideò accidit, quòd præſcriptioni per impetrationem priuilegij renunciatum præſumatur; fruſtrà igitur præſcriptionis exceptio obtenditur; alioqui abſurdum non eſt, exceptiones priuilegij & præſcriptionis ſimul, vel ſeparatim poſſe obiici. *h*

e *d. l. nemo ex iis. §. 1. vide latiùs Pet. Coſta. ad l. quod in hærede. §. eligere. ff de tribut. act.* f *auth. qui ſemel. C. Quomodo & quando iudex.* g *l. qui in alterius. 42. ff. hoc tit. l. purè. 5. §. fin. ff. de doli mal. & met. except.* h *c. cùm perſonæ. 7. de priuileg. lib. 6. c. auditis. 15. ext. de præſcriptio.*

RE-

## REGVLA XXI.

*Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.*

HÆc regula mutationem voluntatis deteſtatur. Eruta videtur ex cap. nulli 8. de electio. lib. 6. ex cap. per tuas. 10. ext. de probatio. aliiſque locis. Præcipuus eius vſus eſt in contractibus & cæteris conuentionibus; a *Quid enim tam congruum humanæ fidei, quàm ea ſeruare, quæ inter eos placuerit?* b *Et graue eſt fidem fallere*; inquit Vlpianus. c Huc ſpectat iuris regula; *Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum.* d

a *l. ſicut. 5. C. de oblig. & actio. l. 1. ff. de pact. c. 1. c. 3. ext. de pact.*
b *d. l. 1. in princ.*
c *in l. nemo poteſt. in princ. ff. de conſt. pecu.*

Variè autem attemperatur hæc regula: Inprimis locum non habet, vbi vtriuſque partis conſenſu à placito diſceſſum eſt; *e* excepto matrimonio, quod ſemel cõtractum, mutuo conſenſu coniugum non diſſoluitur. *f* Deinde ceſſat in contractibus innominatis, in quibus ante impletionem pœnitentia etiam vnius admittitur, *g* eò quòd horum vſus in commerciis hominum non tam frequens & neceſſarius ſit, quàm contractuum nominatorum, in quibus pœnitentiæ alterius locus non eſt, *h* præter de-

d *c. mutare. infr. eod. l. mutare. ff. eod. tit.* e *l. nihil tã naturale. ff. hoc tit. §. fin. Inſt. Quibus mod. toll. oblig. c. 2. ext. de ſponſal.* f *c. 1. c. 4. ext. de conuerſ. coniug. cum ſimul.* g *per text. in l. ſi pecuniam. 5. ff. de condict. cauſa data.* h *d. l. ſicut l. ratas. 7. C. de reſcind. vend.*

poſitum

poſitum, *i* mandatum, *k* ſocietatem; *l* in quibus, licèt contractus nominati ſint, tamen pœnitentia admittitur, re adhuc integrâ, id eſt, antequàm alterius intereſſe cœperit. *m* Tertiò, locum non habet in ſponſalibus, vbi in diſſentiente cauſa ſubeſt, aut nolit omninò conſentire in matrimonium, cùm coactæ nuptiæ ſoleant habere difficiles exitus. *n* Quartò, neque in vltimis voluntatibus: quia hæ ambulatoriæ ſunt ad vitæ ſupremum exitum; *o* adeò quòd teſtator ſibi legem iniicere non poſſit, ne à priore voluntate ſibi recedere non liceat. *p* Illud ſingulari iure receptum eſt in ſuo hærede, vt is recuſationem hæreditatis paternæ reuocare poſſit intra triennium; dummodò res hæreditariæ alienatæ non fuerint; *q* idque propter reliquias illius iuris, quo ſtatim à morte ipſius patris defuncti, hæres fuerat; *r* item in Iudice, qui & ſententiam ſuam interlocutoriam reuocare poteſt, *s* cùm per interlocutionem ſuam non deſinat eſſe Iudex in eodem negotio.

i *l.1.§.eſt autẽ.ff.depoſ.* k *§.mandatum.Inſt.de mandato.* l *§.manet. Inſt. de ſocietate.* m *d. iurib.* n *Vide Summam, Titul.de ſponſal.* o *l.4 in fi.ff.de anim.& transfer.leg.l.cùm hic 32.§.ait oratio.ff.de donat.inter vir.& vxor.* p *l.ſi quis.22.in princ.ff.de leg.* q *l.in fin.C.de repud.vel abſtin.hæred.* r *§.ſui Inſt.de hæred.qual.& dif. l.in ſuis.ff.de li.& poſthum.* s *l.quod iuſſit 14.ff.de re re iudic. c.cũ ceſſante.60.ext.de app.*

# REGULA XXII.

*Non debet aliquis alterius odio prægrauari.*

EXempla huius regulæ require ex c. vnico.de iniuriis libr.6.in cap. nobis 27. in c.ſicut.33. ext.de ſimonia.in ca. ſi compromiſſarius 37. §. porrò.de electio. lib.6. Huius regulæ æquitate nititur Tit. C. Ne vxor pro marito.cum tit. ſeq. & illa iuris regula: *Delictum perſonæ non debet in detrimentum Eccleſiæ redundare.*a Hinc in feudo Eccleſiaſtico receptum eſt,nè propter culpam Prelati vaſalli,feudum committatur niſi quoad vitam ipſius Prælati; poſteà enim ſucceſſori eius feudum reſtituendum eſt. *b* Facit pro hac regula, textus elegans in l. ſancimus. 22. C. de pœnis. in l.crimen.26. ff.eod. tit. de pœnis. Quæ enim iuſtitia eſt,quod innocentiæ præſidium, ſi alius ex facto alterius conueniatur vel puniatur? Exiſtunt tamen caſus, quibus ob cauſam ab hac regula receditur; veluti in crimine læſæ maieſtatis tam humanæ, *c* quàm diuinæ, in quo & filij, etiam innocentes,propter delictũ patris puniuntur. *d* Item propter incõtinentiæ vitium parentũ arcentur filij ab ordinibus Eccleſiaſticis: *e* cùm in filiis paterni, hoc eſt, hæreditarij crimi-

a *c.delictũ. infr. eod.*

b *c.1.in fi.de capit.Corrardi. infe.*

c *l. quiſquis 5.C.ad leg. Iul.maieſt.*

d *auth. Gazaros.C.de hæred. c. vergẽtis.10. ext. de hæret. c.ſtatutum.15.de hæret. lib.6.*

e *tit. ext. & in 6. de filiis preſbyt.*

criminis exempla metuantur. *f* Et ſic hæc regula ex alia iuris regula attemperatur: *Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.* g Vide fuſiùs D. Peckium. *h*

f *d.l.quiſquis.§.filij.* g *c.ſine culpa.infr.h.titul.* h *ad præſentem regulam.*

## REGVLA XXIII.

### *Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.*

HÆc regula ſimul & exceptionem continet: generaliter enim tradit, nemine ſine culpa ſua puniendum eſſe; quod & confirmant textus in c.2.ext.de conſtitutio. in c. 2.ext.de his quæ fiunt à maio.part. & in c.5. §. fin. de ſent.excom. lib. 6. & quæ ad ſuperiorem regulam diximus.

Exceptio eſt, *niſi ſubſit cauſa*, quæ innoxium puniendum ſuadeat, ſicut de filiis reorum Maieſtatis & Clericorum iam antè meminimus. Quibus addere licet receptos in Monaſterium vel ad beneficium Eccleſiaſticum per ſimoniam: qui licèt ignorantes, aliorum vitio admiſſi ſint; nihilominùs in his & ſimonię ſcelus vindicatur, in maiorem deteſtationem eius. *a* Item, ſacerdotem leprâ diuinitùs percuſſum; qui & ſine culpa ſua ab Eccleſiæ adminiſtratione remouetur, ſed non ſine cauſa, videlicet, propter horrorem & ſcandalum populi. *b* His igitur caſibus pœna quidem in innocentes porrigitur,

a *c. de regularibus.5. cũ c.ſeq. ext.de ſimonia.c. quicunque.* 1.q.5.
b *c.4. ext de clerico ægro.*

tur, ſed non ſine cauſa. Quò ſpectat quod apud ſacros Canones receptiſſimum eſt, quod abſente altero coniuge, vel adultero, vel in furorem aliámve infirmitatem acto; nihilominùs alteri abſtinendum ſit ab aliis nuptiis. Cauſa enim & hîc ſubeſt, videlicet; prioris matrimonij nexus indiſſolubilis. *c*

c *c.hi qui cum 3.c.ſeq.32.q.7.cap.fin.§.ſi autem de carnali.in fin.& ibi gloſſa ext.Vt lite non conteſtata.*

## REGVLA XXIV.

*Quod quis mandato facit Iudicis, dolo facere non videtur, cùm habeat parere neceße.*

EAdem regula iiſdem ferè verbis prodita eſt à Paulo I C. in l.non videntur. §.1.ff. eodem titulo. Contrà verò inquit alia iuris regula: *Non poteſt dolo carere, qui imperio Magiſtratus non paruit.* a Exemplum regulæ noſtræ adferri poteſt ex c.ſi clericos.15.de ſent. excomm.lib.6.& quod magis regulam illuſtrat ex c.paſtoralis.28.§.quia verò ſæpè ext. de offic.& pot.iud.deleg. Vbi ordinarius Iudex iuſſus à delegato Iudice tenetur eius ſententiam exequi, licèt ſciat eam eſſe iniuſtam: quia neceſſe habet parere. *b* Sic & debitor compulſus à Iudice, vt minori abſque curatoris auctoritate ſoluat excuſatur; adeò vt ne quidem aduersùs hanc ſolutioné mi-

a *l.non poteſt dolo ff. eod.*

b *facit & text.in l.ſi prætor.75.in princ.ff.de iud.*

nor

nor reſtitutionem petere poſſit. *c* Imò potiùs in dolo eſſe præſumitur, qui mandatum Iudicis nõ exequitur, iuxta alteram iuris regulam, *Non poteſt*, iam antè citatam. Quæ tamen ita exaudienda eſt, niſi iuſta cauſa ſit nõ parendi Iudici; puta, ſi iuberet Iudex contra diuinum præceptum: *Obedire enim oportet Deo magis quàm hominibus*; *d* aut ſi contra conſcientiam; *e. quicquid enim fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam. f* Aut ſi contra expreſſum ius mandat; cùm Iudicis factum iuri derogare non poſſit; *g* aut quod ad officium eius non pertinet; nam *factum à Iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non eſt*; h aut quòd iuriſdictionis ſuæ limitibus non continetur; *Extra enim territorium ius dicenti impunè non paretur: idem eſt, & ſi ſupra iuriſdictionem ſuam velit ius dicere.* i His certè caſibus mandatum Iudicis rectè negligitur: *k* alioqui ei parendum eſt, propter publicam auctoritatem. *l*

c *l. ait prætor. 7. §. permittitur. ff. de minoribus.* d *c ſi dominus. c. Iulianus. & c. qui reſiſt. 11. q. 3.* e *c. inquiſitioni. 44. ext. de ſent. excomm. adhibita ibid. diſtinctione & c. quid culpatur. 23. circa med. ext. de reſtit. ſpoliator l.* g *1. in fin. princ. ff. de feriis. l. nemo. 13. C. de ſent. interlocut.* h *inquit Paulus in l. factum à Iudice. 170. ff. hoc tit. cap. 11. quæ fiunt. infrà eod.* i *idem Paulus in l. fin. ff. de iuriſd. om. iud.* k *iuxta alleg. iura.* l *c. 2. c. 4 c. 5. c. 6. ext. de maiore & obed.*

tur, ſed non ſine cauſa. Quò ſpectat quod apud ſacros Canones receptiſſimum eſt, quod abſente altero coniuge, vel adultero, vel in furorem aliámve infirmitatem acto; nihilominùs alteri abſtinendum ſit ab aliis nuptiis. Cauſa enim & hîc ſubeſt, videlicet; prioris matrimonij nexus indiſſolubilis. c

c *c.hi qui cum 3.c.ſeq.32.q.7.cap.fin.§.ſi autem de carnali.in fin.& ibi gloſſa ext.Vt lite non conteſtata.*

## REGVLA XXIV.

*Quod quis mandato facit Iudicis, dolo facere non videtur, cùm habeat parere neceſſe.*

EAdem regula iiſdem ferè verbis prodita eſt à Paulo I C. in l.non videntur. §.1.ff. eodem titulo. Contrà verò inquit alia iuris regula: *Non poteſt dolo carere, qui imperio Magiſtratus non paruit.* a Exemplum regulæ noſtræ adferri poteſt ex c.ſi clericos.15.de ſent. excomm.lib.6. & quod magis regulam illuſtrat ex c.paſtoralis.28.§.quia verò ſæpè ext. de offic.& pot.iud.deleg. Vbi ordinarius Iudex iuſſus à delegato Iudice tenetur eius ſententiam exequi, licèt ſciat eam eſſe iniuſtam: quia neceſſe habet parere. b Sic & debitor compulſus à Iudice, vt minori abſque curatoris auctoritate ſoluat excuſatur; adeò vt ne quidem aduersùs hanc ſolutioné mi-

a *l.non poteſt dolo ff. eod.*

b *facit & text.in l.ſi prætor.75.in princ.ff.de iud.*

nor

nor reſtitutionem petere poſſit. *c* Imò potiùs in dolo eſſe præſumitur, qui mandatum Iudicis nõ exequitur, iuxta alteram iuris regulam, *Non poteſt*, iam antè citatam. Quæ tamen ita exaudienda eſt, niſi iuſta cauſa ſit nõ parendi Iudici; puta, ſi iuberet Iudex contra diuinum præceptum: *Obedire enim oportet Deo magis quàm hominibus*; *d* aut ſi contra conſcientiam; *e. quicquid enim fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam.* *f* Aut ſi contra expreſſum ius mandat; cùm Iudicis factum iuri derogare non poſſit; *g* aut quod ad officium eius non pertinet; nam *factum à Iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non eſt*; h aut quòd iuriſdictionis ſuæ limitibus non continetur; *Extra enim territorium ius dicenti impunè non paretur: idem eſt, & ſi ſupra iuriſdictionem ſuam velit ius dicere.* i His certè caſibus mandatum Iudicis rectè negligitur: *k* alioqui ei parendum eſt, propter publicam auctoritatem. *l*

c *l. ait prætor. 7. §. permittitur. ff. de minoribus.* d *c ſi dominus. c. Iulianus. & c. qui reſiſt. 11. q. 3.* e *c. inquiſitioni. 44. ext. de ſent. excomm. adhibita ibid. diſtinctione & c. quid culpatur. 23. circa med. ext. de reſtit. ſpoliator l.* g *1. in fin. princ. ff. de feriis. l. nemo. 13. C. de ſent. interlocut.* h *inquit Paulus in l. factum à Iudice. 170. ff. hoc tit. cap. 11. quæ fiunt. infrà eod.* i *idem Paulus in l. fin. ff. de iuriſd. om. iud.* k *iuxta alleg. ſupra.* l *c. 2. c. 4 c. 5. c. 6. ext. de maiore & obed.*

## REGVLA XXV.

*Mora ſua cuilibet eſt nociua.*

COncordat Iuris Ciuilis regula in l. in condemnatione. §. vnicuique. ff. eodem tit. Exempla extant in c. vnico. ext. de commod. in. c. 2. ext. de depoſ. quibus locis commodatario & depoſitario mora ſua nocet. Quando autem mora committatur, anxiè à DD. diſquiritur. Nobis autem ſufficiat tunc moram cōmitti, quando quis interpellatus oportuno loco non ſoluit; vt tamen illud apud Iudicē examinetur, *a* qui & eius rationem habiturus eſt, an interpellatus poſteà ſui copiam fecerit, & creditor inſtantiam omiſerit, & minimè in propoſito perſeuerauerit. Nam omiſsâ inſtantiâ creditor cenſetur à priore interpellatione receſſiſſe. *b* Sicut & ſi debitore offerente debitum, recuſet creditor recipere. Nam & hac ratione mora prior, ſi qua fuit, ipſius debitoris, purgatur per moram ſubſequentem creditoris. *c* Et hanc moram, quæ ex perſona ſumitur, regularem Interpretes appellant; ad differentiam alterius moræ, quæ re ipsâ contrahitur abſq; aliqua denunciatione creditoris; vt in fure & raptore, qui à tempore delicti ſemper in mora eſſe cenſentur. *d* Item in debitore minoris 25. annis, qui & abſque interpellatio-

a *l. mora. 32. in princ. Digeſt. de vſur.*

b *iuxta d. l. mora, in fi. princ.*

c *l. illud. 17. Dig. de periculo & com. rei vend.*

d *l. 1. C. de his qui vi metúſve cauſa. l. fi. ff. de cōdict. furt. l. 1. §. rectiſſimè. & l. penul. Dig. de vi & vi arm.*

ne

ne in mora conſtituitur; videlicet, in contractibus bonæ fidei, in fideicommiſſis & in legatis; *e* idque in fauorem minoris ætatis. Item in emptore, qui è re empta & tradita ſibi fructus percepit, nondum pretio à ſe ſoluto; nam propter fructus à ſe perceptos, tenetur venditori in id, quanti eius intereſt. *f* Hanc itaq; moram, quæ re ipsâ fit, irregularé Interpretes vocant; cùm regulariter mora non niſi per interpellationem cõmittatur. *g*

e *l.3.Cod.in quib.cauſ.in integ.reſtit non eſt neceſſ.* f *l. curabit.§.C.de actio.empt.* g *d.l.mora.in princ.*

Obſeruandum tamen in cõtractibus, vbi certus dies à contrahentibus, *h* vel ab ipſa lege adiicitur, *i* moram ſtatim per lapſum diei contrahi: diuerſum eſt in obligationibus puris (de quibus iam antè dictum eſt) & in conditionalibus; in quibus euentus conditionis non interpellat, neque in mora conſtituit debitorem: cùm æquum non ſit, vt quo die obligatio creatur, eodem quoque mora contrahatur. *k* Neque mouet, quod mora ipſius rei etiam fideiuſſori noceat, qui alioqui in mora non eſt. *l* Quia id acceſſoriè fit, propter obligationem ipſius rei; quam in ſe quodammodò recipit fideiuſſor: *Acceſſorium naturam ſequi congruit principalis.* m

h *l.magna.12.C.de contrah.ſtipul.l.4.§.fin.Digeſt.de leg. com.* i *c.ſi.ext locatio.l.2.C.de iure Emphyt.* k *ex l.quod dicimus. Dig.vide Coſtal.ad l.pecunia.§.vſurariũ.ff.de vſur.* l *l.mora. 88.ff.de verb.oblig.* m *c.acceſſorium.infra eodem.*

## REGVLA XXVI.

*Ea quæ fiunt à Iudice, ſi ad eius non ſpectant officium, viribus non ſubſiſtunt.*

*a ad c. quod quis mandato.*

Vide quæ ſuprà diximus. *a*

## REGVLA XXVII.

*Scienti & conſentienti non fit iniuria, neq; dolus.*

COnuenit cum regula iuris Ciuilis in l. nemo videtur fraudare. ff. eod. Rectè inquit, *ſcienti & conſentienti*, copulatiuè. Nec enim huic regulæ locus eſt, niſi hæc duo ſimul coniungantur; quia quandoque ſcienti iniuria fit, ſed non conſentienti, quia reclamat, vel non audet contradicere aduerſario, propter metum vel verecundiam; *a* quandoque fit cõſentienti, ſed non ſcienti, id eſt, verè intelligenti, veluti pupillo, furioſo. *b* Non obſtat text. in c. contingit. 39. extr. de ſent. excom. vbi is, qui ſcientem & conſentientem Clericum percuſſit, nihilominùs excommunicatur, tanquam manus iniurioſas Clerico intulerit. Qua Clericum percutiens nõ tam ipſi Clerico, quàm Ordini clericali iniuriam infert, cuius hoc priuilegium eſt, *c* cuique Clericus renunciare non poteſt. *d* Nec impedit textus in l. vnica. C. de rap. virg. quo & raptores puniuntur, etiamſi

a *l penult. ff. de furt.* b *l. in* 1. §. *impuberes. C. de falſa monetæ.* c *d. c. contingit. extr. de ſent. excomm.* d *c. ſi diligenti. ext. de foro comp. l. ius publicum. ff. de pact.*

valen-

volentem mulierem honeſtam abduxerint. Sed id accidit, quòd lex præſumat mulierem non liberè abductam, ſed doloſâ perſuaſione ipſius raptoris: perſuadere autem plus eſt, quàm compellere aut cogi ſibi parere, inquit Vlpianus.*e* Sed neque mouet l. ſi quis ſeruo. 20. C. de furt. & ſer. corrup. Quia licèt ibi reuerà neque ſeruus corruptus, neque inuito domino res ablatæ ſint; tamen ideò placuit, actionem furti & ſerui corrupti dari, propter dolum ipſius inducentis & corrumpentis ſeruum, & ne huiuſmodi impunitas in conſequentiam trahatur. Itaque ſingularis caſus eſt.

e *in* . 5. §. *perſuadere. Dig. de ſeruo.*

## REGVLA XXVIII.

*Quæ à iure communi exorbitant, nequaquam ad conſequentia ſunt trahenda.*

PAulus I C. *Quod contra rationem iuris receptum eſt, non eſt producendũ ad conſequentia. a* Eadem vtriuſque regulæ ſententia eſt. Eà autem exorbitare dicuutur, quæ ab orbita, id eſt, à via communi deflectunt; qualia ſunt diſpenſationes, priuilegia, ſtatuta iuri communi contraria, quę in conſequentiam, hoc eſt, ad alias perſonas ſiue caſus non ſunt producenda, ſed ſuis terminis conſtringenda. *b* Cùm enim ius cõmune fauorabile ſit,

a *l. quod contra. Digeſt. hoc tit.* b *c. ſanè. 9. ext. de priuil. c. conſtitutus 19. extr. de conceſſ. præb. c. cui 27. de præbend. lib. 6. c. 3. ext. de conſang. & affin.*

vtpote,ab omnibus ob publicam vtilitatem receptum; certè quæ iuri communi refragantur, tanquam odioſa reſtringenda ſunt, & quantum fieri poteſt,interpretatione reuocanda ad commune: ſicut latiùs ſuprà explicauimus. *c*

*c ad c. priuilegia. & ad c. odia.*

Ex æquitate huius regulæ profectum eſt quòd licèt mulieri liberiſque ſuis priuilegiũ competat, vt in dote repetenda, præferantur creditoribus, etiam anteriorem hypothecam habentibus: non tamen idem communicetur aliis hæredibus mulieris; *d* ſiquidem illud priuilegium iuri cõmuni derogat, quo is, qui prior eſt tempore, potior eſt iure. *e* Et cui diſpenſatio facta eſt ad dignitatẽ vel beneficium Eccleſiaſticũ, nullâ mentione factâ curati beneficij,non poteſt ad curatum admitti; *f* nec ad plura beneficia,quàm vnum: *g* diſpenſatiò enim vtroque caſu lædit ius commune.

d *l. vnica. C. de priuileg. dot.* e *l. potior. 11. ff. qui potior. in pig. l. ſi generaliter. 6. C. d. tit. cap. qui prior. infrà hoc tit.* f *c. in illis. 16. de prabend. in 6.* g *c. 1. §. illa verò de fil. preſbyt. in 6.*

Quò ſpectat, quod à Pomponio I C. reſponſum eſt in l. patri. 20. ff. ad leg. Iulia. de adulter. *Patri,* inquit, *datur ius occidendi adulterum ſimul cum filia, quam in poteſtatè habet. Itaque nemo alius & parentibus idem iure faciet, ſed nec filiusfamilias pater.* Cùm enim iuri cõmuni aduerſum ſit, vt pater filiam vel alium

quem-

quemlibet occidat, certè lex Iulia, quæ facultatem dat patri occidendi adulterum vnà cum filia, quam in poteſtate habet: meritò ad alios parentes non transfertur, ex ratione huius regulæ noſtræ. Tametſi ſi veritatem ipſam ſpectemus; ne quidē ipſi patri filiam in poteſtate ſua conſtitutam adulteram occidere liceat. *b*

b *per text. in c, ſi quod verius, 33. q. 2.*

## REGVLA XXIX.

*Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.*

EAdem regula apud Iuſtinianum extat in l.fin.C.de auctoritate præſt. Neq; enim alteri per alterum iniqua cōditio inferri debet, *a* neq; id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri. *b* Ad hanc regulā pertinet reſponſum Vlpiani: *In concedendo iure*, inquit, *aquæ ducendæ, non tantùm eorum, in quorum loco aqua oritur, verùm etiam eorum, ad quos eius aquæ vſus pertinet, voluntas exquiritur, id eſt, eorum, quibus ſeruitus aquæ debeatur: nec immeritò; cùm enim minuatur ius eorum, conſequens fuit exquiri, an conſentiant.* c Et quod Accurſius annotauit, ſcholarem inuito ſocio non poſſe inducere inhoneſtam mulierem in communem domum. *d* Hinc Capi-

a *l. non debet alteri. 74. Dig. hoc tit.* b *id quod noſtrū, 11. Dig. eod.* c *textus in l. in concedendo. 8. Dig. de acq. plu. arc.* d *ad l. non aliter. 7. ff. de vſu & habitu.*

tulares & alij quorũ intereſt; ad electionem Prælati vocandi ſunt. *e* Vbi tamen res Capituli vel Collegij tractantur, ſufficit maiorem partem conſentire, reliquis licèt diſſentientibus. *f* Quæ eſt vna limitatio huius regulæ noſtræ; vt ſcilicet, non obtineat in rebus Collegij, ſed quæ ad ſingulos priuatim pertinent. Altera eſt in l. & ſuum 8. §. Marcellus. cum 3. ll. ſeqq. ff. de pactis. vbi conuentio maioris partis creditorum de remiſſione debiti hæredi facienda, nocet reliquis creditoribus. Sed id fit liberationis fauore. Tertia eſt, in l. fi. C. qui bonis ced. poſſ. vbi & ſtatur maiori parti creditorum aduersùs reliquos. Verùm id, ne ad flebilem bonorum ceſſionem debitor vrgeatur. Singulare quoque eſt in fiſco; vt is inuito ſocio poſſit rem communem alienare: *g* quod & in fauorem fiſci receptum eſt.

e *c. quia propter. 42. cap. quod ſint. 28. in fi. ext. de electio.* f *d. cap. quia propter. & c. 1. fin. extr. de his quæ fiunt à maior. part. c. & l. quod maior. 19. Digeſt. ad municipal.* g *l. c. vnica. C. de vend. rei fiſcal.*

## REGVLA XXX.

*In obſcuris minimum eſt ſequendum.*

a *l. ſemper in obſcuris. 9. Dig. hec tit.*

NOn diſſentit regula Iuris Ciuilis: *Semper in obſcuris*, inquit, *quod minimum eſt, ſequimur.* a Obſcura hîc dicuntur, quorum ſententia incerta eſt, quæque nunc in hanc,

nunc

nunc in aliam partem pertrahi poſſunt. Ne igitur res propter obſcuritatẽ pereat, benignè receptum eſt, vt ſaltem id, quod in ſententia minimũ eſt, hoc eſt, minus nocet reo, ſequamur: Quippe procliuiores eſſe debemus ad liberandũ quàm ad condemnandũ: *b* fauorabiliores ſunt partes rei quàm actoris. *c*

b *l. Arrianus. 46. Dig. de oblig. & actio. c. 3. § pen. ext. de probat.* c *l. fauorabiliores. Dig. hoc tit.*

Latiſſimè hæc regula ſe diffundit ad contractus, ad vltimas voluntates, ad ſententias Iudicum & arbitrorum, ad pœnales conſtitutiones; vt in progreſſu declarabitur. Vt autem plenius hæc regula cognoſcatur, præmittenda eſt alia iuris regula ab Vlpiano tradita, his verbis: *Semper in ſtipulationibus & in cæteris contractibus id ſequimur, quod actũ eſt, aut ſi non pareat, quod actum eſt, erit conſequens vt id ſequamur, quod in regione, in qua actum eſt, frequentatur. Quid ergò, ſi neque regionis mos appareat, quia varius fuit? Ad id quod minimũ eſt, redigenda ſumma eſt.* Ita Vlpian. *d* qui quo ordine in interpretatione cõtractus procedendũ ſit, eleganter explicat. Et quidẽ ante omnia id ſpectandum & ſequendum cenſet, quod inter contrahentes actum fuit, etiamſi fortè proprietate verborum abuſi ſint. *e*

d *in l. ſemper in ſtipulat. 34. Dig. hoc tit.* e *l. inſulam. 6. Digeſt. de præſcript. verb. toto tit. Plus valere quod agitur. l. in venditionib. 9. verſ. planè ſi in nomine. Dig. de contrah. empt.*

Etenim contractum potiſſimùm ex mente

te

te contrahentium metimur, *f* quemadmodùm & ea, quæ vltimæ diſpoſitionis ſunt, ex voluntate ipſius defuncti. *g* Dum tamē meminerimus, non tantùm eam voluntatem contrahentium & teſtantium intelligi, quæ ex perſpicuis eorum verbis colligitur; ſed & quæ ex cōiecturis; vtputa, ex more loquendi, ex orationis contextu, *h* ex dignitate, qualitate vel affectu perſonarum, *i* ex eo quod plerumque fieri ſolet. *k* Nam hûc ſpectat illa iuris regula: *Inſpicimus in obſcuris quod eſt veriſimilius, vel quod plerumq; fieri conſueuit*. l Deficiente autem voluntate, tandem fit locus noſtræ regulæ, vt in obſcuris id ſequamur, quod minimum eſt; In obſcuris, inquam, quorum ſententia neque ex verbis ipſis, neque ex alia coniectura colligi poteſt; ne huic aduerſetur citata regula, *Inſpicimus*, &c.

f *l.1. §. conuentionis. ff. de pact.* g *l. non aliter. 69. in princ. ff. de leg. 3.* h *l. ſi ſeruus plurium. 50. §. vlt. ff. de leg. 1. l. nummis. 75. ff. de leg. 3. l. Titia.* 134. *§.* 1. *& §. fi. ff. de verb. oblig.* i *d. §. vlt. & l. cui* 14. *Dig. de annuis lega. l. 3. C. de dotis promiſſ. l cum poſt. 69. §. gener. ff. de iure dot. l. capienda.* 129. *ff. hoc tit. de reg. iur.* k *d. §. vlt. & d. l. nummis. l. in obſcuris* 114. *ff. hoc tit.* l *in cap. inſpicimus infrà eod.*

Adde, & ad ſententias Iudicum & arbitrorum, ſi inter ſe diſcrepantes ſint, regulam noſtram pertinere; vt ſi in condemnatione diſſideant, minimam ſummam ſequamur. *m*

m *l. inter. 38. ff. de re iud. l. diem proferre. 27. §. ſi plures. ff. de recep. arb.*

Non

Non minus & ad pœnales conſtitutiones hæc regula producitur;quæ quandoque dubiam interpretationem habent, nunc ſeueriore nunc mitiorem, vt ea, quæ mitior, id eſt,minima eſt,à Iudice eligatur.*n* Cui conſequens eſt, vt ſi in delinquentem ſimpliciter pœna capitalis ſiue capitis à lege conſtituta ſit, non mortem , ſed exilium , hoc eſt, aquæ & ignis interdictionem intelligamus; nam vtraque pœna capitalis eſt,eò quòd eximat caput,id eſt,ciuem de ciuitate. *o*

n *iuxta c. in pœnis infra eod. & l.interpretatione.* 43. *ff.de pœnis.*
o *2.ff.de publ.iud.Vide Iul.Clarum in pract.crim.q.* 67. *in princ.*

Aduersùs regulam noſtram obiicitur textus in l.etiam 43. ff. de vſufru. vbi bonorum vſusfructus parte legatâ , intelligitur in dubio dimidia pars. At iuxta regulam noſtram non dimidia,ſed minima pars accipienda eſſet.Sed non difficilis reſponſio eſt;quia pars ex propria ſignificatione ſua æqualem partem deſignat: Igitur dimidiam; niſi vbi ſpecialiter certæ partis mentio facta eſt. *p*

p *l.nomen.* 104.§.1 *ff.de verb. ſignif.*

Item obiicitur textus in l. legato generaliter.37. ff.de lega.1. quo legato hominis relicto nō optimus,neq; peſſimus,ſed mediocris præſtatur.Sed hoc euenit,ne ſi legatario peſſimus detur,non tam afficiatur cōmodo, quàm incommodo, contra voluntatem defuncti,quam pleniùs interpretari ſolemus.*q* Cætera hìc perſequere apud D. Peckium, &

q *l. in teſtamentis.ff. hoc tit.*

& quæ infrà eodem dicam, ad c. contra eum. 58. quod huic coniungendum eſt.

## REGVLA XXXI.

*Eum qui certus eſt, certiorari vlterius non oportet.*

EXempla huc accerſe ex c. ſi duobus. 7. ext. de appellat. ex c. fin. ext. de locato. ex l. 1. c. ſin, ff. de actio. empt. Et apertè ratio eſt. Quia id fruſtrà fieret. Vbi tamen ad alium effectũ principaliter, quàm ſcientiæ agitur, alia certioratio requiritur: veluti, ad inducendam contumaciam contra reum abſentẽ tribus edictis opus eſt; niſi fortè vno peremptorio citaretur, quod Iudex poteſt: *a* Item contra Clericũ delinquentem, antequàm is clericali priuilegio exui poſſit, trina monitio exigitur. *b* Item, qui à Iudice Eccleſiaſtico excommunicandus eſt tertiò quoque præmoneri debet: *c* ſiquidem ad cõuincendam contumaciam hæc toties repetuntur; non verò, vt qui ex primo vel ſecundo edicto ſiue monitione, iam certiores facti ſunt, iterum certiorentur. Pari ratione vbi pro ſolemnitate certioratio requiritur, non ſufficit

a *l. contumacia. 53. Dig. de re iud. iuncta l. ad peremptorium. 68. cum aliquot. ll. ſeqq. Dig. de iudic.* b *c. cõtingit. 45. ext. de ſentent. excom. iuncto c. conſtitutionem. 10. eod. tit. in 6.* c *c. ſacro. 48. ext. de ſentent. excom. iuncto cap. conſtitutionem. 10. eod. tit. in 6.*

ſcien-

ſcientia; vt in teſtamentariis teſtibus, qui non niſi rogati in teſtamentis adhibentur: *d* & in venditore, qui in euictionis nomine non tenetur, niſi antè emptor, intentatam ſibi litem illi denunciauerit. *e*

d *l.hæredes.21.§.pen.Dig.de teſtam.Auth.rogati. C. de teſtibus.*
e *emptor fundi.8.cum l.ſeq.C.de euictiò.c. fin.ext.de emptio.*

## REGVLA XXXII.

*Non licet actori, quod reo licitum non exiſtit.*

EIuſdem ſententiæ eſt regula Vlpiani: *Non debet actori licere, quod reo non permittitur.* a Si enim fauorabiliores ſunt partes ipſius rei, quàm actoris; *b* profectò actori minimè permittendum eſt, quod reo non permittitur. Cuius rei elegans reſcriptum extat in c.2.ext.de mutuis petitio.quo reſponſum eſt, à Cœleſtino III. vt ſi inſtitutâ causâ, quæ remotâ appellatione delegata eſt, reus eundem actorē coram eodē Iudice recōueniat: hanc reconuentionem ſimiliter peragendã eſſe, vt neque actori in cauſa recōuentionis appellare liceat. *Cùm actoris & rei,* inquit, *eadē ſit conditio: & ſicut deſiderat actor, vt ſibi iuxta mandatoris reſcriptū, iuſtitia fiat appellatione remotâ, eodē modo reconuenienti debeat in ſua iuſtitia reſpondere.* Quâ ratione Vlpianus, cùm anteà in reo reſpondiſſet, ne is poſt litem conteſtatam mutare procuratorem, vel in ſe litem

litem transferre poſſit inuito procuratore; præterquàm causâ cognitâ; *c* hoc idem paulò pòſt traducit ad actorem. *d* Similia breuitatis ſtudio omittimus.

c *in l.poſt litem.*17.*cum aliquot.ll.ſeqq.Dig.de procurator.* d *l.in l.quæ omnia.*25.*Digeſt.eod.*

Quæ tamen ita accipienda ſunt; niſi maior ratio ſit in actore, vt ab hac regula diſcedendum ſit. Vt ecce, Reo permiſſum nõ eſt, vt rem, quæ in iudicio obſcurè petita eſt ab actore, ipſe deſignet vel explicet; ſed actori. *e* Ratio; ne reus actionem propoſitam interpretando pro ſuo arbitrio, eludat iudicium & actorem circumducat. *f* Hinc quoque, ſi reus plures Iudices ordinarios habeat, non eſt in electione ipſius, coram quo conueniatur, ſed in arbitrio actoris. *g* Præterquàm ſi reus Studioſus ſit; cui ex Friderici conſtitutione ex tribus Iudicibus, Magiſtro ſcilicet, Domino, & Epiſcopo, quos Ordinatios habet, electio permittitur: idque in fauorem ſtudiorum. *h* Quo tamen iure in hac Academia Ingolſtadienſi non vtimur, ſed omnes ſtudioſi vnum tantùm agnoſunt Iudicem, Magnificum D. Rectorem Academicum.

e *l.inter ſtipulantem.*83. §.1. *Dig.de verb.oblig.* 1.*d.* §.1. g *l.ſi.C.Vbi in rem actio.l.quod legatur.*38.*Dig.de iudice.* h *Auth.habita.C.ne filius pro patre.*

RE-

## REGVLA XXXIII.

*Mutare conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum.*

PErtinet ad regulã: Quod ſemel placuit; ſuprà eod. vbi latiùs vide. A contrario verò ſenſu huius regulæ, eleganter infertur; Si nullum detrimentum ſit nulla captio alterius; mutationem cõſilij impunè fieri poſſe; *a* veluti in depoſito, mandato, ſocietate, quæ pro arbitrio eius, qui depoſuit, mandauit, vel ſocietatẽ coiit, reuocantur, re adhuc integrâ; ſicut ibid. diximus.

a *l. de ætate. 12. Dig. de interrog. in iure faciend.*

## REGVLA XXXIV.

*Generi per. ſpeciem derogatur.*

GEnus hoc loco, vt & paſſim apud I.C. non accipitur pro genere Logico ſiue Dialectico; ſed pro eo, quod plura ſingularia nomine ſuo cõplectitur, ſiue ſit ſpecies logica, veluti homo, equus, & ſimilia; ſiue aliud æquè latè patens, vt ſunt veſtis, triticum, pecunia numerata, reſcriptũ, mandatum. Species verò dicitur, quod ſub hoc genere tanquàm indiuiduũ ſiue ſingulare, continetur. *a* Itaque de his dicitur generi per ſpeciem derogari. Explicatiùs Pomponius: *In toto iure,* inquit, *generi per ſpeciem derogatur; & illud potiſſimùm habetur, quod ad ſpeciem directam eſt.* *b* Exempla huius regulæ petenda ſunt ca. 1. in

a *l. 2. l. 3. ff. Si cert. pet. l. in naue. 31. Dig locati.*

b *l. in toto iure ff. h. tit.*

fin.ex c.paſtoralis.14. §.1. ext. de reſcript. ex c.2.ext. de offic. leg. ex c.dudum.14.de præbend. lib.6.

Quò fit, vt ſi vni penus legata ſit, alteri vinum: quod ex penu legata vinum eximatur;*c* cùm alioqui vinum ſub penu tanquam ſub genere ſuo contineatur.*d* Item, ſi vni veſtimenta, alteri veſtis muliebris ſeparatim ſint legata; quòd detractis mulieribus ab eo, cui ſpecialiter ea legata ſunt, reliquum alteri cedat. *e*

Neque intereſt, ſpecies præcedat, an ſubſequatur genus. *f* Licèt enim aliàs ſpecialia generalibus ineſſe dicantur; *g* id tamen non tam ex diſpoſitione loquentis, quàm vi verborum fit, quæ generaliter prolata, generaliter accipi ſolent.*h* At ſecùs eſt, vbi expreſsè ſpecies à genere eximitur, quo caſu generi quoad ſpeciem derogatur, & res in ſpeciem dirigitur. *i*

Nec mouet textus in l.ſi generaliter.6.C. qui potior in pign. Nam ideò pignori generali per ſpeciale non derogatur, quòd ius pignoris generalis iam antè adquiſitũ ſit creditori priori. At certè iniquum eſſet, ius al-

c *l.2.Dig.de tritico, vino, &c.* d *l.3.Dig.de penu.lega.* e *l.1.de auro arg.leg.* f *iam dd.iurib & c.Abbatem.40.ext de reſcri.l.vxorem.41.§.codicillis.cum § ſeq.ff. de leg.3.tex.elegãs in l.ſanctio.41.ff.de pœnis.* g *l.ſemper ſpecialia.147.ff.h.tit.* h *l.1.§.generalit. ff de leg. præſt.l.14.C.de vſufr.* i *iuxta hanc regulam noſtram.*

teri

teri quæſitum, illi auferri, per hanc regulam noſtram, quæ de iure nondum quæſito alteri exaudienda eſt. *k*

k *vti cõſtat ex iurib. anteà alleg.*

## REGVLA XXXV.

*Plus ſemper in ſe continet quod eſt minus.*

HVic regulę ſimilis illa eſt: *In toto partem non eſt dubium cõtineri. a* Ex quibus tandem tertia regula exſurgit: *Cui licet quod eſt plus, vtiq; licet quod eſt minus. b* Nec enim plus & minus, totum & ſua pars, ſeparatim quid à ſe inuicem conſtituunt, ſed vnũ ab alio cõtinetur. Vt hinc rectè ab Vlp. reſponſum ſit: Si ſtipulanti decẽ ego viginti reſpondeam; quòd obligatio in decem contrahatur, quod manifeſtiſſimũ ſit viginti & decem ineſſe. *c* Idẽ & in fideiuſſore rectiſſimè dicitur, vt ſi is in maiorẽ ſummam rogatus, in minorẽ fideiubeat, quòd in minore ſumma cõſiſtat fideiuſſio, ſicut aperta eſt Iuliani ſententia, *d* & confirmat reſponsũ Vlp. iamiam allatũ. Inde quoque eſt, ſi debitoris gratia debiti ſolutio prorogata fuerit ad certũ tempus, nihilominùs à debitore rectè ſolui poſſit ante tempus. *e Cui licet quod plus eſt*, &c. Sic Papin. inquit, *Qui occidere poteſt adulterũ, multò magis cõtumeliâ poterit iure afficere. f* Cæterùm hæc aliaq; ſimilia accipienda ſunt; niſi diuerſa ratio ſubſit in eo quod minus eſt. Vt ecce, Mulieri qui-

a *c. in toto. infrà eod.*

b *c. cui licet. infrà eod.*

c *l. 1. §. ſtipulanti. ff. de verbor. oblig.*

d *in l. rogatus. 33. Dig. mandati.*

e *l. eum qui 15. ff. de annu leg.*

f *l. nec in ea 22. verſ ſed qui. ff. ad leg. Iul. de adul.*

quidem permiſſum eſt, vt res ſuas donare, vel aliter, diſtrahere poſſit; *g* non tamen pro alio obligare; eò quòd hoc mulieri facilius ſit, & idcircò magis nociuum, quàm alterũ. *h* Item permiſſa eſt hæredi totius hæreditatis aditio vel repudiatio, non autem huius aut alterius partis hæreditariæ: *i* idque facit ſuccedendi ius, quod pro parte agnoſci vel refutari non poteſt; præcipuè ex teſtamento: nè defunctus pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus deceſſiſſe dicatur, contra Iuris regulas. *k* Item, mandato de fundo emendo centum, ſatisfit quidem, ſi etiã minoris fundus ematur; *l* attamen ſi mandatum ſit, vt alicui non Sacerdotalis præbenda, vel integra præbenda, vel certi valoris conferatur, non poterit illi Sacerdotalis, nec dimidia, non minoris valoris, etiam volenti, præbenda conferri: cum hâc in re diligenter mandati fines obſeruandi ſint, propter perſonã eius, cui conferri mandatum fuit, quem alio modo honorari noluit mandator. *m* Quare vbi diuerſa ratio in minori ſubeſt, diſceditur à regula noſtra.

g *l.4.Dig.ad SC. Velleian.l. 2. C.eod.* h *d.l.4. in fin.* i *l.1.& l.2. Dig. de acqu.vel omitt.hæred.* k *in l. Ius noſtrum.Dig.hoc tit. & §.non autem. Inſt.de hæred. inſtit.* l *l.diligenter.5.§.fi.Dig.mandati.* m *c. cui 27. lib.6.de præbend.*

RE-

## REGVLA XXXVI.

*Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſiit poſſidere.*

PLeniùs Paulus: *Qui dolo*, inquit, *deſierit poſſidere, pro poſſidente damnatur, quia pro poſſeſſione dolus eſt.* a Et Vlpian. *Parem eſſe conditionē oportet eius, qui quid poſſideat vel habeat, atq; eius, cuius dolo factū ſit, quò minus poſſideret vel haberet.* b Et rurſus: *Semper qui dolo fecit, quò minus haberet, pro eo habendus eſt ac ſi haberet.* c Vſum huius regulæ cernere eſt in rei vindicatione, *d* in petitione hęreditatis, *e* in actionibus ad exhibendum, *f* noxali, *g* rerum amotarum, *h* in interdictis, Quorum bonorum, *i* Quorū legatorum, *k* & Ne quid in loco publico. *l* Et ratio regulæ eſt: ne doloſo ſuus dolus proſit & alteri incommodū adferat. *m* Ex quo ſequitur, eodem modo eum condemnandum eſſe, ac ſi verè poſſideret, *n* licèt æſtimatio in rei executionem veniat. *o*

a *in l. qui dolo. Dig. eod.*
b *l. partem. Dig. hoc tit.*
c *l. ad ea quæ §. 1. Dig. eod.*
d *l. quod ſi dolo. 22. cū l praeced. & l. ſin autem. 27. §. ſed & is. Dig. de rei vind.*
e *l. item veniunt. 20. §. itē eoſ. l. ſed etſi. 25. §. per inde. Dig. de petit. hæred.*
f *l. §. ſi mecum. & l. Celſus 5. §. idem Iulian. Dig. ad exhibend.* *l. ſeq. Dig.*
g *l. ſi bonæ fidei. 12. Dig. de noxal. actio.* h *l. 3. in fi. cum rerum amot.* *pr ætor.* Dig. i *l. 1. Dig. Quor. bonor.* k *l. 1. §. quod ait Quor. legat.* l *l. 2. Dig. locum habere. Dig. ne quid in loco pub.* m *l. 1. §. Dig. de doli mali & met. except.* n *d. l. qui dolo.* o *l. qui reſtituere. 68. & quæ ibi tradunt DD. ff. de rei vind.*

Amplius; qui dolo poſſidere deſiit, tenetur actionę in factum ex edicto de alienatione iudicij mutandi cauſa facta; in id, ſcilicet, quanti intereſt actoris, rem alienatā

non fuiſſe: *p* Sed id non aliter, quàm ſi reus difficiliorem aduerſarium ſibi ſubſtituerit, vt potiùs actor cum eo litem incipiat & experiatur. *q* Nihilominùs & is, in quē reș alienata eſt, rectè conuenitur rei vindicatione propter dominiū, quod ſibi actor in re alienata retinuit. *r* Quod enim noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri nō poteſt. *s*

p *toto tit. ff. & C. de aliena. iud. mutandi cauſa facta.* q *l. 1. cum ll. ſeqq. ff. d. tit. de alien. iud. mut.* r *l. vnica, C. d. tit. de aliena.* s *l. id quod noſtrum. Dig. hoc tit.*

## REGVLA XXXVII.

*Vtile non debet per inutile vitiari.*

HVc refert textum in c. 5. ext. de arbitris. & in c. dilectus. 19. ext. de præbend. Et quod à Iuſtiniano diſertè conſtitutum eſt in donatione, quæ legitimum modum excedit; vt, ſcilicet, quoad exceſsū tantum donatio, quæ inſinuata non eſt, vitietur. *a* Et quod Paulus I C. reſpondit de illicitis vſuris ſorti mixtis; quòd vſuræ quidem improbatæ ſint, ſed non ipſa ſors ſiue cōtractus principalis. *b* Similiter, vbi illegitimæ vſuræ legitimis permiſtæ ſunt, ſuſtinentur quidem legitimę, ſed detractis ſuperfluis vſuris, ex Papiniani reſponſo. *c* Quo licèt non vtamur; eò quòd omnes vſuræ ex præſcripto SS. Canonū illicitæ ſint; *d* non tamen inutiliter hæc res accommodatur ad emptionem redituum ſiue

a *in l. ſancimus. 34. iuncta l. penult. C. de donatio.*

b *l. vſuras. 20. Dig. de vſuris.* c *in l. pecuniæ. 9. Dig. d. tit.* d *Tit. de vſur. ext. & in 6.*

cen-

cenſuum, quæ à iure Canonico permiſſa eſt. *e* Vt ſi reditus vel cenſus, conſtitutum modũ excedat, non in totum vitietur, ſed ad iuſtum modũ reducatur. *f* Quæ omnia & alia eiuſdem generis, æquitate huius regulæ nituntur. Semper enim ea interpretatio adhibenda eſt, vt actus potiùs valeat, quàm pereat. *g* Si tamen vtile ab inutili ſeparari poſſit. Nam quæ ſeparationem non admittunt, in totũ vitiantur; vt in exemplo Vlpiani. *h* Idẽ eſt, & ſi contra formam vtilis, inutile admixtũ ſit; vt in electione Epiſcopi, vbi, ad eam laici admittuntur; *i* aut ſi natura vtilis adiectionem omninò reſpuat; veluti, in emancipatione, acceptilatione, hæreditatis aditione, datione tutoris, quibus ſi dies vel cõditio adiiciatur, inutiliter fiunt. *k* Aut ſi inutilis adiectio interpretatur id quod alioqui per ſe vtile eſt, inutiliter fieri ex mente contrahentiũ, ſicut videre eſt in reſpõſo Martiani I.C. cuius verba hîc libet ſubiicere: *Nõ ſolùm*, inquit Martianus, *ſtipulationes impoſſibili conditioni applicatæ nullius momenti ſunt, ſed etiam cæteri quoq; contractus: veluti emptiones, locationes, impoſſibili conditione interpoſitâ æquè nullius momenti ſunt; quia in ea re, quæ ex duorum pluriúmve conſenſu agitur, omnium voluntas ſpectatur: Quorum procul dubio in huiuſmodi actu talis cogitatio eſt, vt nihil agi exiſtiment, appoſitâ eâ conditione quam ſciunt eſſe impoſſibilem.* l

e per text. in c. 1. & c. 2. de emptibn. in extr. cõmn.

f arg. d. c. l. pecuniæ. Adde And. Gail lib. 2. obſer. 5.

g l. quoties. in action. 13. ff. de rebus dub.

h in l. 1. §. itẽ quæritur. ff. de aqua quot.

i c. Maſſan. 56. ext. de electio.

k l. actus legitimi. 77. ff. h. tit. Vide latiùs quæ infrà dicam ad c. actus legitimi.

l textus in l. non ſolum 30. Dig. de oblig. & act.

## REGVLA XXXVIII.

*Ex eo non debet quis fructum conſequi, quod niſus extitit impugnare.*

a *c. cū olim. 19. ext. de cenſib.*
b *l. pen. ff. de tranſactio. l. cum propoſnas inter 21. C. de pact.*
c *c. fruſtra infra eod.*

EXemplum eſt: Si quis inſtrumentū aliquod impugnauerit, nō poterit eodem vti pro ſe. *a* Nec is qui fidem vtrimque datam rupit, aduerſarium ſuum adigere poterit, vt eam ſeruet; *b* Fruſtrà, inquit alia iuris regula, *ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſeruari, cui fidem à ſe præſtitam ſeruare recuſat*: *c* In teſtamentis vſus huius regulæ vel præcipuè ſpectatur: Qui enim teſtamentum falſum aut inofficioſum dixit, non tantùm repellitur ab eo, quod in eodem teſtamento ipſi relictum eſt: verùm etiam ſi fortè idipſum conſecutus ſit, ipſi aufertur & fiſco applicatur. *d* Eo enim ipſo, quòd quis impugnat fundamentum iuris ſui, videtur illi tacitè renunciaſſe. *e* Non tamen idem obtinet, vbi quis non iure factum teſtamentum contendit, ſed non obtinuit: ſiquidem non cenſetur ideò defuncti voluntatem impugnaſſe, ſed de iure teſtamenti contendiſſe; *f* aut ſi neceſſitate officij coactus quis, teſtamentum alterius oppugnauerit: vt in tutore & curatore. *g*

d *l. Papinian. 8. §. meminiſſ. Dig. de inoff. teſt. l. poſt legatū. 5. §. 1. Dig. de iis quibus vt indig. l. qui falſas. 6. C. ad leg. Corn. de falſ.* e *d. c. cùm olim circà fin.* f *d. l. poſt legatum. §. 1. & l. pen. ff. de iis quib. vt indig.* g *§. ſi inter. Inſt. de inof. teſtam. l. aduerſus. 30. §. 1. ff. eod. de inof. teſtam. l. cum quadam. 26. C. de admin. tutor.*

Adde

Adde, huic regulæ locum non eſſe, vbi quis ante ſententiam deſtitit ab impugnatione: eò quòd iura pœnitenti & deſiſtenti ignoſcant. *b*

h *d.§.meminiſſe.& l.alia.8. C.de his quib.vt indig.*

## REGVLA XXXIX.

*Cùm quid prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo.*

THeodoſius & Valent.Imp. *Nullum enim pactum,* inquiunt, *nullam conuentionem, nullum contractum inter eos videri volumus ſubſecutum, qui contrahunt, lege contrahere prohibente.* Et paucis interiectis. *Sed & ſi quid fuerit ſubſecutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum eſt, illud quoque caſſum atque inutile eſſe præcipimus. Secundum itaq; prædictam regulam; quâ vbicunque non ſeruari factum lege prohibente cenſuimus; certum eſt nec ſtipulationem huiuſmodi tenere, nec mandatum vllius eſſe momenti, nec ſacramentũ admitti.* a Ratio eſt in l.cum principalis. ff. hoc noſtro tit. in c.acceſſorium, infrà eod. vbi fuſiùs perſequemur.

Et ſecundùm hanc regulam; Si res Eccleſiæ vel minoris 25. annis, non ſeruatâ iuris ſolemnitate venditæ, commutatæ vel donatæ fuerint: quia contractus non conſtitit, nec dominium ex eâdem cauſa transfertur. *b*

a *in l.non dubium.5.C.de leg.* b *c.ſi quis.6.ext.de rebus Eccleſ. non alien.l. iubemus.14.§.ſanè. C.de SS. Eccleſiis. l.4 l.8.C.de prædiis & à l.reb.min.*

Nec in diuerſum mouet textus l.2. C. de condict.ob turp.cauſ. in l.ſi ob turpem. 8.ff. eod. vbi ex contractu turpi & ſubſequenter nullo, res in accipientem ita tranſit, vt eius repetitio ceſſet. Quia id accidit propter aliã iuris regulam: *In pari delicto vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis.* c Adeoque turpitudo efficit, ne res data repeti poſſit. *d* Sic & poſſeſſio rei à marito donatæ vxori, tranſit in vxorem; non quidem ratione contractûs donationis, qui à iure improbatus eſt; *e* ſed ex eo capite, quòd maritus vxori rem tradendo, abdicauerit à ſe poſſeſſionem rei, & vxori permiſerit: *f* ſiquidem ex ſe pendet poſſeſſio, non verò ex contractu.

c *c. in pari. infra eo.l.in pari. & l.cũ par.ff.h.tit.*

Neq; impedit textus in l. multũ intereſt. 6.C.Si quis alteri vel ſibi: vbi ex præcedente contractu emptionis à marito, nomine vxoris perperam inito, dominium transfertur in recipientem, ſiue is maritus ſit, ſiue vxor. Nam id fit, non tam vigore præcedentis cõtractûs, quàm ex nouo conſenſu, qui tẽpore traditionis tacitè interceſſiſſe intelligitur. *g*

d *l.2.& l.8.ff.de cond.ob turp.cauſ.* e *Tit.ff.& C.de donat.inter vir. & vxor.* f *l.1.§.ſi vir.ff.de adq. vel om.poſſ.* g *Bart.ad l.non dubium.C.de legib.*

## REGVLA XL.

*Pluralis locutio, duorum numero eſt contenta.*

HÆc regula iiſdem verbis extat in l.vbi numerus 12. ff. de teſtib. exempla re-

quire

quire ex cap. is cui.19.circa fin.de præbend. lib.6.ex ca.61.hoc quoque. de conſecratio. diſt.1. ex l.inter aliam. 217. in fin.ff. de verb. ſignific. ex l.libertas.17.§.fin. ff.de manu.teſtam. Idque ideò; quòd in obſcuris id quod minimum eſt, ſequamur, vt ſuprà expoſitũ eſt. *a* Neque enim regula noſtra ad illas ſpecies pertinet, quæ certum numerũ teſtium expreſsè requirunt; veluti in teſtamentis,in quibus regulariter ſeptem teſtes, in codicillis & donationibus cauſa mortis quinque, exiguntur; *b* & aliis quibuſdam caſibus, de quibus apud gloſſ. & DD. hìc.

Vbi itaque lex vel conuentio partium, pluralis numeri meminit,in dubio ad hanc regulam cõfugitur,vt ſcilicet,duo ſufficiant. *c* Neque enim hæc pluralitas ad Græcorum loquendi vſum reuocari debet, qui ſi de duobus ſermo eſt,duali:ſi de tribus vel pluribus,plurali numero regulariter vti ſolent.

Sed neque ad pronomina pertrahenda eſt, vt ſunt nos,vos,noſtrum, veſtrum: quæ etſi natura ſua plura denotent, in Pontificibus tamen & Principibus,aliiſque inſignioris notæ viris, vbi vel ipſi loquuntur, vel ad eos ſermo eſt, non pluralitatem deſignant, ſed maieſtatem, ſiue dignitatem.

a *eod.ad c. in obſcuris* b *l. hac conſultiſſima.21.C. de teſtam.l.vlt.circa fi. C.de codicil. l.vlt. C. de donat. cauſ.mort*, c *in rib.ante alleg.*

RE-

## REGVLA XLI.

*Imputari non debet ei, per quem non ſtat ſi non faciat, quod per eum fuerat faciendum.*

SVmatur exemplum ex c. 1. ext. de clerico ægrot. quo Clericus ægritudine impeditus, beneficij ſui fructus percipit; quia per eum non ſtat, quò minùs Eccleſię inſeruiat. Et ex reſponſo Pauli I C. de ſeruo, cui libertas legata eſt, ſi vno anno hæredi inſeruiiſſet; Si enim propter valetudinem, aut aliam iuſtã ob cauſam ſeruire non poſſit, quòd nihilominùs hoc tempus anno imputetur. *a* Similiter is, cui parochialis Eccleſia collata eſt, licèt intra annũ adeptæ poſſeſſionis cogatur ordinem preſbyterij ſuſcipere; excuſatur tamen ſi iuſtâ ratione præpediatur. *b* Hinc rectè quoque dicimus, nõ valenti agere, non currere pręſcriptionem. *c* Hæc enim & id genus alia, ad hanc regulam pertinent. Quæ tamen ſi facto tertij euenerint, magis eſt vt impedito imputentur; *d* licèt in integrum reſtitui poſſit. *e* Quod ſi ipſe hoc affectauit aut cauſam præſtitit, non eſt quòd illi ſuccurratur, propter iuris ſententiam, quâ caſus illi adſcribitur, cuius culpa accidit: *f* neque excuſari meretur, qui ſibi neceſſitatem iniecit. *g*

a *tex. eſt in l. 4. §. Stichus ſi hæredi. ff. de ſtatu lib.*

b *c. cõmiſſa. 35. §. 1. de elect. lib. 6.*

c *ex l. 1. §. fi. C. de annali præſcrip. adde & l. & Atilicinus. 35 ff. de ſeruit. ruſtic. præd.*

d *l. 2. §. fin. Dig. Si quis cautio. vide ibi. Caſtrẽſ. & alios.*

e *l. 1. & paſſim. Dig. Ex quib. cauſ. maior.*

f *c. vnico. ex. de cõmod. c. 2. ext. depoſ. in verbo, culpa, adde gloſ. ad l. 5. §. ſed interdum, Dig. Commod.*

g *l. ſi fideiuſſor. 7. §. 1. in fin. ff. qui ſatisdar. cog. adde & l. 2. §. ſi quis tamen. Dig. ſi quis cautio.*

RE-

## REGVLA XLII.

### *Acceſſorium naturam ſequi congruit principalis.*

PRincipale appellamus, quod in re præcipuum eſt, & quaſi cauſa illius quod accedit. Horum itaque ea inter ſe connexio eſt, vt principali poſito vel infirmato, itidem acceſſorium ponatur vel infirmetur. Varia huius regulæ exempla vtroque iure extant. Vt ecce: Gratia Summi Pontificis, ſicut eius morte non exſpirat, ita neque executorum in eam rem datorum poteſtas, quæ acceſſoria eſt. *a* Item mandatâ cauſæ cognitione, & citatio partium & coërcitio contumacis, aliaq́; quæ ad ipſam cauſam ſpectant, tacitè continentur. *b* Item prædio legato vel vendito, comitantur & hortus, ſeruitutes, reliquaq́ue ad prædium pertinentia. *c* Neque intereſt, quanti ſit acceſſorium: ſiue plus in eo ſit, quàm in principali, ſiue minus. *d* Exceptâ tamen fideiuſſione, quæ in maiorem ſummam ſiue cauſam duriorem, quàm eſt obligatio principalis, contrahi non poteſt. *e*

a *c. ſi ſuper. 9. ext. de off. & pot. iud. deleg.* b *c. 5. ext. de off. & pot. iud. deleg.* c *l. prædiis. 91. circa fi. Dig. de legat. 3. l. pen. §. 1. Dig. ſi ſeruit. vind. l. ſi aquæductus. 47. in fi. cum 2. ll. ſeqq. Dig. de cõtrah. empt. l. creditor. 52. §. fin. ff. de actio. empt.* d *l. cum aurum. 19. aliàs incipit, etſi non ſunt. §. perueniamus. ff. de auro & arg. leg. iuncta l. ſi in emptione. 34. circa princ. ff. de contrah. empt.* e *§. fideiuſſores. Inſt. de fideiuſſor. l. Græcè. §. illud. Dig. eodem tit.*

Exem-

Exempla de ſublato vel vitiato principali, hæc adferri poſſunt; Liberato reo liberantur & fideiuſſor, *f* & pignora. *g* Rupto paterno teſtamento, quod principale eſt, concidunt & pupillares tabulæ, quæ acceſſoriæ ſunt. *h* Et matrimonium ſi non ſubſiſtit, nec dos, nec donatio propter nuptias intelliguutur. *i* Aliaque ad illuſtrandã hanc regulam adferri poſſunt, quæ conſultò breuitatis causâ omittimus.

Quæ tamen ita exaudienda ſunt; niſi & ipſum acceſſorium certâ quâdam ratione principale ſit, vt in ſpecie c. debitores. 6. ext. de iureiurand. vbi iuramentum de ſoluendis vſuris impleri iubetur, etiamſi ipſa obligatio vſurarum, cui accedit, non ſubſiſtat. Quia id euenit, quòd ex iuramento propria obligatio naſcatur inter Deum & iurantẽ. *k* Idem accidit in alienatione dotis, & renunciatione paternæ hæreditatis; quæ etſi ipſo iure nullæ ſint, ſuſtinentur tamen propter acceſſionem iuramenti: *l* quia, vti dixi, ex iuramento propria obligatio naſcitur. Hinc generaliter à SS. Canonibus ſeruari iubetur iuramentũ: quod non vergit in diſpendium ſalutis æternæ, nec redundat in alterius detrimentum. *m* In ſtipulatione facta alteri, idem videmus: quæ licèt per ſe non valeat,

*f Tit. Inſt. quib. mod. coll. oblig. in prin. l. fi. ff. de pact. g l. acceptã. 19. C. de vſuris. l. itẽ liberatur. 6. §. 1. ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. h l. Papi. 8. §. ſed nec impuber. ff. de inof. teſta. & §. liberis. Inſt. de pupil. ſubſti. i c. 5. ext. de donatio. inter vir. & vxor. l. 4. C. de inceſt. & inut. nupt. l. 3. ff. de iure dot. k ſicut indicat d. c. debitor. in verb. domino reddere iuramentũ. c. ſi peccatũ. 22. q. 1. Matth. 5. paulò poſt. med. l c. cùm cõtingat. 28. ext. de iureiur. c. 2. de pact. lib. 6. m in d. c. cũ cõtingat. in fi. & in d. c. 2. in fi. adde c. 2. de iureiur. in 6.*

vbi

vbi tamen ſtipulatio pœnæ illi adiicitur, ſtatur priori ſtipulationi metu pœnæ adiectæ: ſiquidem pœnalis hæc ſtipulatio quammis acceſſoria videatur, verè tamen principalis eſt, cui altera, quæ ipſo iure non valet, per modum conditionis ineſt. *n* Illud Doctorũ ingenia fatigat, cur contractibus à minoribus 25. annis ſine tutoris vel curatoris auctoritate celebratis, fideiuſſor, *o* & pignus accedere poſſunt? *p* Rationẽ verò ego hanc video: quod minores ex ſuo contractu naturaliter ſaltem obligentur: *q* at naturali obligationi fideiuſſor rectè accedit, *r* quemadmodùm & pignus. *s* Neq; refragatur textus in l. quòd pupillus 41. ff. de condict. indebiti: vbi dicitur pupillum promittentẽ ſine tutoris auctoritate, ne natura quidem debere. Quia hoc verum eſt, quoad pupilli perſonam, quam lex obligationi naturali eximit: ſiue, vt rectiùs dicam, effectum naturalis obligationis quoad pupillum impedit, non verò quoad interceſſorẽ pupilli, cuius reſpectu naturalis obligatio ex contractu pupilli effectum ſuum retinet; cùm lex tantùm liberare velit pupillum, non interceſſorem eius. Sic omnis difficultas, quæ contra hanc regulam ex l. ſi pupillus. ff. de verb. oblig. iuncta d. l. quod pupillus. & l. etſi is. C. de præd. & al. reb. minor. concitatur, facile ſubmouetur. Adde quæ ſuprà retulimus. *t*

n *§. Alteri. Inſt. de inut. ſtipul.*

o *l. ſi pupillus. 127. Dig. de verb. oblig. iuncta l. quod pupillus. 41. ff. de condict. indeb.*

p *l. etſi is. 9. C. de præd. & al. reb. min.*

q *l. 1. ff. de nouatio.*

r *tit. Inſt. in princ. de fideiuſſor.*

s *l. res hypotheca. 5. l. quæſitũ 14. ff. de pignor.*

t *ad c. cùm quid prohibetur eod.*

RE-

## REGVLA XLIII.

*Qui tacet, conſentire videtur.*

HÆc regula ſi nudè inſpiciatur, defendi non poteſt: igitur ad certas ſpecies coarctanda eſt. Etenim multis caſibus accidit, vt ſciens & tacens non cenſeatur cõſentire; qui alibi recenſentur.*a* Quorum ea ratio eſt: quòd nemo in dubio præſumatur taciturnitate ſuâ ſe obligare velle, vel aliter ſibi obeſſe. *b* Itaq; vt huic regulæ locus ſit, neceſſe eſt in tacente & coniecturam aliquam concurrere, quæ conſenſum ſuadeat: veluti eſt, inter cõiunctos.*c* Item cùm de tacentis vtilitate agitur: *d* vel de fauore rei, qui abſens conſtituit procuratorem, datis ad eum literis. Nam hic ſciens prudenſque literas recipiens, neque proteſtans, cenſetur tacitè in ſe ſuſcipere defenſionẽ rei abſentis.*e* Quibus caſibus tacens pro conſentiente habetur.

a *in l. ſicut. 8. §. nõ videtur. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſol. in l. filiusfamil. 8. §. mutus. ff. de procur. in l. 4. ff. de ſerui. verb. in l. penult. ff. de fur. adde & c. 77. de conſec. diſ. 4.*

b *arg. l. cum de indebito, 25. ff. de probatio. & l. ſi. C. Vnde vi.* c *vt in l. filiusfam. 16. Dig. ad S C. Maced. in l. 2. ff. ad municipa. in l. 1. C. de Decurio. in c. vnico. §. porrò, de deſponſa. impub. lib. 6.* d *vt in l. ſi remunerandi. 6. §. ſi paſſus. ff. mandati.* e *iuxta c. 1. de procur. in Clement.*

## REGVLA XLIV.

*Is qui tacet, non fatetur; ſed nec vtique negare videtur.*

PAulus. *Qui tacet*, inquit, *non vtique fatetur, ſed tamen verum eſt, eum non negare. a*

a *l. qui tacet. 142. Dig. hoc tit.*

Hæc

Hæc regula pertinet ad interrogationes,quæ fiunt ad eliciendam reſponſionem; vt ſi rogatus quis taceat, non ideò pro conſentiente vel pro inſiciante habendus ſit, vt in debitore qui interrogatus à creditore ſuo extra iudicium, an debeat, vel an ſoluerit;vel etiam in iudicio, antequam iudex iuſſerit, non reſponderit *b*. Cæterùm, ſi iubente iudice tacuerit, diuerſum eſt; cùm hoc caſu pro confeſſo habeatur *c*: Sic cùm reus ex parte heres eſt, & interrogatus in iudicio, vtrùm heres ſit, ipſe taceat; negantis loco habetur & in ſolidum conuenitur *d*. Vtrumque fit in pœnam contumaciæ non reſpondentis; ac proinde ab hac regula noſtra rectè diſceditur, ne lucro illi cedat contumacia ſua. Neque turbare nos debet ſuperior regula, qua tacens pro conſentiente habetur. Nam hac regula non agitur de conſenſu tacito,ſed illud tantummodò dicitur, tacentem neque fateri neque negare. Quippe confeſſio & negatio expreſſè fiunt.

b *c.2. verſ. verùm ſi de cõfeſſ.lib.6. ciuxta d.c.2 in princ.*

d *l. de ætate l.1.§.qui tacuit.ff.de interrog.in iure faciend.*

## REGVLA XLV.

*Inſpicimus in obſcuris quod eſt veriſimilius, vel quod plerunque fieri conſueuit.*

Vide quæ ſcripſimus ad c. in obſcuris. ſuprà eodem.

## REGVLA XLVI.

*Is, qui in ius ſuccedit alterius, eo iure, quo ille, vti debebit.*

SImilis eſt iuris ciuilis regula: *Qui in ius dominiú[ue] alterius ſuccedit, iure eius vti debet* a. Porro in ius ſuccedere dicitur heres *b*, bonorum poſſeſſor *c*; fiſcus, quoad bona fiſco illata *d*. In dominium verò, puta rerum ſingularium; donatarius, legatarius, emptor & ſimiles. In illis hęc ratio eſt, quòd in vniuerſum ius ſuccedant alteri vicemque eius ſuſtineant *e*. Vnde & omnes actiones, tam actiuè quàm paſſiuè in ipſos tranſeunt: & quod defuncto profuit, vel nocuit, ſimiliter & ipſis prodeſt vel nocet *f*. Exceptis tamē perſonalibus, id eſt, quæ perſonæ defuncti cohærebant, vt ſunt priuilegia perſonalia *g*; vſusfructus, vſus, habitatio *h*, actiones pœnales necdum motæ à defuncto *i*; reuocationes donationū propter ingratitudinē *k*, & ſimilia, quæ ad aliū non tranſeūt. Quoad ſingularē rerū ſucceſſores; eadē ſuccedēdi ratio eſt in iiſdem rebus, vt cum cauſa ſua tranſeāt in ſucceſſorem, ſicut Pomponius his verbis

a *extat in l. qui in ius. ff. eod.*
b *l. heres. 43. ff. de adquir. vel om. hered.*
c *l. 3. ff. de bonor. poſſeſ.*
d *l. 2. C. ad l. Iul. de vi pub.*
e *d. l. heres. d. l. 3. iuncta l. nihil. 24. ff. de verb. ſignif.*
f *l. cùm heres. 11. ff. de diuerſ. & temp. præſcript.*
g *de quibus ade priuilegium ſupra eodem. vbi & latius vide.*
h *§. finitur. Inſtit. de vſufructu. l. ſi habitatio. 10. vſus. 21. ff. de vſu & hab.*
i *§. non autem omnes. Inſtitut. de perpet. & temp. actio.*
k *l. fin. C. de reuoc. donat.*

indicat

indicat: *Alienatio cùm ſit*, inquit, *cum ſua cauſa dominium ad alium transferimus, quæ eſſet futura, ſi apud nos ea res manſiſſet* l. Idem ſed explicatiùs Vlpianus. *Traditio*, inquit, *nihil amplius transferre debet, vel poteſt ad eum, qui accipit, quàm quod eſt apud eum, qui tradit: ſi igitur quis dominium in fundo habuit, id tradendo tranſfert: ſi non habuit, ad eum qui accipit nihil transfert. Quoties autem dominium transfertur ad eum qui accipit, tale transfertur, quale fuit apud eum qui tradidit. Si ſeruus fuit fundus, cum ſeruitutibus tranſit; ſi liber, vti fuit, &c.* m Atque hinc fit, vt quæ auctori circa eandem rem petendam vel defendendam competebant, eadem cõpetant & eius ſucceſſori *n*.

l *in l. alienatio. 67. ff. de contrah. empt.*

m *textus eſt in l. traditio. 20. ff. de adquir. rer. domin.*

n *l. inuitus. 156. §. cum quis. cũ §. ſeq. ff. hoc noſtro titul.*

## REGVLA XLVII.

*Præſumitur ignorantia, vbi ſcientia non probatur.*

COniungantur hîc, quæ diximus ad c. ignorantia ſupra eodem. Etenim ſcientia nobis innata non eſt, ſed extrinſecùs accedit: proide alleganti incumbit probatio ſcientiæ *a*. Niſi de eo quæſtio verteretur, quod vel publicè actum eſt *b*, vel proprium



a *l. 1. l. 2. & l. verius 21. ff. de probatio.*

b *c. 1. ext. de poſtul. prælat. c. fin. ext. qui matrimonium accuſ. poſſ.*

prium factum concernit c; vel ex officio incumbebat d. Quò ſpectat illud Gregorij: *Non poteſt eſſe paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit & paſtor neſcit e.* His igitur caſibus non ignorantia, ſed ſcientia præſumitur: adeoque ignorantia probanda eſt, ſaltem per iuramentum; cùm in animo conſiſtat f.

c l. quanquã. ff. ad SC. Velleia. l. item quæritur. 13. §. itẽ ſi fullo. verſ. & ſi palliũ. ff. locati.

d c. innotuit 20. ext. de electio. e in c. quamuis. ext. de regul. iur.

f c. nulli. §. de electio. lib. 6. cap. 4. de ext. ſentent. excom.

## REGVLA XLVIII.

*Locupletari non debet aliquis cum alterius iniuria vel iactura.*

HÆc regula naturali æquitati prorſus conſentanea eſt, vt Pomponij locus indicat a. Ad hanc illuſtrandam iuuat hîc adferre illud Ciceronis; *Detrahere igitur alteri, & hominem hominis incommodo ſuum augere commodum magis eſt contra naturam, quàm mors, quã paupertas, quàm dolor, quàm cætera, quæ poſſunt aut corpori accidere, aut rebus externis, & c. b.* Videtur hæc regula huc traducta ex c. ſuam 16. circa fin. ext. de pœnis. Ex qua fit, vt & prędio neceſſarias & vtiles expēſas à ſe factas in re aliena retineat doli mali exceptione, vel recuperet officio iudicis c, licèt alioquì ipſi ſummo iure non debeantur, quòd ſciens prudenſ-

que

a in l. nam hoc natura 24. ff. de cõdict. indeb. in l. iure naturæ ff. hoc noſtro tit.

b lib. 3. officior.

c l. plane. 38. ff. de petitio. hæred. Paulus 14. ff. de doli mali & met. except.

que illis in alienam rem contulerit *d*. Sic heres ex delicto defuncti, in quantum ad eum peruenit, rectè conuenitur, ne, vt inquit lex, alieno ſcelere ditetur heres *e*. Plura exempla pete ex gloſſa & aliis hîc & ad l. iure naturæ ff. hoc tit. Cæterùm huic regulæ obijcitur vſucapio ſiue præſcriptio, qua quis rei ſuæ dominium amittit & alteri applicatur *f*. Item bonorum publicatio in reo Maieſtatis; quæ & cum iactura filiorum fit etiam innocentium *g*. Et quod reſpondit I.C. in l. cum putarem. 36. ff. famil. hercisc. eum qui ex ſententia iudicis ad diuiſionem hereditatis admiſſus eſt, cùm reuerà heres non eſſet, ad reſtituendam partem non teneri. His gloſſa *h* ita occurrit: quòd licèt hæc fiant cum aliena iactura, fiunt tamen ſine aliena iniuria, vtpotè iuris auctoritate *i*. At regula noſtra diſiunctim loquitur de iniuria, vel iactura; igitur alterum ſufficit, vt huic regulæ locus ſit, ob naturam diſiunctorum, quorum ſatis eſt, alterum euenire *k*. Itaque aliter hæc res diſcernenda eſt. Quod enim ad duo priora argumenta attinet de vſucapione & publicatione bonorum; vtrumque publici boni cauſa receptum eſt. Vſucapio ſiue præſcriptio, ne rerum dominia in incerto vagarentur *l*: & vt aliquis

*d* § *ex diuerſo. cũ § ſeq. Inſtit. de rerum diuiſ. l. 5. C. de rei vind. l. Iulianus 36. ff. ead. tit.*

*e in l. vnica C. ex delict. defunct.*

*f l. 3. & paſſim. ff. de vſurp. & vſucap.*

*g l. quiſquis 5. § filij. C. ad leg. Iul. maieſt. authẽt. Gazaros. C. de hæretic. §. vergẽtis, ext. eodẽ tit.*

*h ad d. l. iure naturæ.*

*i facit l. iuſtè* 11. *ff. de adq. vel om. poſſ.*

*k* § *ſed plures. Inſt. de hæred.*

*vſucapio.*

*l* *l. 1. de inſtit. & in c. in alternatiuis. infra eod. vbi lat. us.*

 litium

litium finis eſſet *m*: bonorum verò publicatio; vt materia ſubtrahatur filijs idem ſcelus paternum repetendi & committendi; quia alioqui ſolent eſſe imitatores paterni criminis *n*. *Multa autem*, inquit eleganter Iulianus, *iure ciuili contra rationem diſputandi pro vtilitate communi recepta eſſe, innumerabilibus rebus probari poteſt o*. Tertium verò argumentum de coherede per errorem admiſſo in diuiſionem hereditatis, ideò procedit, quòd ſententia iudicis pro veritate habeatur *p*. Si tamen poſtea doceatur, ex falſis inſtrumentis vel teſtibus ſententiam latam fuiſſe; per in integrum reſtitutionem, coheredi conſulitur *q*: ex æquitate huius regulæ noſtræ.

*m l. fin. pro.*
*n d. §. filij.*
*o l. ita vulneratus. 52. ff. ad leg. Aquil. ad de l. bona fides depoſ.*
*p l. res iudicata. ff. de regul. iur.*
*q toto tit. C. Si ex falſ. inſtrum.*

## REGVLA LXXXII.

*In pœnis benignior eſt interpretatio facienda.*

CONſentit & Pauli regula: *In pœnalibus cauſis benignius interpretandum eſt a*. Intellige autem, quando obſcurum eſt, quæ pœna delinquenti infligenda ſit, durior an lenior: cùm in dubijs ſemper benigniora præferenda ſint *b*. Vbi enim certa à iure pœna præſcripta eſt, non eſt licitum ab ea recedere. Nec enim in certis vllus coniecturæ aut interpretationi locus eſt *c*. Quanquam ſi cau-

*a in l. factum cuique. § . fi. ff. eod. tit.*
*b l. ſemper in dubijs. 56. ff. h. tit.*
*c l. cõtinuus. 137. §. 2. in fin. ff. de verb. oblig.*

ſi cauſa ſubſit, lex permittat etiam iudici à ſtatuta pœna diſcedere, eam vel minuendo vel augendo *d*. Igitur, vbi obſcurum eſt, qua pœna reus affici debeat, in mitiorem pœnam declinamus: cùm *interpretatione legum pœnæ molliendæ ſint potiùs quàm exaſperandæ e: & rapiẽda ſit occaſio, quæ præbet benignius reſpõſum* f. Vnde ſi in ipſis verbis legis ambiguitas inſit, quæ & in leniorem, & in ſæuiorem ſenſum rapi poſſit, leniorem magis interpretationem ſequemur; cùm hoc humanius ſit *g*. Quod & in ſententiis iudicum obſeruabimus *h*. Quòd ſi varijs pœnis idem delictum leges perſequantur; eadem ratione mitiorem pœnam amplectimur *i*. Quid autem, ſi nulla pœna in delinquentem à iure ſtatuta ſit, ánne ſimilis delicti pœna in hunc traduci poterit? Minimè *k*: Sed pœna arbitrio & humanitate iudicis conſtituetur *l*. Niſi viua & expreſſa ratio dictaret, delinquentem eadem pœna coercendum eſſe. Nam hoc caſu pœna vnius delicti ad aliud rectè producitur *m*. Neque mouet text. in c. penult. ext. de ſent. excomm. quo verbum *excommunicationis* in dubio de maiori excommunicatione intel-

d *per text. in l. 3. l. 4. C. ex quib. cauſ. infa. irrog. in l. quid ergo. 13. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. in l. reſpiciendum 11. in l. hodie 13. in l. aut facta. 16. d. §. pœnis & in c. fi. ext. de tranſaction.*
e *l. interpretatione. 43. ff. de pœnis.*
f *l. rapienda. 168. ff. hoc noſtro titul.*
g *c. ex lite. is 11. extr. de conſtitut. & ſuprà attigi ad c. in obſcuris.*
h *l. ſi præſes. 32. ff. de pœnis.*
i *per textus in c. ſi quis dederit. in verb. humanius iuncta ibid. gloſſ. 14. qu. 1.*
k *c. ſtatutum. 22. de electio. in 6. iuncta hac regula* l. *c. ſi in fin. ext. de tranſactio. l. 1. §. 1. ff. de effractoribus.* m *per text. in c. 1. §. porrò cum §. ſed quid. Quæ fuit prima cauſa benef. amit. in feud. iuncta l. non poſſunt 12. cum l. ſeq. ff. de legib.*

ligitur, non de minori; at verò minoris excommunicationis pœna mitior eſt, quàm maioris *n*; quia alia ratio ſubeſt in excommunicatione, quæ ideò in dubio de maiore intelligitur, quòd hæc magis ſaluti expediat ad continendos homines in officio Chriſtiani hominis (nam & idcircò medicinalis dicitur *o*.) Quod non eſt in excommunicatione minôre. Sed de hôc argumento fuſiùs agit Didacus Couarruuias, quem vide *p*. Coniunge ad hanc regulam, quæ retulimus ad cap. in obſcuris, ſuprà eodem.

*n vt in d. c. penult.*

*o cap. 1. de ſent. excom. lib. 6.*

*p ad c. alma mater. §. 8. num. 5.*

## Regvla L.

*Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem.*

Actum legitimum vocamus, qui à lege vel introductus eſt; vt ſunt heredis inſtitutio *a*, adoptio *b*, emancipatio, hereditatis aditio, & ſimilia *c*: vel à lege certam formam recepit: veluti ſtipulatio *d*: vel denique à lege approbatus eſt; vt emptio, venditio, locatio, aliiſque contractus iuriſgentium *e*. Non tamen omnes hi actus hac regula noſtra comprehenduntur: ſiquidem maxima eorum pars conditionem & diem recipiunt *f*. Quare huc accerſenda

*a l. verbis legis 120. ff. de verb. ſignif.*
*b l. ſi tibi 24. ff. de adoptio.*
*c vt in l. actus legitimi. ff. hoc noſtro tit.*
*d l. 1. ff. de verb. obligat.*
*e l. legitima. 6 ff. de pact.*
*f probant tituli. ff. de conditio. inſt. de conditio. & demonſtr. ext. de conditio. appoſ. & §. omnis ſtipulatio. Inſt. de verb. oblig. & alia loca quam plurima.*

eſt

eſt Pomponij regula, ad quam accommodanda erit hæc regula noſtra: *Actus legitimi*, inquit Pomponius, *qui non recipiunt diem vel conditionem; veluti emancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio, ſerui optio, datio tutoris; in totum vitiantur per temporis vel conditionis adiectionem. Nonnunquam tamen actus ſuprascripti tacitè recipiunt, quæ apertè comprehenſa vitium adferunt. Nam ſi acceptum feratur ei, qui ſub conditione promiſit ita demum egiſſe aliquid, acceptilatio intelligitur, ſi oblgationis conditio extiterit: quæ ſi verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum g.* Non igitur nudè & ſimpliciter de omnibus actibus legitimis hæc regula accipienda eſt, ſed quorum naturæ ſiue inſtitutioni repugnat diei vel conditionis adiectio, vt in exemplis à Pomponio allatis: quibus adde adoptionem, quæ omiſſa eſt à Pomponio, & diei adiectione *h*, ſicut electio, poſtulatio conditionis adiectione vitiantur *i*. Item matrimonij contractum, vbi ei conditio contra ſubſtantiam adiecta eſt; puta, ſi generationem prolis euitaueris, vel ſi adulterandam te tradideris, vel donec inuenero aliam ditiorem *k*. Neque adſurdum eſt, hanc regulam noſtram ita fusè loquentem, ad dictam Pomponij regulam reſtringere; cùm alibi apertiſſimis verbis dicat S. Pontifex;

g *ext. eſt in d.l. actus legitimi.*

h *d.l. ſi tibi. §. 2. de electio. lib. 6.*

k *c. ſi. ext. de condit. appoſ.*

*Quia verò ſicuti leges, non dedignatur ſacros Canones imitari; ita & ſacrorum ſtatuta canonum Principum conſtitutionibus adiuuantur l.*

l in c.1.verſ. quia ext. de nou.oper. nunc.

## REGVLA LI.

*Semel Deo dicatum, non eſt ad vſus humanos vlterius transferendum.*

DEo dicata dicuntur; ædes ſacræ, altaria, cœmiteria diuino cultui vel religioni conſecrata; quæ & idcircò humano commercio exempta ſunt *a*; ac nullius in bonis eſſe dicuntur *b*; adeò, vt ne quidem ligna Eccleſiæ dirutæ vel collapſæ, in vſum laicorum transferri poſſunt, ſed vel alteri Eccleſiæ ſiue Monaſterio applicanda, vel igne exurenda ſunt *c*. Continentur & hac regula noſtra monaſteria & hoſpitalia Epiſcopi auctoritate erecta *d*. Item calices, patenæ, veſtes, libri, aliaque inſtrumenta Eccleſiaſtica *e*; imò & prædia, vineæ, & reliquæ res Eccleſiæ; quæ & Deo conſecratæ dicuntur *f*.

a c.2. de immun. Eccleſ. lib.6.
b §. nullius cũ §§. ſeqq. Inſtitut. de rerum diuiſ.
c c.ligna. de conſecrat. diſt.1.
d c. quæ ſemel 19. quæſt. 3. c. ad hæc. 4. ext. de religioſ. domib.
e c. altaris. comm.4. cap. ſeqq. de conſecrat. diſt.1. & d. c. ad hæc c.1. ext. de pignorib.
f c. nulli liceat. c. prædia. 12. qu. 2.

RE-

## REGVLA LII.

*Non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum.*

EXemplum require ex c. 4. & c. 5. extr. de deſponſ. impub. vbi ſpecies talis refertur: Contracta ſunt ſpõſalia à Caio cum puella minore ſeptennio, poſteà idem Caius conſenſit in matrimonium cum matre eiuſdem puellæ: qua de re conſultus S. Pontifex reſcribit, matrimonium hoc cùm matre initum non impediri propter ſponſalia præcedentia cum filia: cùm ſponſalia ipſo iure, vtpote à minore ſeptennio contracta, non conſtiterint: ac proinde nullam publicæ honeſtatis iuſtitiam induxerint, ob quam aliàs inhibetur matrimonij contractus. Alterum exemplum iuris ciuilis ſit: Si quis poſt primum teſtamentum, alterum facere cœperit, ſed mortalitate præuentus, aut quia eius rei eum pœnituerit, id non perfecit: non ideò infirmantur priores tabulæ; cùm poſteriores effectum non habuerint *a*. Quæ ad illuſtrationem huius regulæ ſufficiant.

Perdit autem officium ſuum hæc regula ijs caſibus, in quibus vel ſola voluntas ſufficit ad producendum effectum; veluti in legato, quod & ademptum cenſetur priori lega-

*a* §. *ex eo autem. Inſtitut. quib. mod. teſtam. infirm.*

legatario; etiamſi poſterior legatarius talis ſit, in cuius perſona legatum, conſiſtere non poſſit *b*: vel ſi poſteriori teſtamento, licet imperfecto, legatum reuocatum fuerit, cùm hac in re ſola voluntas ſufficiat. *c*

b *l. planè vbi 34. in princ. ff. de leg.* 1 *l. etſi 20. ff. de adim. vel transf. leg.*
c *l. ex parte 22. ff. eod.*

Nec in delictis hæc regula obtinet; quæ licèt effectu careant, eò quòd contra iura admittantur *d*; hoc tamen non aliter accipiendum eſt, quàm quod attinet ad delinquentis commodum, ne ipſe ex delicto ſuo præmium vel impunitatem ferat; ſecùs quoad ipſius incommodum, quo plectitur vel mulctatur reus ob delictum ſuum. Neque huic regulæ obſtat text. in cap. vnico in princip. de ſponſalibus lib. 6. vbi ex ſponſalibus inualidis publica honeſtas oritur matrimonium ſubſequens impediens & contractum dirimens. Nam tametſi huiuſmodi ſponſalia ipſo iure nulla ſint: non tamen effectu carent, quoad opinionem vulgi, fortè exiſtimantis ea valida eſſe: vt meritò & in his ſponſalibus, publicæ honeſtatis tuendæ & conſeruandæ cauſa, receptum fuerit, ea non minùs impedimento eſſe iuſtis nuptijs quàm ſi legitimè contracta eſſent. *Semper in coniunctionibus*, inquit Modeſtinus, *non ſolùm quid liceat, conſiderandum eſt: ſed & quid honeſtum ſit e.* Verùm cum hodie

d *iuxta c. quæ contrà. infra eod.*

e *l. ſemper in coniunctionib. 42. ff. de ritu nupt.*

dic diſceſſum ſit ab hac ſententia d. c. vnici, per Concilium Tridentinum *f*; non eſt quod longè inſiſtamus.

*f Seſſ. 24. ca. 3. in decreto de reform. matr.*

## REGVLA LIII.

*Cui licet quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus.*

IN eandem ſententiam Vlpiani regula eſt in l. non debet. 21. ff. hoc eodem titul. Pertinet verò ad ea, quæ ſuprà retulimus ad cap. plus ſemper. Ibi latiùs vide & Accurſ. ad d. l. non debet.

## REGVLA LIV.

*Qui prior eſt tempore, potior eſt iure,*

HÆc regula latè ſe diffundit. Pertinet enim ad collationes beneficiorum Eccleſiaſticorum; vt ſi cui beneficij collatio prior facta eſt, poſteriori præferatur *a*: ad collegia; vt quo tempore quis in collegium receptus eſt, eo ordine cōſideat & ſententiā dicat *b*: ad hypothecas & pignora; vt & in his ſemper eius cauſa potior ſit, qui tēpore anteceſſit *c*: adeò licèt is, qui prior eſt, generalem hypothecam habeat omnium bonorū, poſterior

*a c. ei cui. 7. & c. ſi poſtquam. 13. & c. ſi tibi abſenti. 17. de preb. lib. 6.*
*b c. 1. ext. de maior. & obed. l. 1. ff. de albo ſcrib.*
*c l. prior. ff. qui potior. in pig.*

poſterior verò ſpecialem vnius rei: nihilominus ille & in hac re præferatur alteri, etiamſi ex bonis aliis pecuniam ſuã redigere poſſit *d*. Nec refert; poſteriori creditori pignus traditum ſit à debitore: adhuc enim potiores partes erunt prioris creditoris *e*; cùm res cum ſuo onere tranſierit ad poſteriorem creditorem *f*. Horum omnium ratio eſt; quòd ius quæſitum alteri, inuito auferri non poſſit *g*. Vbi verò nullum ius alteri quæſitum eſt, nihil impedit, poſteriorem priori præferri in iure adquirendo; veluti, in re duobus ſeparatim vendita vel donata; is enim, cui poſſeſſio prior tradita eſt, alteri licèt in contrahendo priori, præfertur; propterea quòd ex traditione poſterior rei dominium iam nactus ſit *h*: ſic & creditor poſterior, cui pignori res obligata eſt, antefertur omnibus perſonalibus creditoribus etiam prioribus, propter ius in re ſibi conſtitutum à debitore *i*. Aliter ſi nulla omnino res in pignus data eſſet: nam hac ſpecie omnium creditorum æqualis eſſet conditio; ita quòd is, cui prior ſolutio facta eſt, rem rectè retineat *k*; quia vigilantibus iura ſuccurrunt, non negligentibus *l*: præterquam ſi vnus vel plures creditores miſſi ſint in poſſeſſionem bonorum debitoris latitantis: nam nihil præiu-

*d l. 2. ff. d. titul. & l. ſi generaliter. 6. C. eod.*

*e l. creditor. 12. §. fin. ff. d. tit.*

*f c. ex literis. circa fin. ext. de pignerib. l. alienatio. ff. de cõtrah. empt.*

*g l. id quod noſtrum. & l. non debet alteri. ff. hoc noſtro tit.*

*h l. quoties. 15. C. de rei vind.*

*i l. eoſ. 9. C. qui potior. in pig. d. l. creditor. § ſi primus.*

*k l. priuilegia. 16. ff. de priuile. cred. vide ibi Interp.*

*l l. ſi pupillus. 24. circa fin. & l. qui autem. 6. § ſciendum. ff. quæ in fraud. cred.*

dicat

dicat horum diligentia cæteris creditoribus abſentibus, quin ſi poſteà veniant, concurrant ſimul cum in poſſeſſionem miſſis: ex Iuſtiniani conſtitutione *m*. Singulariter quoque receptum eſt in pignore in inſtrumento publico contracto; vt hoc præferatur alteri priuata manu conſcripto: niſi priuatim trium teſtium ſubſcriptione munitum ſit *n*.

m *in l. fin. C. de bonis auctor. iud. poßid.*

n *vide in l. ſcripturas* 11 *C. qui potior. in pig.*

## REGVLA LV.

*Qui ſentit onus, ſentire debet commodum, & è contrà.*

HÆc regula bimembris eſt, ſeu potius duas regulas in ſe continet. Prior eſt: Qui ſentit onus, ſentire debet commodum. Altera: Qui ſentit commodum, ſentire debet onus. Priorem Paulus ad naturalem æquitatem reuocat: *Secundùm naturam eſt*, inquiens, *commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda a*. Sed neque altera à ratione naturali aliena eſt: *Non enim ferendus eſt*, inquit Iuſtinianus, *qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit b.* Prioris exemplum videre eſt in emptore, qui quemadmodum poſt contractam emptionem, traditione nondum factâ, omne periculum emptę rei ſuſtinet, ita & commodum ſentiat, quod interim rei emptæ per alluuio-

a *l. ſecundùm naturam. ff. hoc tit.*

b *in l. Vnica §. pro ſecundo in fin. C. de caducis toll.*

allunionem, aut alia ratione acceſſit *c*. Et in vſufructuario, cui arbores demortuæ ideò cedunt; quod in locum earum alias ſubſtituere tenetur *d*. Poſterioris regulæ hæc exempla adferri poſſunt: Sicut inteſtati hereditas ad legitimos heredes venit, ita & tutela legitima *e*. Et Clericus, ſicut beneficij Eccleſiaſtici fructus percipit, ita & ad Eccleſiæ ſuæ refectionem *f*, adeoque ad peragendum officium tenetur *g*. Huc ſpectare videtur, quod contra Paſtores, quærentes quæ ſua ſunt, non quæ gregis, comminatur per Ezechielem Dominus: *Væ paſtoribus Iſra l, qui paſcebant ſemetipſos: nónne greges à paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craßum erat, occidebatis: gregem autem meum non paſcebatis.* Et paulò pòſt: *Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciam eos, vt vltrà non paſcant gregem, nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos; & liberabò gregem meum de ore eorum, & non erit vltrà eis in eſcam* h:

*c* §. *cum autem. Inſtitut. de empt. l.* 1. *C. de periculo & comm. rei vend.*

*d* *l. agri.* 18. *ff. de vſufru.*

*e* *Tit. Inſtit. de legitima patrò. tut. &* §. *ex his autem. Nouell. de heredibus ab inteſt.*

*f* *c.* 1. *ext. de Eccleſ. ædif.*

*g* *c. ſignificatum ext. de præbend.*

*h* *Ezechiel.* 34. *cap. citat & D. Peckius hunc locum, ad hanc regulam, numer.* 12.

RE-

## REGVLA LVI.

*In re communi potior eſt conditio prohibentis.*

QVia iniquum eſt, alieno facto quemquam lædi, aut ius ſuum diminui *a*: cùm & præcepto iuris inter alia, id diſertè caueatur; *honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere b.* Hinc Caius, *parietem*, inquit, *qui naturali ratione communis eſt, alterutri vicinorum demoliendi eum & reficiendi ius non eſt, quia non ſolus dominus eſt c.* Idque adeò, etiamſi meliorem repoſiturus eſſet; ob eandem rationem, quia non ſolus dominus eſt, & alteri inuito beneficium facere non poteſt *d.* Incruſtare tamen communem parietem, vel pretioſiſſimis picturis exornare *e*, vel ſcalas quæ remoueri poſſunt, ad parietem communem habere ſocio permiſſum eſt *f*; quia hæc ſocij alterius ius non lædunt. Quòd ſi vtatur ſocius re communi ad deſtinatum vſum, dubium non eſt, quin ab altero ſocio prohiberi non poſſit; veluti, ſi in commune ſepulchrum ſocius inferatur *g.* Porrò ſingulari iure receptum eſt in fiſco, vt is communem rem poſſit diuendere inuito ſocio *h*; idque fauore fiſci, cùm pluris ven-

Pp datur

a *l. non debet alteri. & l. factum cuique. ff. hoc tit. l. cuius 23. ff. de ſeruit. vrb. præd.*

b *hæc præcepta iuris extant in l. inſtit. 10. ff. de inſtit. & iure. in §. iuris præcepta, eod. tit. in Inſtit. in proœmio decretalium Greg. 9.*

c *textus eſt in l. pariete 7. ff. de ſeruitut. vrb. præd.*

d *l. inuito. ff. hoc tit.*

e *l. quidam. 12. §. fi. ff. de ſeruit. vrb. præd.*

f *l. fiſtulam. 18. §. fin. ff. iam d. tit.* g *§. in communem. Inſtit. de rer. diuiſ.* h *l. 2. C. de comm. rer. alienatio. l. 1. C. de vend. rer. fiſcal.*

datur res tota quàm pars. Item receptum eſt à iure, quòd ſocius alterum inuitum prouocare poſsit ad diuiſionem *i*; ad euitandas diſcordias, quas communio ſolet excitare *k*. Itaque regulare eſt: In re communi potiorem eſſe conditionem prohibentis. Quid ſi non prohibeat ſocius? Exiſtimat Peckius *l*. ſocium qui ſcit, & patitur, nec contradicit, mandare & permittere *m*. Aliter Papinianus, qui ex Sabino (cuius integrum reſponſum hîc ſubiiciam) ita cenſet: *Sabinus*, ait, *in re communi neminem dominorum iure facere quicquam inuito altero poſſe: vnde manifeſtum eſt prohibendi ius eſſe. In re enim pari potiorem cauſam eſſe prohibentis conſtat. Sed & ſi in communi prohiberi ſocius à ſocio, ne quid faciat, poteſt: vt tamen factum opus tollat, cogi non poteſt, ſi cùm prohibere poterat, hoc prætermiſit: & ideò per communi diuidundo actionem damnum reſarciri poterit. Sin autem facienti conſenſit, nec pro damno habet actionem; quòd ſi quid abſente ſocio ad læſionem eius fecit, tunc etiam tollere cogitur* n.

i *l. fi. C. cōmun. diuid.*
k *l. cum pater. 77. §. dulciſsimis. in fi. ff. de legat. 2. l. ſancimus. 34. §. ne autem. C. de donatio. vbi & caſus ſingularis.*
l *hic num. 2. in fin.*
m *per l. qui patitur. ff. mandati.*
n *textus in l. Sabinus 28. ff. Commun. diuid.*

RE-

## REGVLA LVII.

*Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, eſt interpretatio facienda.*

PEr legem intelligi pactum à contrahentibus adiectum *a*, quod ſi dubium eſt, ea interpretatio ſumitur, quæ eſt contra proferentem; cùm illi imputandum ſit, quare non apertiùs legem dixerit. Quò fit, vt interdum pro emptore contra venditorem, & pro conductore contra locatorem *b*; interdum verò contrà, interpretatio adhibeatur *c*. Quomodo exaudienda eſt iuris regula in l. in contrahenda ff. hoc titul. de venditore, qui ambiguum pactum venditioni adiecit, vt illi potius interpretatio noceat. Quare ſi proferens aliter rem intellexerit, id probare debet: qui enim aliud pro ſe allegat, probare tenetur *d*. Quod ſi non probauerit, culpæ ſuæ adſcribat, quod legem cùm in poteſtate ſua eſſet apertius non dixerit *e*. Sed cur non potius in obſcuro, quod minimum eſt ſequimur, iuxta regulam, *In obſcuris*, ſuprà à nobis explicatam? Idcircò, quòd hic alia cauſa ſubſit, cur minimum non ſequamur, vt iam dictum eſt; alioqui ſtamus dictæ regulæ, *In obſcuris*; quod ibi annotandum eſt. Quod verò cõtra hanc regulam adfertur ex l. inter ſtipulantem

a *vt & in l. legem 10. C. de pact. in l. ſi pro emptores 1. §. fi. ff. de actio. emp. in l. cõtractus 23. verſ. nam hoc ſeruabitur. ff. hoc tit. & alibi ſæpius.*

b *l. veteribus 39. ff. de pact. l. ſi arborem 16. §. fin. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. cum in lege 33. ff. de contrah. emp. 6. l. ſi in emptione 34. in princ. ff. de contrah. empt.*

d *l. 1. & l. 2. ff. de probatione d. l. veteribus.*

item 83. §. 1. ff. de verb. oblig. & ( x l. de die 8. in princip. ff qui ſatiſd. cog. Id fauore iudicij introductum eſt; ſicut ſuprà meminimus *f*. Ad l. eum qui 41. ff. de verb. oblig. rectè reſpondet gloſſa *g*. ideò promiſſionem in Calendas Ianuarias, de primis intelligi, nè actus corruat; fortè enim promiſſor ad vltimas Calendas huius mundi rem reiiceret.

f *ſup. eod. ad c. cum ſunt partium.*
g *hic.*

## REGVLA LVIII.

*Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum.*

EXpreſſa iuris ſententia eſt; Iuramentum toties ſeruandum eſſe, quoties non vergit in æternæ ſalutis diſpendium, nec redundat in alterius præiudiciũ *a*. Vbi ergo vergit in æternæ ſalutis diſpendium, ſeruandum non eſt, argumento ducto à contrario ſenſu, quod à iure receptum eſt *b*. Veluti eſt iuramentum contra bonos mores præſtitum; puta, de non alendo patre, vel eo non redimendo ab hoſtibus *c*: de adulterio, homicidio, ſiue alio delicto committendo *d*. Nec enim Iuramentum inuentũ eſt, vt ſit vinculum iniquitatis *e*. Neque in aduerſum viget textus

a *extat in c. 2. de pact. in 6. in c. cũ c-tingat 28. ext. de iureiur. in fin.*
b *per text. in l. 1. circa prin ff. de offi. eius. cui mand.*
c *l. conditiones. ff. de cõdit. inſt. c. cum quidam 12. § fi. ext. de iureiur.*
d *c 1. c. 2. non eſt obſeruandum. c. inter cætera. 22. q. 4. c. 1. verſ. & talia iuramenta. de iureiur. lib. 6.*
e *c. quanto 18. verſ. ſi falſũ ext. de iureiur. & d. c. inter cætera.*

textus in c. debitores. 6. ext. de iureiur. quo iuramentum de ſoluendis vſuris ſeruari iubetur. At vſuræ bonis moribus repugnant; cùm ſint iure diuino interdictæ *f*. Quiareſpondetur, in vſuris quidem peccatum verſari ex parte vſurarij, non autem ex parte promittẽtis vſuras *g*; vnde ex parte promittentis iuramentum ſeruandum eſt, & promiſſæ vſuræ ſoluendæ, licèt ſolutæ rurſus condicantur à creditore *h*. Idem trahendum eſt ad pactum legis commiſſoriæ iuramento confirmatum *i*. Igitur regula noſtra de bonis moribus exaudienda eſt, quorum contrarij turpes ſunt, & peccatum continent. Cæterùm ſi boni mores ciuiles ſint, id eſt, à iure ciuili introducti; nihil impedit, contrarium his iuramento confirmari poſſe, vti videre eſt in alienatione dotis, & renunciatione hereditatis paternæ; quæ licèt iure ciuili interdictæ ſint, iuramento tamen confirmantur, & obligationem inducunt *k*.

*f c. 3. c. 4. ext. de vſur.*

*g docet S. Thomas 2. 2. q. 78. art. 4.*

*h d. c. debitores. ext. de iureiur.*

*i de quo in c. ſignificante. 7. ext. de pignorib. & in l. fi. C. de pactis pignor.*

*k in c. cum cõtingat. ext. de iureiur. in c. 2. eod. tit. in 6. & in c. de pactis lib. 6.*

ligitur, non de minori; at verò minoris excommunicationis pœna mitior eſt, quàm maioris *n*; quia alia ratio ſubeſt in excommunicatione, quæ ideò in dubio de maiore intelligitur, quòd hæc magis ſaluti expediat ad continendos homines in officio Chriſtiani hominis (nam & idcircò medicinalis dicitur *o*.) Quod non eſt in excommunicatione minòre. Sed de hòc argumento fuſiùs agit Didacus Couarruuias, quem vide *p*. Coniunge ad hanc regulam, quæ retulimus ad cap. in obſcuris, ſuprà eodem.

n *vt in d. c. penult.*

o *cap. 1. de ſent. excom. lib. 6.*

p *ad c. alma mater. §. 8. num. 5.*

## REGVLA L.

*Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem.*

ACtum legitimum vocamus, qui à lege vel introductus eſt; vt ſunt heredis inſtitutio *a*, adoptio *b*, emancipatio, hereditatis aditio, & ſimilia *c*: vel à lege certam formam recepit: veluti ſtipulatio *d*: vel denique à lege approbatus eſt; vt emptio, venditio, locatio, alijque contractus iuriſgentium *e*. Non tamen omnes hi actus hac regula noſtra comprehenduntur: ſiquidem maxima eorum pars conditionem & diem recipiunt *f*. Quare huc accerſenda

a *l. verbis legis 120. ff. de verb. ſignif.*

b *l. ſi tibi 24. ff. de adoptio.*

c *vt in l. actus legitimi. ff. hoc noſtro tit.*

d *l. 1. ff. de verb. obligat.*

e *l. legitima. 6 ff. de pact.*

f *probant tituli. ff. de conditio. inſt. de conditio. & demonſtr. ext. de conditio. appoſ. & § omnis ſtipulatio. Inſt. de verb. oblig. & alia loca quam plurima.*

eſt

eſt Pomponij regula, ad quam accommodanda erit hæc regula noſtra: *Actus legitimi*, inquit Pomponius, *qui non recipiunt diem vel conditionem; veluti emancipatio, acceptilatio, hereditatis aditio, ſerui optio, datio tutoris; in totum vitiantur per temporis vel conditionis adiectionem. Nonnunquam tamen actus ſuprascripti tacitè recipiunt, quæ apertè comprehenſa vitium adferunt. Nam ſi acceptum feratur ei, qui ſub conditione promiſit ita demum egiſſe aliquid, acceptilatio intelligitur, ſi oblgationis conditio extiterit: quæ ſi verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum g.* Non igitur nudè & ſimpliciter de omnibus actibus legitimis hæc regula accipienda eſt, ſed quorum naturæ ſiue inſtitutioni repugnat diei vel conditionis adiectio, vt in exemplis à Pomponio allatis: quibus adde adoptionem, quæ omiſſa eſt à Pomponio, & diei adiectione *h*, ſicut electio, poſtulatio conditionis adiectione vitiantur *i*. Item matrimonij contractum, vbi ei conditio contra ſubſtantiam adiecta eſt; puta, ſi generationem prolis euitaueris, vel ſi adulterandam te tradideris, vel donec inuenero aliam ditiorem *k*. Neque adſurdum eſt, hanc regulam noſtram ita fusè loquentem, ad dictam Pomponij regulam reſtringere; cùm alibi apertiſſimis verbis dicat S. Pontifex;

g *ext. eſt in d.l. actus legitimi.*

h *d.l. ſi tibi. lc. 2. de electio. lib. 6.*

k *c. ſi. ext. de condit. appoſ.*

*Quia verò ſicuti leges, non dedignatur ſacros Canones imitari; ita & ſacrorum ſtatuta canonum de Principum conſtitutionibus adiuuantur l.*

l in c.1.verſ. quia ext. de nou.oper. nunc.

## REGVLA LI.

*Semel Deo dicatum, non eſt ad vſus humanos vlterius transſerendum.*

DEo dicata dicuntur; ædes ſacræ, altaria, cœmiteria diuino cultui vel religioni conſecrata; quæ & idcircò humano commercio exempta ſunt *a*; ac nullius in bonis eſſe dicuntur *b*; adeò, vt ne quidem ligna Eccleſiæ dirutæ vel collapſæ, in vſum laicorum transferri poſſunt, ſed vel alteri Eccleſiæ ſiue Monaſterio applicanda, vel igne exurenda ſunt *c*. Continentur & hac regula noſtra monaſteria & hoſpitalia Epiſcopi auctoritate erecta *d*. Item calices, patenæ, veſtes, libri, aliaque inſtrumenta Eccleſiaſtica *e*; imò & prædia, vineæ, & reliquæ res Eccleſiæ; quæ & Deo conſecratæ dicuntur *f*.

a c.2. de immun.Eccleſ. lib.6.
b §. nullius cũ §§. ſeqq. Inſtitut. de rerum diuiſ.
c c. ligna. de conſecrat. diſt.1.
d c. quæ ſemel 19. quæſt. 3. c. ad hæc. 4. ext. de religioſ. domib.
e c. altaris. comm. 4. cap. ſeqq. de conſecrat. diſt.1. & d. c. ad hæc c.1. ext. de pignorib.
f c. nulli liceat. c. prædia. 12. qu. 2.

RE-

## REGVLA LII.

*Non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum.*

EXemplum require ex c. 4. & c. 5. extr. de deſponſ. impub. vbi ſpecies talis refertur: Contracta ſunt ſpõſalia à Caio cum puella minore ſeptennio, poſteà idem Caius conſenſit in matrimonium cum matre eiuſdem puellæ: qua de re conſultus S. Pontifex reſcribit, matrimonium hoc cùm matre initum non impediri propter ſponſalia præcedentia cum filia: cùm ſponſalia ipſo iure, vtpote à minore ſeptennio contracta, non conſtiterint: ac proinde nullam publicæ honeſtatis iuſtitiam induxerint, ob quam aliàs inhibetur matrimonij contractus. Alterum exemplum iuris ciuilis ſit: Si quis poſt primum teſtamentum, alterum facere cœperit, ſed mortalitate præuentus, aut quia eius rei eum pœnituerit, id non perfecit: non ideò infirmantur priores tabulæ; cùm poſteriores effectum non habuerint *a*. Quæ ad illuſtrationem huius regulæ ſufficiant. a §. *ex eo autem. Inſtitut. quib. mod. teſtam. infir.*

Perdit autem officium ſuum hæc regula ijs caſibus, in quibus vel ſola voluntas ſufficit ad producendum effectum; veluti in legato, quod & ademptum cenſetur priori lega-

legatario; etiamſi poſterior legatarius talis ſit, in cuius perſona legatum, conſiſtere non poſſit *b*: vel ſi poſteriori teſtamento, licet imperfecto, legatum reuocatum fuerit, cùm hac in re ſola voluntas ſufficiat. *c*

b *l. planè vbi 34. in princ. ff. de leg.* 1. *l. etſi 20. ff. de adim. vel transf. leg.*
c *l. ex parte 22. ff. eod.*

Nec in delictis hæc regula obtinet; quæ licèt effectu careant, eò quòd contra iura admittantur *d*; hoc tamen non aliter accipiendum eſt, quàm quod attinet ad delinquentis commodum, ne ipſe ex delicto ſuo præmium vel impunitatem ferat; ſecùs quoad ipſius incommodum, quo plectitur vel mulctatur reus ob delictum ſuum. Neque huic regulæ obſtat text. in cap. vnico in princip. de ſponſalibus lib. 6. vbi ex ſponſalibus inualidis publica honeſtas oritur matrimonium ſubſequens impediens & contractum dirimens. Nam tametſi huiuſmodi ſponſalia ipſo iure nulla ſint: non tamen effectu carent, quoad opinionem vulgi, fortè exiſtimantis ea valida eſſe: vt meritò & in his ſponſalibus, publicæ honeſtatis tuendæ & conſeruandæ cauſa, receptum fuerit, ea non minùs impedimento eſſe iuſtis nuptijs quàm ſi legitimè contracta eſſent. *Semper in coniunctionibus*, inquit Modeſtinus, *non ſolùm quid liceat, conſiderandum eſt: ſed & quid honeſtum ſit e.* Verùm cum hodie

d *iuxta c. quæ contrà. infra eod.*

e *l. ſemper in coniunctionib. 42. ff. de ritu nupt.*

die diſceſſum ſit ab hac ſententia d. c. vnici, per Concilium Tridentinum *f*; non eſt quod longè inſiſtamus.

*f Seſſ. 24. ca. 3. in decreto de reform. matr.*

## REGVLA LIII.

*Cui licet quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus.*

IN eandem ſententiam Vlpiani regula eſt in l. non debet. 21. ff. hoc eodem titul. Pertinet verò ad ea, quæ ſuprà retulimus ad cap. plus ſemper. Ibi latiùs vide & Accurſ. ad d. l. non debet.

## REGVLA LIV.

*Qui prior eſt tempore, potior eſt iure,*

HÆc regula latè ſe diffundit. Pertinet enim ad collationes beneficiorum Eccleſiaſticorum; vt ſi cui beneficij collatio prior facta eſt, poſteriori præferatur *a*: ad collegia; vt quo tempore quis in collegium receptus eſt, eo ordine cõſideat & ſententiã dicat *b*: ad hypothecas & pignora; vt & in his ſemper eius cauſa potior ſit, qui tẽpore anteceſſit *c*: adeò licèt is, qui prior eſt, generalem hypothecam habeat omnium bonorũ, poſterior

*a c. ei cui. 7. & c. ſi poſtquam. 13. & c. ſi tibi abſenti. 17. de preb. lib. 6.*
*b c. 1. ext. de maior. & obed. l. 1. ff. de albo ſcrib.*
*c l. prior. ff. qui potior. in pig.*

poſterior verò ſpecialem vnius rei: nihilominus ille & in hac re præferatur alteri, etiamſi ex bonis aliis pecuniam ſuã redigere poſſit *d*. Nec refert; poſteriori creditori pignus traditum ſit à debitore: adhuc enim potiores partes erunt prioris creditoris *e*; cùm res cum ſuo onere tranſierit ad poſteriorem creditorem *f*. Horum omnium ratio eſt; quòd ius quæſitum alteri, inuito auferri non poſſit *g*. Vbi verò nullum ius alteri quæſitum eſt, nihil impedit, poſteriorem priori præferri in iure adquirendo; veluti, in re duobus ſeparatim vendita vel donata; is enim, cui poſſeſſio prior tradita eſt, alteri licèt in contrahendo priori, præfertur; propterea quòd ex traditione poſterior rei dominium iam nactus ſit *h*: ſic & creditor poſterior, cui pignori res obligata eſt, antefertur omnibus perſonalibus creditoribus etiam prioribus, propter ius in re ſibi conſtitutum à debitore *i*. Aliter ſi nulla omnino res in pignus data eſſet: nam hac ſpecie omnium creditorum æqualis eſſet conditio; ita quòd is, cui prior ſolutio facta eſt, rem rectè retineat *k*; quia vigilantibus iura ſuccurrunt, non negligentibus *l*: præterquam ſi vnus vel plures creditores miſſi ſint in poſſeſſionem bonorum debitoris latitantis: nam nihil præiudicat

*d l. 2. ff. d. titul. & l. ſi generaliter. 6. C. eod.*
*e l. creditor. 12. §. fin. ff. d. tit.*
*f c. ex literis. circa fin. ext. de pignerib. l. alienatio. ff. de cõtrah. empt.*
*g l. id quod noſtrum. & l. non debet alteri. ff. hoc noſtro tit.*
*h l. quoties. 15. C. de rei vind.*
*i l. eoſ. 9. C. qui potior. in pig. d. l. creditor. §. ſi primus.*
*k l. priuilegia. 16. ff. de priuile. cred. vide ibi Interp.*
*l l. ſi pupillus. 24. circa fin. & l. qui autem. 6. §. ſciendum. ff. quæ in fraud. cred.*

dicat horum diligentia cæteris creditoribus abſentibus, quin ſi poſteà veniant, concurrant ſimul cum in poſſeſſionem miſſis: ex Iuſtiniani conſtitutione *m.* Singulariter quoque receptum eſt in pignore in inſtrumento publico contracto; vt hoc præferatur alteri priuata manu conſcripto: niſi priuatim trium teſtium ſubſcriptione munitum ſit *n.*

m *in l. fin. C. de bonis auctor. iud. poßid.*

n *vide in l. ſcripturas* 11 *C. qui potior. in pig.*

## REGVLA LV.

*Qui ſentit onus, ſentire debet commodum, & è contrà.*

HÆc regula bimembris eſt, ſeu potius duas regulas in ſe continet. Prior eſt: Qui ſentit onus, ſentire debet commodum. Altera: Qui ſentit commodum, ſentire debet onus. Priorem Paulus ad naturalem æquitatem reuocat: *Secundùm naturam eſt*, inquiens, *commoda cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda a.* Sed neque altera à ratione naturali aliena eſt: *Non enim ferendus eſt*, inquit Iuſtinianus, *qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit b.* Prioris exemplum videre eſt in emptore, qui quemadmodum poſt contractam emptionem, traditione nondum factâ, omne periculum emptę rei ſuſtinet, ita & commodum ſentiat, quod interim rei emptæ per

a *l. ſecundùm naturam. ff. hoc tit.*

b *in l. Vnica §. pro ſecundo in fin. C. de caducis toll.*

alluuio-

alluuionem, aut alia ratione acceſſit *c*. Et in vſufructuario, cui arbores demortuæ ideò cedunt; quod in locum earum alias ſubſtituere tenetur *d*. Poſterioris regulæ hæc exempla adferri poſſunt: Sicut inteſtati hereditas ad legitimos heredes venit, ita & tutela legitima *e*. Et Clericus, ſicut beneficij Eccleſiaſtici fructus percipit, ita & ad Eccleſiæ ſuæ refectionem *f*, adeoque ad peragendum officium tenetur *g*. Huc ſpectare videtur, quod contra Paſtores, quærentes quæ ſua ſunt, non quæ gregis, comminatur per Ezechielem Dominus: *Væ paſtoribus Iſra l, qui paſcebant ſemetipſos: nónne greges à paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craßum erat, occidebatis: gregem autem meum nonpaſcebatis*. Et paulò póſt: *Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciam eos, vt vltrà non paſcant gregem, nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos; & liberabò gregem meum de ore eorum, & non erit vltrà eis in eſcam* h:

c §. cum autem. Inſtitut. de empt. l. 1. C. de periculo & comm. rei vend.

d l. agri. 18. ff. de vſufru.

e Tit. Inſtit. de legitima patrò. tut. & §. ex his autem. Nouell. de heredibus ab inteſt.

f c. 1. ext. de Eccleſ. ædif.

g c. ſignificatum ext. de præbend.

h Ezechiel. 34. cap. citat & D. Peckius hunc locum, ad hanc regulam, numer. 12.

RE-

## REGVLA LVI.

*In re communi potior eſt conditio prohibentis.*

QVia iniquum eſt, alieno facto quemquam lædi, aut ius ſuum diminui *a*: cùm & præcepto iuris inter alia, id diſertè caueatur; *honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere b.* Hinc Caius, *parietem*, inquit, *qui naturali ratione communis eſt, alterutri vicinorum demoliendi eum & reficiendi ius non eſt, quia non ſolus dominus eſt c.* Idque adeò, etiamſi meliorem repoſiturus eſſet; ob eandem rationem, quia non ſolus dominus eſt, & alteri inuito beneficium facere non poteſt *d.* Incruſtare tamen communem parietem, vel pretioſiſſimis picturis exornare *e*, vel ſcalas quæ remoueri poſſunt, ad parietem communem habere ſocio permiſſum eſt *f*; quia hæc ſocij alterius ius non lædunt. Quòd ſi vtatur ſocius re communi ad deſtinatum vſum, dubium non eſt, quin ab altero ſocio prohiberi non poſsit; veluti, ſi in commune ſepulchrum ſocius inferatur *g*. Porrò ſingulari iure receptum eſt in fiſco, vt is communem rem poſsit diuendere inuito ſocio *h*; idque fauore fiſci, cùm pluris ven-

Pp datur

a *l. non debet alteri. & l. factum cuique. ff. hoc tit. l. cuius 23. ff. de ſeruit. vrb. præd.*

b *hæc præcepta iuris extant in l. inſtit. 10. ff. de inſtit & iure. in §. iuris præcepta, eod. tit. in Inſtit. in proœmio decretalium Greg. 9.*

c *textus eſt in l. parietē 7. ff. de ſeruitut. vrb. præd.*

d *l. inuito. ff. hoc tit*

e *l. quidam. 12. §. fi. ff. de ſeruit. vrb. præd.*

f *l. fiſtulam. 18. §. fin. ff. iam d. tit.* g *§. in communem. Inſtit. de rer. diuiſ.* h *l. 2. C. de comm. rer. alienatio. l. 1. C. de vend. rer. fiſcal.*

datur res tota quàm pars. Item receptum eſt à iure, quòd ſocius alterum inuitum prouocare poſsit ad diuiſionem *i*; ad euitandas diſcordias, quas communio ſolet excitare *k*. Itaque regulare eſt: In re communi potiorem eſſe conditionem prohibentis. Quid ſi non prohibeat ſocius? Exiſtimat Peckius *l*. ſocium qui ſcit, & patitur, nec contradicit, mandare & permittere *m*. Aliter Papinianus, qui ex Sabino (cuius integrum reſponſum hîc ſubiiciam) ita cenſet: *Sabinus*, ait, *in re communi neminem dominorum iure facere quicquam inuito altero poſſe: vnde manifeſtum eſt prohibendi ius eſſe. In re enim pari potiorem cauſam eſſe prohibentis conſtat. Sed & ſi in communi prohiberi ſocius à ſocio, ne quid faciat, poteſt: vt tamen factum opus tollat, cogi non poteſt, ſi cùm prohibere poterat, hoc prætermiſit: & ideò per communi diuidundo actionem damnum reſarciri poterit. Sin autem facienti conſenſit, nec pro damno habet actionem; quòd ſi quid abſente ſocio ad læſionem eius fecit, tunc etiam tollere cogitur* n.

i *l. fi. C. cõmun. diuid.*

k *l. cum pater. 77. §. dulciſsimis. in fi. ff. de legat. 2. l. ſancimus. 34. §. ne autem. C. de donatio. vbi & caſus ſingularis.*

l *hic num. 2. in fin.*

m *per l. qui patitur. ff. mandati.*

n *textus in l. Sabinus 28. ff. Commun. diuid.*

RE-

## REGVLA LVII.

*Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, eſt interpretatio facienda.*

PEr legem intelligi pactum à contrahentibus adiectum *a*, quod ſi dubium eſt, ea interpretatio ſumitur, quæ eſt contra proferentem; cùm illi imputandum ſit, quare non apertiùs legem dixerit. Quò fit, vt interdum pro emptore contra venditorem, & pro conductore contra locatorem *b*; interdum verò contrà, interpretatio adhibeatur *c*. Quomodo exaudienda eſt iuris regula in l. in contrahenda ff. hoc titul. de venditore, qui ambiguum pactum venditioni adiecit, vt illi potius interpretatio noceat. Quare ſi proferens aliter rem intellexerit, id probare debet: qui enim aliud pro ſe allegat, probare tenetur *d*. Quod ſi non probauerit, culpæ ſuæ adſcribat, quod legem cùm in poteſtate ſua eſſet apertius non dixerit *e*. Sed cur non potius in obſcuro, quod minimum eſt ſequimur, iuxta regulam, *In obſcuris*, ſuprà à nobis explicatam? Idcircò, quòd hic alia cauſa ſubſit, cur minimum non ſequamur, vt iam dictum eſt; alioqui ſtamus dictæ regulæ, *In obſcuris*; quod ibi annotandum eſt. Quod verò cõtra hanc regulam adfertur ex l. inter ſtipulantem

a *vt & in l. legem* 10. C. *de pact. in l. ſi pro emptore* 1. §. *fi. ff. de actio. emp. in l. cõtractus* 23. *verſ. nam hoc ſeruabitur. ff. hoc tit. & alibi ſæpius.*
b *l. veteribus* 39. *ff. de pact. l. ſi arborem* 16. §. *fin. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. cum in lege* 33. *ff. de contrah. emp.* 6. *l. ſi in emptione* 34. *in princ. ff. de contrah. empt.*
d *l.* 1. *& l.* 2. *ff. de probatione d. l. veteribus.*

textus in c. debitores. 6. ext. de iureiur. quo iuramentum de ſoluendis vſuris ſeruari iubetur. At vſuræ bonis moribus repugnant; cùm ſint iure diuinò interdictæ *f*. Quiareſpondetur, in vſuris quidem peccatum verſari ex parte vſurarij, non autem ex parte promittẽtis vſuras *g*; vnde ex parte promittentis iuramentum ſeruandum eſt, & promiſſæ vſuræ ſoluendæ, licèt ſolutæ rurſus condicantur à creditore *h*. Idem trahendum eſt ad pactum legis commiſſoriæ iuramento confirmatum *i*. Igitur regula noſtra de bonis moribus exaudienda eſt, quorum contrarij turpes ſunt, & peccatum continent. Cæterùm ſi boni mores ciuiles ſint, id eſt, à iure ciuili introducti; nihil impedit, contrarium his iuramento confirmari poſſe, vti videre eſt in alienatione dotis, & renūnciatione hereditatis paternæ, quæ licèt iure ciuili interdictæ ſint, iuramento tamen confirmantu ,& obligationem inducunt *k*.

*f c.3.c.4.ext. de vſur-*

*g docet S. Thomas 2. 2.q.78.art. 4. h d.c.debitores. ext. de iureiur.*

*i de quo in c. ſignificante. 7.ext.de pignorib.& in l.fi.C.de pactis pignor.*

*k in c. cum cõtingat.ext. de iureiur. in c.2. eod. tit. in 6.& in c. de pactis lib. 6.*

uerſa ſit petitionis & reſtitutionis; veluti, ſi poſſeſsio rei petatur à proprietario, vt in l.1. §.1.ff. Quor.legator.*f*.

*f adde & c.3. ext. de cauſa poß. & propriet.*

## REGVLA LX.

*Non eſt in mora, qui poteſt exceptione legitima ſe tueri.*

QVid mora ſit, ſuprà explicauimus *a*. Exceptio legitima eſt, pacti de non petendo, doli mali, metus, iuriſiurandi & ſimiliũ *b*. Item ſi quis valetudine, tempeſtate, vi fluminis, vel aliàs iuſtè impeditus fuerit *c*. Hæc enim à mora excuſant, & ſubſequenter etiam à pœna vel damno *d*. Quò ſpectat iuris ciuilis regula: *Nihil intereſt, ipſo iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur e*: ſcilicet, quod ad effectum attinet: nam actio per exceptionem oppoſitam eliditur *f*.

a *ad c. moræ ſua ſup. eod.*
b *de quib. ſub tit. Inſtit. & ff. de except.*
c *l.2.§.1. cũ ſeqq. ff. Si quis cautionib.*
d *d.l.2. & c. penult. circa fin. ext. de pignore.*
e *l. nihil intereſt. ff. l. tit.*
f *l.2. de exceptionib, l. ſi iudex. 41. ff. de minorib.*

## REGVLA LXI.

*Quod ob gratiam alicuius conceditur, non eſt in eius diſpendium retorquendum.*

EAdem ſententia eſt l. quod fauore 6. C. de legibus. Exempla require in c.2. ad Apoſtolicam 16. ext. de regularibus in l. non eo minus 14. C. de procuratoribus, in l. ſi iudex 42. ff. de minoribus.

# REGVLA LXII.

*Nullus ex conſilio dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur.*

Conuenit cum l. conſilij. 47. ff. h. tit. Et ratio eſt; nam liberum cuique eſt apud ſe explorare, an expediat ſibi conſilium *a*. Deinde iniquum eſſet conſultori damnoſum eſſe officium ſuum *b*. Præterquam, ſi ego alteri conſulerem, vt Titio (& ſic certæ perſonæ) pecuniam crederet, aliàs non facturo; tenebor enim mandati actione *c*: ad ſimilitudinem fideiuſſionis *d*. Vel ſi fraudulentum conſilium alteri ſubmitterem; in me competet actio de dolo, iuxta hanc regulã *e*. Planè & in Aſſeſſore receptum eſt, vt ſi is per imperitiam Magiſtratui aliter conſulat quàm oportet, ipſe teneatur *f*; quemadmodum & medicus, ſi per imperitiam peccauerit *g*. Sed hoc ideò, quòd vterque in culpa ſit. Quippe nemo affectare debet id, in quo vel intelligit, vel intelligere debet, infirmitatem ſuam alij periculoſam futuram *h*.

a *l. 1. in fin. ff. mandati.*
b *l. ſeq. ſi quis 7. ff. quemad. teſt. aper.*
c *§. tua tantum. verſ. & adeo. Inſt. de mandato. & l. ſi remunerandi. 6. §. ſi tibi mandauero. ff. mandati.*
d *Cõtius ad d. § tua tantum in notis.*
e *& in d. l. cõſilij ff. eod.*
f *per text. in l. 2. ff. quod quiſque iuris*
g *l. illicitas. 6 §. ſicuti ff. de offic. præſid. l. idem 8. in princ. ff. ad leg. Aquil.*
h *d. l. idem. circa fin.*

RE-

# REGVLA LXIII.

*Exceptionem obijciens non videtur de intentione aduerſarij confiteri.*

REgula huc tranſlata eſt ex c. 6. ext. de exceptio. & conſentit cum Marcelli reſponſo in l. non vtique 9. ff. de exceptio. Exempli loco ſit, ſi petenti debitum reus conuentus obiiciat ſolutionem, vel pactum de non petendo, vel aliam exceptionem: non enim idcircò reus confitetur debitum præceſſiſſe: aut ſi rei vendicatione conuentus excipiat ſe eandem rem ab actore, donationis, permutationis, aut ſimili titulo accepiſſe. Nec enim inde inferendum eſt, actorem anteà dominum fuiſſe *a*. Ratio in eo conſiſtit; quòd exceptio non aliâ mente obiicitur à reo, quàm ad excludendam actoris intentionem, non ad eam fundandam. Non igitur contrarium effectum operari debet exceptio: actus enim noſtri (dici ſolet) non operãtur vltra intentionem noſtram *b*. Neque in dubio credendus eſt reus, eam viam ſibi eligere voluiſſe, vt ſeipſum impugnaret & aduerſarium iuuaret *c*. Huc reuocatur illa quæſtio; An qui hominem defendendi ſui cauſa ſe occidiſſe fatetur, homicidiũ eo ipſo confiteatur, & tanquam homicida plectendus ſit, ſi defenſionem non probet? Quod certè

a *per hanc regulam noſtram.*

b *ex l. non omnis 19. in princ. ff. Si cert. petat.*

c *arg. l. 3. ff. de milit. teſtam.*

non videtur, ſi æquitatem regulæ noſtræ ſequamur *d*: Omnium tamen tutiſsimum erit, ſi reus exceptionem ſuam conditionaliter obijciat, dicendo: Nego me tibi debere, ſed ſi debui ſolui tibi. & ita in cæteris; vt hac ratione oneretur aduerſarius ad probandam intentionem ſuam *e*.

*d Vide Dec. & alios, ad c. 6. ext. de except.*
*e per text. in l. ſiquidẽ 9. C. de except.*

## REGVLA LXIV.

*Quæ contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.*

HVc pertinent, quæ ſuprà retulimus *a*. Adeoque obtinet hæc regula: etiamſi ſimpliciter à iure quid prohibitum ſit, nulla adiecta clauſula (vt loquimur) derogatoria vel annullatiua actus *b*. Nec enim iuris prohibitio licèt ſimplex, effectu carere debet *c*.

Interim nonnullis caſibus ab hac regula diſceditur: veluti in matrimonio contracto poſt ſimplex continentiæ votum *d*: vel contra interdictum Eccleſiæ *e*: vel cum neophyta, id eſt, cum ea, quam quis ante Baptiſmum in fidei Chriſtianæ articulis inſtituit *f*: item in ordinatione Clericorum *g*, & conſecratione Eccleſiæ ab alieno Epiſcopo facta *h*. item;

*a ad c. non firmatur & ad cmõ præſtat ſupr. eod.*
*b per text. in l. non dubiũ 5. C. de legib & quæ ibid. tradit Iaſon num. 17. c. c. vides diſt. 10.*
*d c. rurſus 6. ext. qui Cler. vel vouent. & c. vnico. de voto & voti redemp. in 6.*
*e tit. ext. de matrim. contracto contra interdict.* *f c. 2. de cognatio. ſpiritu. libr. 6.* *g c. fin. qu. 2* *h c. Epiſcopus in diœceſi. 7. q. 1.*

item in ſententia iudicis, duriùs *i*, vel ſub conditione lata *k*. Hæc & ſi quæ alia ſint, licèt prohibente iure fiant, non tamen pro infectis habentur; eò quòd ius expreſsè illa ſuſtineat ex certis cauſis, non perſeuerando intra limites prohibitionis *l*. Aliter in cæteris caſibus, qui prohibiti ſunt, ſed non permiſſi à iure; in quibus ſtatur regulæ noſtræ.

i *vt in l. moris 9. §. ſed non. ff. de pœnis, in l. relegatorum. 7. §. ad tempus. ff. de interdict. & releg.*

k *l. 1. §. biduũ ff. quãdo appell. ſit add. caſum in l. 3. ff. de offic. prætoris.*

l *facit text. in c. ad apoſtolicam 16. circa fin. ext. de regularib.*

## REGVLA LXV.

*In pari delicto vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis.*

Ex hac regula efficitur: Si pecunia alicui data ſit, ſtupri, homicidij, vel alterius delicti cauſa; ea repeti non poſſit, quia vtriuſque turpitudo tam dantis quàm accipientis verſatur *a*: ſecus, ſi tantùm turpitudo ſit ex parte recipientis, vtputa, Dedi tibi, ne furtum faceres, ne hominem occideres, vel vt depoſitum vel commodatum reſtitueres. Nam his & ſimilibus ſpeciebus repetitioni locus eſt *b*: ſi tamen priuſquam delinqueres, dederim. Nam quod poſt delictum admiſſum datum eſt, non repetitur; cùm ſolutio ſubſequens aboleat & purget turpitudinem præcedentem *c*. Idem enim ſeruatur in metu, quem & expellit

a *l. 3. l. 4. C. de cõdict. ob turp. cauſ. & l. 2. C. d. tit.*

b *l. 2. ff. d. tit.*

c *l. penult. ff. eod.*

pellit ſubſequens ſpontanea ſolutio *d*. Adde quæ diximus alibi *e*.

d *l.2. C. de his quæ vi metuſve cauſ.*
e *ad c. cum ſunt partium. ſuprà eod.*

## REGVLA LXVI.

*Cùm non ſtat per eum, ad quem pertinet, quò minus conditio impleatur, haberi debet perinde ac ſi impleta fuiſſet.*

VIde quæ tradidimus ad c. imputari ſupra eod.

## REGVLA LXVII.

*Quod alicui ſuo non licet nomine, nec alieno licebit.*

HVic conſequens eſt; ſicut prohibemur noſtro nomine exercere vſuras, ita & alieno nomine, etiam pro redimenda vita captiui *a*. Parens quoque qui ſibi teſtamentum facere non poteſt, nec liberis ſuis poteſt *b*. Aliaque exempla breuitatis ſtudio omittimus. Sed reſtringenda eſt hæc regula: Niſi ratio prohibitionis ex perſona mea proueniens, ceſſet in perſona alterius. Vt ecce certum eſt me non poſſe meo nomine conſentire in matrimonium cum mea conſanguinea vel affine intra quartum gradum *c*: at non prohibeor extranei nomine.

a *c.4. ext. de vſuris.*
b *§. libris. Inſtit. de pupill. ſubſtitut.*
c *c. nõ debet. ext. de conſang. & affin.*

ne, tanquam procurator cum eadem matrimonium contrahere *d*: quia in extraneo ceſſat impedimentum, quod ex parte mea ſubeſt. Item filiusfamiliàs in iudicio ſine conſenſu patris agere vel conueniri non poteſt *e*: at alieno nomine poteſt *f*, quia nullum hîc periculum filio vel patri vertitur: cùm ſi cauſa cadat filius, executio ſententiæ in principalem dirigatur *g*. Sic licèt per alienum fundum inuito domino, ire, agere meo nomine non poſſim; tamen alieno nomine poſſum, qui ſeruitutem eundi vel agendi habet *h*. Et qui alias iudex non eſt, ex delegatione iudicis ordinarij rectè iudicat *i*. Verùm hæc & ſimilia, ex perſona alterius fiunt, cui ea licent.

d *c. fi. de procuratore lib. 6.*

e *c. 3. de iudiciis lib. 6.*

f *l. fi. §. 1. C. de bonis quæ lib.*

g *c. qui generaliter. 5. §. 1. de procurat. lib. 6.*

*gl. Plautius. 61. ff. de procurator. vide tamen Bart. ad d. §. 1.*

h *l. ſi ſtipulatus fuero 11. ff. de verbor. oblig.*

i *toto tit. decretal. de offi. & pot. iud. deleg.*

## REGVLA LXVIII.

*Poteſt quis per alium quod poteſt facere per ſeipſum.*

HÆc regula ſuperiorem non malè ſequitur. Illa negatiua eſt; hæc affirmatiua, in eodem argumenti genere. Quò ſpectat Titulus vtriuſque iuris de procuratoribus: *Vſus procuratorum*, inquit I. C. *perquàm neceſſarius eſt; vt qui rebus ſuis supereſſe vel nolunt, vel non poſſunt, ſaltem per alios poſſint vel agere vel conueniri a.* Item, in aliis obliga-

a *l. 1. §. penult. de procurator.*

ligationibus facti, receptum eſt *b*. Qui enim per alium facit, per ſeipſum facere videtur *c*; niſi vbi perſonæ induſtria electa eſt; puta ſi ſpecialiter actum ſit, vt quis ſuis operis factum præſtet *d*, aut perſonaliter negotium exequatur *e*, vel pro forma introductũ ſit à lege, vt res non per alium, ſed per ſeipſum explicetur, ſicuti in recitatione ſententiæ, quæ ab ipſo iudice facienda eſt *f* (exceptis tamen illuſtribus perſonis, quibus etiam id per alios licet *g*.) Item teſtamenti factione, quam per ſe præſtare debet teſtator, non permittere voluntati alterius *h*; vel aliàs factum proprium requirit lex; vt in confeſſione peccatorum, quæ ab ipſo pœnitente coram Sacerdote explicanda eſt *i*: in tutore, curatore & procuratore, qui antequam per alium in iudicio agere poſſunt, lis antè ab ipſis conteſtanda eſt *k*: tum criminales cauſæ per ſe, non procuratorem agitantur *l*. In ſumma vbi lex vel conuentio partium proprium factum deſiderat, ceſſat hæc regula noſtra.

b *per tex. in l. veteris* 13. *circa fin. C. de contrah. vel commit. ſtipul. l. cõtinuus.* 37. §. *ſi ab eo. ff. de verb. oblig.* c *c. qui facit infra cod.* d *l. inter artifices.* 3. *ff. de ſolutio.* e *c. fin. & ibi latius ext. de offi. & pot. iud. deleg.* f *l.* 1. 2. & 3. *C. de ſentẽt. ex breuit. recit.* g *d. l.* 2. h *l. illa inſtitutio.* 32. *l. ſi quis Sempronium* 68. *ff. de hered. inſtitut, vide quæ tradunt Dd ad c. cum tibi.* 13. *ext. de teſta.* i *c.* 88. *quam pœnitet. de pœnitent. diſtinct.* 1. k *l. neque* 11. *l. procura.* 22. *cum l. ſeq. C. de procur.* l *l. penult.* §. 1. *ff. de publ. iudic. capit. veniens.* 15. *ext. de accuſ.*

RE-

## REGVLA LXIX.

*In malis promiſsis fidem non expedit obſeruari.*

ELeganter Iſidorus. *In malis* promiſsis, inquit, *reſcinde fidem: in turpi voto muta decretum; quod incautè vouiſti, ne facias: impia enim eſt promiſsio, quæ ſcelere adimpletur a.* Quare ex huiuſmodi promiſſione nulla naſcitur obligatio *b:* ne quidem ſi iuramentum acceſſerit *c.* Imò mala promiſſa à iure inter impoſsibilia recenſentur. Nam, vt ſcitè ait Papinianus: *Quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecundiam noſtram, & [vt generaliter dixerim] quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt d.* Quare verbum, *expedit*, in regula noſtra ad neceſſitatem trahendum eſt.

Neque his aduerſantur Tituli iuris, de dolo malo & de eo quod metus cauſa; quibus id quod dolo vel metu geſtum eſt, ipſo iure valet, ſed ex edicto prætoris reſcinditur: at dolus malus & metus per ſe turpes ſunt. Quia reſpondetur; etiamſi per ſe turpes ſint, non tamen res ipſa quæ promittitur vel geritur per dolum vel per metum, in ſe turpis eſt. Qua ſpecie loquuntur dicti tituli: Regula verò noſtra exaudienda eſt de turpi: inquit enim, *in malis promiſsis*; non verò in malè promiſsis; quæ diuerſa ſunt.

a *textus eſt in c. in malis 22. qu. 4.*
b *l. generaliter. 26. ff. de verb. oblig.*
c *c. non eſt obligatorium ſupra eod.*
d *tex. eſt in l. filius. 15. ff. de condit. inſtitut.*

RE-

# REGVLA LXX.

*In alternatiuis debitoris eſt electio: & ſufficit alterum adimpleri.*

ALternatiua dicere ſolemus illa, quæ cum diſiunctione efferuntur, interiecta, videlicet, vocula, *aut*, *vel*, *ſiue*, aut ſimili. Item, ſi duo aut plura abſque diſiunctione proferantur *a*: Quamuis Paulus, & rectè, hoc non tam ex verbis, quàm ex re æſtimandum cenſeat: *Cùm ſæpè coniuncta pro diſiunctis accipiantur, & diſiuncta pro coniunctis b.* In iis igitur quæ re ipſa alternatiua ſunt, locum ſibi vendicat regula noſtra. Itaque alternatiuorum ea conditio eſt, vt debitori poteſtatem faciant, alterum ex iis eligendi vel implendi, tam in contractibus quàm in vltimis voluntatibus. In contractibus exempla extant in l. ſi in emptione 34. §. ſi emptio. ff. de contrah. emp. in l. 2. §. Scæuola alias, incipit l. nõ vtique ff. de eo quod certo lo. In vltimis voluntatibus pulchrè rem explicat Iuſtinianus: *Si plures conditiones*, inquit, *in inſtitutionibus adſcriptæ ſunt, ſiquidem coniunctim, vt puta; ſi illud & illud factum fuerit, omnibus parendum eſt; ſi ſeparatim, veluti ſi illud aut illud factum erit, cuilibet conditioni obtemperare ſatis eſt c.* Vbi obſerua diuerſum eſſe in coniunctis, in quibus omnium

a l. in co. 11. §. penult. ff. hoc eod. tit. l. ſæpè. 35. ff. de verb. ſignif.

b d. l. ſæpè.

c textus eſt in §. ſi plures Inſt. de hered. inſtituend.

omnium concurſus & impletio requiritur, quia coniuncta vnius loco habentur, ex ſententia Pauli I. C. *d*. Idem iudicium eſt de mandato Principis *e*, & decreto iudicis alternatiuè conceptis, vt & in his ſufficiat alterutri diſiunctorum paruiſſe *f*.

d *in l. ſi hære d. 3. ff. de conditio. inſtit.*

e *cap. 4. ext. de reſcript.* f *l. ſi pupillorum 7. §. ſi prætor ff. de rebus eorum qui ſub tut.*

Atque adeò regulæ noſtræ locus ſit, vt etiam liceat debitori alternatiuo, toties quoties voluerit, mutare voluntatem ſuam nunc hanc, nunc illam rem ex alternatiuis eligendo *g*. Cùm & repetere poſſit alteram quã maluerit, ſi fortè errore ductus vtramque ſoluerit *h*.

g *l. cum qui 138. §. 1. ff. de verb. oblig. iuncta l. qui ex pluribus. 106. ff. eodem.* h *l. penult. C. de condict. indeb.*

Sed quæſtionis eſt; ſi ex alternatiuis vna res ante præſtationem perierit? Nihilominus altera, quæ ſupereſt, præſtabitur, tanquam ea ſola ſit in obligatione: ne in arbitrio ſit debitoris, vtrùm debeat *i*. Rectè tamen exiſtimat Iaſon, ſi res abſque dolo & culpa debitoris perierit, præſtando æſtimationem peremptæ rei, debitorem liberari *k*: nec enim mortalitas rei nocere debet debitori *l*. Adde, vbi in recipiendo rem oblatam, moram fecit creditor, debitorem quoque,

i *l. 2. ff. Scæuola aliàs incipit l. non vtique. ff. de eo quod certo lo. & l. Stichum 93. §. 5. ff. de ſolutio.*

k *Iaſon ad l. non vtique per text. in l. cum rer. 47. § . ſed ſi Stichus aut Pamphilus n. §. de legat. 1. l. illud. 40. verſ. nec enim debet de petitio. hered.*

m l ſtipulatus ſum damnam.105.ff de verb.oblig. n c. mora ſupra eod.

què rei interitu liberari *m*: mora enim cuilibet ſua nociua eſt, non alteri *n*.

His obſtare videtur textus in l. Lucio Titio. 23. ff. de legat. 2. vbi legato fundo Seiano, vel eius vſufructu, electio legatarij eſt, non heredis. Sed Bartol. ibidem ex gloſſæ & aliorum ſententia, ita rem conciliat: Aut verba executiua, hoc eſt, quæ denotant executionem legati, ad legatarium diriguntur, veluti fundum Seianum vel vſumfructum eius, ſibi habeto legatarius: & ſine dubio, inquit, electio eſt legatarij *o*, propter probabilem mentis teſtatoris coniecturam, quæ ex ipſis verbis eruitur. Aut referuntur ad heredem; vt, Heres dato fundum Seianum vel eius vſumfructum: & heredis electio eſt *p*, ob eandem rationem. Sin verba relicti dubia ſint, ad quem potiſſimùm legati executio referri debeat; veluti, fundum vel eius vſumfructum do, lego; magis eſt, vt legatarij electio ſit *q*; cùm id benignius ſit in vltima voluntate, cuius interpretatio plenior eſſe debet *r*. Aliter in contractibus, in quibus in obſcuro debitoris electio eſt, cùm hi non ita fauorabiles ſint *s*, ſibique imputare debet creditor, quòd legem conuentionis non apertiùs dixerit *t*. Quò tamen ad duo præcedentia membra diſtinctionis de verbis executiuis, idem cen-

o probat l. planè 34. §. pen. Dig. de legat. 1.

p l. ſi ita. 46 Dig. de leg. 2.

q iuxta d. l. Lucio Titio Dig. de legat. 2.

r l. in teſtamentis. 12. Dig. de reg. iur.

s c. 6 in fin. ext. de donatio.

t c. contra eum ſuprà eod.

ſet

ſet Bartol. in contractibus *u*; quòd contrahentium mens ex ijs facilè eliciatur. Et rectè.

*u per l. ſi ſic ſtipulatus fuero 93. l. ſi quis ſtipulatus. 112. Dig. de verb. obligatio.*

Atque hæc de alternatiuis rerum. Cæterùm in alternatiuis locorum; veluti, Ingolſtadij vel Monachij dabo vel ſoluam; ſemper electio eſt creditoris, ne ſi in altero loco conuentus debitor ad alterum prouocans, eludat ſemper creditorem *x*. Quod & in pluribus iudicibus eiuſdem debitoris recipiendum eſt, eadem ratione *y*. Vide latiùs Iaſonem ad d. l. non vtique.

*x d. §. Scæuola. altas l. non vtique Dig. de eo quod certo loco. y per text. in l. fin. C. de iuriſd. om. iud.*

## REGVLA LXXI.

*Qui ad agendum admittitur, eſt ad excipiendum multò magis admittendus.*

SImilis ſententia extat in l. inuitus. §. 1. ff. hoc eodem titul. & in l. 1. §. quod autem ait Prætor. ff. de ſuperficieb. Et hinc rectè, maritus vxorem ſuam adulteram ad ſe redeuntem non recipit *a*. eò quòd ſi nunquàm ab eo digreſſa fuiſſet, agere poſſet maritus vt ab ea ſepararetur *b*. Singulare eſt in depoſito, quòd etſi depoſitarius rei depoſitæ dominus fit, ac proinde habeat actionem ad eam vindicandam *c*: non tamen

*a per text. in c. 4. extr. de diuor. b c. 5. ex d. tit. de diuort. c l. officiũ 9. ff. de rei vindicatio.*

d l. penult. C. depoſ.
e l. ſi quis cō-ductionis 25. C. de locato.
f l. colonus 12 iuncta l. 1. §. ſiue autem. Dig. de vi & vi arm.
g c. in litteris 5. ext. de reſtit. ſpol. n. recuperandæ. Inſtitut. de intera.

men exceptione ſe tueri poteſt contra deponentem, ſed ante omnia reſtituere tenetur depoſitum; idque ob bonam fidem, quæ vberior eſt in depoſito *d*. Idem eſt in re conducta, cuius conductor prætendit ſe eſſe dominum; nam neque hic exceptione dominij iuuatur aduerſus locatorem *e*. Ratio eſt, quia conductor negando reſtitutionem locatori, cenſetur ei interuertere poſſeſſionem, quæ hactenus apud locatorem remanſit *f*. At ſpoliatus poſſeſſione ſua, licèt prædo, ante proprietatis quæſtionem reſtituendus eſt *g*. Hæc itaque cùm ſingularia ſint, hac regula noſtra non continentur.

## REGVLA LXXIII.

*Qui facit per alium, eſt perinde ac ſi faciat per ſeipſum.*

a ad c. poteſt quis.
b c. mulieres. 6. §. in fi. ext. de ſent. excō. adde & tex. in c. vt famæ. 35. §. fin. ext. eod. titul.

HVius regulæ ſuprà meminimus; *a* eiuſque vſus latiſſimè patet, etiam in delictis: *Illi verò*, inquit Alexander III. *qui non per ſe ipſos, ſed eorum auctoritate vel mandato alij violenter iniiciunt manus in Clericos, ad Sedem Apoſtolicam ſunt mittendi: cùm is committat verè, cuius auctoritate vel mandato delictum committi probatur* *b*. Et Vlpianus: *Deieciſſe*, ait, *etiam is videtur, qui mandauit*

*nit vel iuſſit, vt aliquis deÿceretur: parui enim referre viſum eſt, ſuis manibus quis deÿciat, an verò per alium c.* Idem Vlpianus: *Non ſolùm autem is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, hoc eſt, qui percuſſit, verùm ille quoque continetur, qui dolo fecit, vel qui curauit, vt cui malo pugno percuteretur d.* Et Gordianus Imperat. *Non ideò minùs crimine,* inquit, *ſiue atrocium iniuriarum iudicio tenetur is, qui in iuſtam accuſationem incidit, quia dicit alium ſe huiuſmodi facti mandatorem habuiſſe: namq; hoc caſu præter principalem reum, mandatorem quoque ex ſua perſona conueniri poſſe ignotum non eſt e.* Quibus tamen caſibus facto proprio opus eſt, nihil proficit per alium feciſſe f.

c *l.* §. *deieciſſe. Dig. de vi & vi arm.*

d *l. non ſolũ 11. Dig. de iniur.*

e *l. non ideo. 5. C. de accuſ.* f *Vide quæ fuſius diximus ſuprà ad c. poteſt quis.*

## REGVLA LXXVIII.

*Factum legitimè retractari non debet, licet caſus poſteà eueniat, à quo non potuit inchoari.*

NOn diſſentit Paulus in l. in ambiguis §. 1. ff. hoc eodem titulo. Exempla peti poſſunt ex c. diſcretionem 6. ex cap. penult. & cap. vlt. ext. de eo qui cognouit conſang. vx. Matrimonium enim legitimè contractum non diſſoluitur propter ſuperuenientem affinitatem *a*; vel cognitionem ſpiritua-

a *iam dd. iurib.*

ritualem *b*, vel furorem, aut ſimile impedimentum *c*: quamuis à principio matrimonium, ſubſiſtente huiuſmodi impedimento, contrahi non potuerit. Sic præſentatus ad Eccleſiam ab eo, cui in poſſeſſione erat iuris patronatus, non remouetur, licet præſentans poſtea iure patronatus cadat *d*. Videmus & teſtamentum iure factum, non ob id infirmari, quòd teſtator poſtea in furorem actus ſit *e*.

Exaudienda autem hæc regula eſt, niſi effectus eius, quod legitimè factum eſt, ad impoſſibile redigatur. Qua ratione extinguitur ſtipulatio, ſi res, quæ vtiliter in ſtipulationem deducta eſt, ſacra vel religioſa fiat, vel aliter commercio hominum eximatur ſine facto promiſſoris *f*. Item euaneſcit ſtipulatio ſeruituris ad fundum meum, ſi priuſquam reipſa conſtituatur ſeruitus, alienauero fundum, vel etiam partem fundi mei pro indiuiſo: eò quod ſeruitus ſine fundo vel pro parte fundi mei, quam pro indiuiſo retineo, conſtitui non poſſit *g*. Simile eſt in ſponſalibus, quæ licèt legitimè contracta ſint, diſtrahuntur tamen per ſubſequens cum alia matrimonium *h*; nec non propter affinitatem *i*; religionis ingreſſum *k*. Quia his ſpeciebus, ſponſalia in eum caſum deueniunt,

*b c.2.ext.de cogna.ſpirit.* *c c.hi quod matrimoniũ cũ c.ſeq. 31. q.7. l.patre furioſo. 8. ff. de his qui ſunt ſui, vel al.iur.* *d c.conſultationibus. 19. ext. de iure patrõ. c. querelã. 24. ext. de electio.* *e §.preterea. Inſtit. Quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam.* *f §.item contra. Inſtitut. de inutil. ſtipulat. l. ſi ex legat. 22. ff de verb.oblig.* *g l.pro parte. 11. Dig. de ſeruit. l. pluribus. 140. §.fin. Dig. de verb.oblig cum c. ſeq. cõuerſ.cõiug.*

*h c. ſicut 22. c. penult. ext. de ſponſalibus. i c. ex literis. 8. extr de eo qui cogno. conſang. c. 2. k. ex publico ext. de quibus latius in ſumma de ſponſalib.*

niunt, quo effectum ſortiri non poſſunt. Coniunge, quæ ſuprà diximus *l*. *l ad c. non firmatur ſupra eod.*

## REGVLA LXXIV.

*Quod alicui gratioſè conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum.*

RԐcurre ad ea, quæ tradidimus ad c. priuilegium, & ad cap. quæ à iure, ſupra eod.

## REGVLA LXXV.

*Fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſeruari, cui fidem à ſe præſtitam ſeruare recuſat.*

ADeò licèt fides ab altero addicta iureiurando firmata ſit; adhuc enim fidem frangenti, fides impunè non ſeruatur *a*; cùm ſemper tacitè ineſſe intelligatur, ſi modò alter fidem à ſe promiſſam ſeruauerit. Vnde in Locatione, ſi conuentum ſit inter locatorem & conductorem, ne intrà certa tempora conductor è re conducta inuitus expellatur; etſi contrà factum fuerit, decem pœnæ nomine præſtarentur: non committetur ſtipulatio pœnæ ſi penſionem non ſoluerit cõductor, & rem, vt oportebat, nõ coluerit; cũ hæc tacitè inſint conductioni *b*. Similiter in

*a c. 3 ext. de iureiur.*

*b l. quæro. 54 §. inter locatorem ff. locati. iuncta l. 3. C. eod. tit.*

ſocietate, vbi ea ad certum tempus contracta eſt, & lex ei adiecta: vt ſi legi non paruerit ſocius, alter rectè ante tempus renunciet Societati *c*. Qua ratione & in feudo receptum eſt, vt ſi dominus feloniam, id eſt, perfidiam vel improbitatem commiſerit in vaſallum ſuum; vaſallus iuſtè illi deneget ſeruitia feudalia: ſiquidem naturæ feudi ineſt fides mutua, ſiue, vt appellant, reciproca domini & vaſalli *d*. Atque hæc & ſimilia dubitationem non habent, vbi culpâ alterius fides non ſeruatur. At ſi caſu vel neceſſitate quis impeditus ſit, maioris quæſtionis eſt. Et puto nihilo magis illi fidem ſeruari oportere *e*, præſertim in contractibus innominatis, in quibus pœnitentiæ locus eſt *f*. Non obſtat textus in l. in ciuile 12. C. de rei vind. quo loco venditor pretio non ſoluto ab emptore, agere non poteſt, vt res vendita & tradita ſibi reſtituatur, ſed agit ad pretium. Quia id fit, quòd venditor fidem emptoris ſecutus, per traditionem abdicauerit à ſe dominium rei, & in emptorem tranſtulerit *g*, vnde ſupereſt tantùm, vt ad pretium agat.

*c* *l. ſi conuenerit. 14. §. pro ſocio.*

*d* *c. vnico. §. domino committente. Si de feudo defuncti contẽtio c. vnico in fi. de forma fidel. in libr. feud.*

*e* *per textum in l. ex conducto. 16. alias incipit l. ſi vno. §. itẽ cùm quidã. Dig. locati.*

*f* *l. ſi pecunia 5. in princip. Dig. de condict. cauſ. ad de Bart. ad l. penult. C. de condict. ob. cauſ.*

*g* *§. venditæ. Inſtit. de rerum diuiſ.*

RE-

## REGVLA LXXVI.

*Delictum perſonæ nou debet in detrimentum Eccleſiæ redundare.*

SI nemo alterius odio prægrauari debet *a*; ſi delicta ſuos tenent auctores *b*; ſi ratio non patitur, vt alteri per alterum iniqua cōditio inferatur *c*: profectò nec delictum perſonæ detrimento eſſe debet Eccleſiæ *d*. Per perſonam intellige quamcunque etiam Epiſcopum ſiue alium Prælatum Eccleſiæ. *Cùm enim*, vt diſertè ait Alexander III. *Epiſcopus & quilibet Prælatus Eccleſiaſticarum rerum ſit procurator, non dominus; conditionem Eccleſiæ meliorare poteſt, facere verò deteriorem non debet e*. Hinc ob delictum Epiſcopi vel alterius Clerici iubentur bona Eccleſiæ illæſa ſeruari *f*, etiamſi bona feudalia ſint, & ob feloniam in commiſſum ceciderint *g*. Quò pertinet quod eleganter poſt gloſſam tradit Panormitanus *h*: quod & ipſe Prælatus Eccleſiæ rem malè à ſe alienatam poſſit Eccleſiæ nomine repetere, etiam allegando propriam turpitudinem *i*. Neque obſtat huic regulæ, titulus decretal. de præſcriptionibus; quo propter negligentiam Prælati contra Eccleſiam ſuam currit præſcriptio. Quia hoc publicæ vtilitatis cauſâ receptum eſt in præſcriptio-

a c. non debet ſuprà eo c. ſi quis 33. § legis. C. de inoff. teſtam.
b l. ſancimus 22. C. de pœnis.
c l. non debet alteri. Dig. hoc noſtro tit.
d iuxta hanc regulam noſtram.
e c. 2. ext. de donatio.
f c. ſi Epiſcopum. 16. q. 6. c. 2. de hered. in Clement.
g c. 1. in fin. de cap. Conradi. In libr. feud.
h ad c. ſi quis n. 4. & n. 18. ext. de rebus Eccleſ. alien.
i probatur. per d. cap. ſi quis iuncta l. 1. C. de liberali cauſ.

ne, ne dominia rerum in incerto ſint *k*, & vt aliquis ſit litium finis *l*. Porrò & in rebus nondum acquiſitis Eccleſiæ, poteſt Prælatus nocere Eccleſiæ; puta, non agnoſcendo legatum vel hereditatem delatam Eccleſiæ: ita Panormitanus *m*. Siquidem aliud eſt nocere, aliud non prodeſſe *n*. Nam & Iuſtinianus illam iuris regulam, quæ definit; deteriorem conditionem per ſeruum domino nullo modo fieri poſſe: in eum caſum accipit, cùm dominus de damno periclitatur, non cùm ſibi lucrum per ſeruum adquiri deſiderat *o*. Nec mutat, quòd hereditas & legatum ipſo iure in Eccleſiam tranſeant abſque vlla agnitione Prælati *p*. Quia nihilominus acceptatione Prælati ſiue Eccleſiæ opus eſt, antequam eius dominium planè tranſeat in Eccleſiam. Iuuat & hanc ſententiam textus in l. qui 6. aliàs incipit l. quod autem. §. 1. & §. 2. ff. quæ in fraud. cred. & in c. quoniam. 13. ext. de decimis. Non tamen difficultate caret, adeò vt & ipſe non omninò ſibi conſtet Panormitanus *q*. Illud certius eſt, Prælatum, qui vel præſcriptione paſſus eſt rem auferri Eccleſiæ, vel non adquiſiuit, cõueniri poſſe in id, quanti intereſt Eccleſiæ *r*.

Obiicitur contra hanc regulam textus in

*k l. 1. ff. de vſurp. & vſucap.*
*l l. fin. ff. pro ſuo. Huius meminimus ſupr. ad c. locupletari.*
*m ad c. 1. nu. 9. ext. de in integ. reſtit.*
*n l. ſi maritus. ff. de donatio. inter vir. & vxor.*
*o text. in l. ſi C. de adqnir. & retin. poſſeſſ.*
*p l. fin. C. de SS. Eccleſ. à l. Titio. ff. de furt.*
*q ad c. tua nuper nu. 9. extr. de his quæ fiunt à Prælato. Nam & cõtra vrget. tex. in d. l. fi. C. de SS. Eccl.*
*r iũcta l. ſicut 43. in fi. ff. de religioſ. & ſump. fun. Vide Roman. conſil. 114. Petr. de Ancor. conſil. 135. r arg. l. quicquid. 7. C. arb. ant adde Panorm. ad c. 1. nu. 6. ext. de in integ. reſtit.*

l. iubemus nullam 10. C. de S. Eccleſ. ſed hæc lex Eccleſiæ rebus nihil præiudicat, cùm ſacris Canonibus aduerſa ſit *s*.

*s in c. Eccleſia S. Mariæ ext. de cõſtit.*

## REGVLA LXXVII.

*Rationi congruit, vt ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.*

PErtinet ad ea quæ diximus ad c. qui ſentit. ſupra eod.

## REGVLA LXXVIII.

*In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa.*

HVius regulæ explicatio pendet ex iis, quæ retulimus ad c. priuilegium, & ad c. quæ à iure, ſuprà eod.

## REGVLA LXXIX.

*Nemo poteſt plus iuris transferre in alium, quàm ſibi competere dignoſcatur.*

COnuénit cum l. nemo plus iuris. ff. hoc tit. Exemplum require in c. nuper 6. extr. de donatio. inter vir. & vx. vnde & hæc regula deſumpta videtur. Et hinc traditio nihil amplius transfert in alium, quàm eſt apud eum, qui tradit; puta, ſi dominus ſit, transfert dominium, præcedente ſcilicet

iuſto

a *l. traditio. 20. iuncta l. nuda. 31. ff. de adquir. rer. dom.*

b *l. clauib. 74. Dig. de cõtrah. emp.*

c *d. l. traditio c. ext. de lite. 5. circa fin ext. de pignoribus. cap. paſtoralis. 28. ext. de decimis.*

iuſto titulo *a*, alioqui vſucapiendi ſiue præſcribendi conditionem *b*. Quòd ſi res onere affecta fuerit apud auctorem, idem onus reſidebit & apud ſucceſſorem *c*. *Non debeo*, inquit Vlpianus, *melioris conditionis eſſe, quàm auctor meus, à quo ius in me tranſit d*. Quò etiam fit, vt ſi fundo vendito, ea lex adiecta ſit, vt ſi certo tempore pretium vel penſio ſoluta non fuerit; idem fundus ad venditorem redeat, & poſteà ab emptore fundus pignori datus ſit, euaneſcat ius pignoris, ſi ſolutioni ſatisfactum non fuerit ab emptore *e*: reſoluto enim iure auctoris, reſoluitur & ius ſucceſſoris *f*.

d *l. in ius. 175. §. 1. Dig. hoc noſtro titul.* e *l. lex vectigal. 31. l. grege. 13. §. 1. Dig. de pignoribus.* f *d. l. lex vectigal. & d. nuper. ext. de donatio. int. vir. & vxor.*

Neque huic regulæ aduerſatur idem Vlpianus, dum ait: *Non eſt nouum, vt qui dominium non habeat, alij dominium præbeat; nam & creditor pignus vendendo, cauſam dominij præſtat, quam ipſe non habuit g.* Non, inquam, aduerſatur; quia id voluntate debitoris fit, qui ita pactus eſt, vt pecuniâ ſuo die non ſolutâ, creditori liceret pignus vendere: at nihil intereſt, ſuam rem quis vendat, an alienam voluntate domini *h*; quod enim quis per alium facit, per ſeipſum facere videtur *i*. Idem eſt, ſi legis auctoritate dominium trãſferatur; veluti, cùm à tutore, vel curatore

g *textus eſt in l. non eſt nouum 46. Dig. de adquir. rer. dõ.*

h *l. qua ratione. 9. § nihil antẽ intereſt. Dig. d. titul. de adqui. rer. dom.*

i *c. qui facit ſuprà eodem.*

res minoris k, & à Prælato res Eccleſiæ, alienantur, ſeruata iuris forma l.

k l. lex quæ 22. C. de adminiſt. tut.

l huc c. ſine exceptione. 12. quæſt. 1.

## REGVLA LXXX.

*In toto partem non eſt dubium contineri.*

Vide, quæ diximus ad c. plus ſemper ſupra eodem.

## REGVLA LXXXI.

*In generali conceßione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.*

SVmantur exempla ex cap. fin. de offic. Vicarij libr. 6. & ex cap. 2. de pœnitent. & remiſſ. eodem libro, vnde hæc ſententia huc traducta videtur. Item ex l. filiusfamiliàs. 7. ff. de donatio. & ex l. obligatione 6. ff. de pignoribus. Adeoque obtinet hæc regula, etiamſi conceſſio generalis iureiurando confirmata ſit a. Neque enim iuramentum defectum conſenſus ſupplet b. Ceterùm, vnde hanc veriſimilitudinem colligemus? Reſpondet gloſſa c; ex impoſſibili, vel inhumana vel dura ſeparatione, vt in d. l. obligatione, cum 3. ll. ſeqq. *Obligatione generali rerum*, inquit textus, *quas quis habuit habiturúſve ſit, ea non continebuntur quæ veriſimile eſt quen-*

a c. quemadmodum. 21. ext. de iureiur. ſi l. libertus. 30. Dig. de oper. libertor.

b l. fin. C. de non num. pecu. hic,

*quenquam ſpecialiter obligaturum non fuiſſe: vtputa ſupellex; item veſtis relinquenda eſt debitori, & ex mancipiis quæ in eo vſu habebit, vt certum ſit eum pignori daturum non fuiſſe*. Proinde *de miniſteriis eius perquàm ei neceſſariis, vel quæ ad affectionem eius pertineant, vel quæ in vſum quotidianum habentur, &c.* d. Item in eo, ſi alicui tertio præiudicent e, vel turpia, inhoneſta ſiue impoſſibilia ſint f, vel ſalua dignitate fieri non poſſint g; vel ſi maioris momenti ſint h. Quò ſpectat reſponſum Caii I. C. *Si cui*, inquit, *ſimpliciter via per fundum cuiuſpiam cedatur vel relinquatur in infinito, videlicet per quamlibet eius partem ire, agere licebit; ciuili tamen modo. Nam quædam in ſermone tacitè excipiuntur: non enim per villam ipſam, nec per medias vineas ire, agere ſinendus eſt, cùm id æquè commodè per alteram partem facere poßit minore ſeruientis fundi detrimento* i. Neque mouet, quod generalia generaliter ſint accipienda k; & quòd ſpecialia generalibus inſint l, item: contra eum debet fieri interpretatio, qui legem dicere potuit apertiùs m. Non inquam hæc mouent; quia reſtringenda ſunt, niſi ex veriſimili coniectura loquentis vel diſponentis aliud colligatur, de qua re fuſiùs egimus ad

d adde l. 1. C. quæ res pig. oblig at. & l. poſſeßionum. 11. C. Com. vtriuſque iud. e l. 1. §. meritò & §. ſi quis Dig. Ne quid in loco publi. c. 1. de capita. qui cur vend. f c. 2. de iure iur. l. 6. c. quintauall. 25. ext. eodē adde & c. quanto. 18. ex eo. tit. g l. nepos. Proculo 125. ff. de verb. ſig. h vt in c. fin. de offi. Vicarij l. 6. c. 2. de pœnit. & remiſſ. eod. lib. 6. & l. filius familiàs 7. Dig. de donatio. i text. eſt in l ſi cui 9. Dig. de ſeruitut. k l. 1. §. generaliter. Dig. de leg. præſt. l itē apud. 15. §. generaliter Dig. de iniur l ſemper ſpecialia 174. Dig. de reg. iur. m cap. contra eum ſepra eodem.

c. in obſcuris: & ad c. contra eum, ſupra eodem.

## REGVLA LXXXII.

*Qui contra iura mercatur, bonam fidem præſumitur non habere.*

HAnc Regulam confirmat textus in l. quemadmodum. 7. in fi. C. de agricol. & cenſ. Fidei autem nomine hîc intelligimus conſcientiam; vt & alibi *a*, ita quòd bona fides idem ſit quòd bona ſiue illæſa conſcientia, quam vtique habere non præſumitur is, qui iure prohibente mercatur *b*. Ratio eſt: quia cùm quilibet actiones ſuas ad normam iuris dirigere teneatur, præſumitur non ignorare ius, vel ſaltem peritiores antea conſuluiſſe *c*: vnde neceſſe eſt eum non bona fide agere, ſaltem præſumptiuè *d*. His coniunge, quæ diximus ad c. ignorantia ſupra eodem.

a *in c. ſi. ext. de præſcriptio. & in c. 2. ſupra eod.*
b *facit l. bona fides. 109. ff. de verb. ſign. l. 3. ff. ad leg. Fab. de plag.*
c *l. leges ſacratiſsimæ 9. C. de legibus cap. 1. c. 5. ext. de conſtitutio.*
d *per text. in l. dolus 44. ff. mandati.*

*Bona fides non patitur, vt ſemel actum iterum exigatur.*

LOcupletaretur enim cum alterius detrimento, contra naturalem æquitatem.

*a.* Qua-

a. Quare is, qui iterum exigit, modò repellitur ipſo iure, modò oppoſitâ doli mali exceptione. Ipſo iure: ſi ſolutio eius, quod debetur facta eſt: nam ſolutione tollitur obligatio *b*, etiamſi illa ignorante, vel inuito etiam debitore, ab alio facta ſit *c*. Doli mali exceptione; puta, ſi ſolutio facta ſit pupillo, abſque tutoris authoritate. Nam licèt debitor hac ſolutione non liberetur à pupillo; tamen ſi pecunia ſoluta adhuc extet apud pupillum, aut ex ea locupletior factus ſit, tuetur ſe debitor iterum conuentus doli mali exceptione *d*. Quandoque tamen ſemel ſoluti exactio iterum conceditur, veluti in eo, qui ex chirographo ſuo conuentus, negat ſuum eſſe chirographum, aut ſibi numeratam eſſe pecuniam: nam conuictus mendacij ſoluere cogitur, etiam ſi anteà ſoluerit *e*, idque propter inficiationem ſuam, & ſic ex noua cauſa. Interdum & in diuerſis perſonis duplex exactio admittitur; puta, ſi vna res duorum teſtamentis eidem legata ſit: etenim legatarius æſtimationem rei ex vno teſtamento conſecutus, ex altero nihilominùs rectè agit ad ipſam rem conſequendam *f*. Et qui rei vindicationem intentauit, contra eum qui dolo deſiit poſſidere (cùm hic pro poſſeſſore habeatur) & æſtimationem recepit, non prohibetur etiam ipſam rem à nouo poſſeſſo-

*al. iure naturali. 206. ff. hoc tit. & l. nam hoc natura. 14. ff. de condict. indeb. dixi latius ad c. locupletari. ſupra eod.*

b *Inſt. quib. mod. toll. oblig. in princ.*

c *Inſt. d. loco, l. ſoluẽdo. 40. ff. Neg. geſtor. l. ſolutionem. 23. & l. ſoluere 53. ff. de ſolutio.*

d §. *penult. Inſtit. quibus aliẽ. licet.*

e *auth. contra. Cod. de non num. pecun. ſumptæ ex* §. *ſtudiũ Nou. de triẽte & ſemiſſe.*

f §. *res aliena. verſ. hac ratione. Inſtit. de legat.*

ſeſſore vindicare. *g* Idem eſt in interdicto de tabulis exhibendis. *h*

Non minus hæc regula transferri poteſt ad pœnas; vt ſi cui delicti nomine ſemel pœna inflicta eſt; amplius eâdem vel aliâ affici non poſſit. *i* Contra diuerſos verò eiuſdem delicti nomine, eadē pœna rectè repetitur, vt in cauſâ iniuriarū, *k* furti, *l* legis Aquiliæ. *m* Illud addubitari poſſet, an cùm vnum idemq; delictum tam iure Canonico quàm Ciuili coërcetur vnius coërcitio alteram aboleat? Quod certè non videtur, *n* cùm iuriſdictio Eccleſiaſtica ſeculari non deroget, neque è diuerſo ſecularis Eccleſiaſticæ. *o* De quo latiùs Couarruuias conſulatur. *p*

*g l. Stichū. 95. §. dolo. ff. de ſolutio.* h *l 3. §. condemnat. ff. de tabul. exhib.* i *c. 4 in fin. ext. de iudic. l. ſanctio. 41. in fi. ff. de pœnis. l. omnes. 23. cum l. ſeq. C. eod.*

k *l. 1. §. fi. ff. de iniur.* l *l. vulgaris 21. §. pen. ff. de furt.* m *l. ita vulneratus 51. ff. ad leg. Aquil.* n *per text. in c. fin. de pœn. lib. 6. ex c. 2. ext. de maled.* o *c. per venerabilem 13 ext. qui filij ſint leg. c. cum ad verum. diſtinct. 96.* p *libr. 2. var. reſol. c. 10.*

## REGVLA LXXXIV.

*Cùm quid vnâ viâ prohibetur alicui, ad id aliâ non debet admitti.*

NE ſcilicet fraus fiat legi. Vt ecce, qui in Prælatum electus eſt, ſicut ante confirmationem ſuam, Eccleſiæ res adminiſtrare tanquam Prælatus non poteſt, ità neque nomine procuratorio vel œconomi; *a* & maritus qui ob adulteriū vxoris ad diuiſionē thori agit, licèt nomen, locum & tempus, aliaque ſolemnia libello comprehendere tenea-

a *c. auarit. in electio. lib. 6.*

neatur; *b* non tamen ad pœnam talionis, ſi probatione defecerit, ſe obſtringere poterit, ne hac ſaltem viâ ſeparationem impetret. *c* Aliiſque exemplis, ſi opus eſſet, hæc regula illuſtrari poſſet.

Eſt autem exaudienda, quoad id, quod principaliter lege prohibetur. Secùs ſi in modo aut in via prohibitio ſit: tunc enim interdictum non eſt, alio modo aut via legitimè rem explicari. Licèt enim illegitimus in Epiſcopum eligi non poſſit, poſtulari tamen poterit. *d* Hæreditas pactionibus relinqui quidem non poteſt, teſtamento tamen poteſt. *e* Qui iurauit ſe non accuſaturum vxorem ſuam adulterij, etſi accuſare eam nō poſſit, denunciare tamen non prohibetur. *f* Idem euenit in actionibus, vt exempli gratia; ad rem emptam malè agitur actione locati, vel depoſiti: rectè tamen empti actione agitur; eò quòd his & ſimilibus ſpeciebus, non res ipſa, de qua quæritur, ſed modus vel via agendi ad rem tantùm prohibeatur.

Altera huius regulę declaratio eſt, ſi vtraque via ad eundem effectum directò tendat; vt in exemplis priùs adductis: perſæpè enim in conſequentiam alterius rei idem effectus ſequitur, ſicut eleganter oſtendit Vlpian. in tutore, qui licèt in rem ſuam pupillo auctor eſſe non poſſit, vt pupillus ſibi oblige-

b *de quibus in l.3. Dig. de accuſ.*
c *c.tuæ.5.ex. de procurat.*
d *c.innotuit. 20. ext. de electio.*
e *l. hæredit. 5.C. de pact. conuent. l. licet. 29. C. de pact.*
f *c. quemadmodum. 25. §. fin. ext. de iureiur.*

obligetur; poteſt tamē ſui debitoris hæreditatē adeunti pupillo, auctoritatem ſuam accōmodare, vt ſic per cōſequentiam pupillus ſibi obligetur. *g* Sic ius patronatus, etſi per ſe, id eſt, ſeparatim emi non poſſit, *h* rectè tamen non ſequitur emptionem vniuerſitatis in qua ineſt. *i* Quâ ratione & ſtipulatio alteri facta, tametſi inutilis ſit, pœnæ tamen adiectione in conſequentiam ſuſtinetur. *k*

g *l.1.& l.quod Nemmius.7. Dig. de auctor. & conſ. tut.* h *c. de iure 16. ext. de iure patron.* i *c. cum ſæculū 13. ext. de eod. de iure patron.* k *§. alteri iuſtitia. de inutil. ſtipul.*

## REGVLA LXXXV.

*Contractus ex conuentione legem accipere dignoſcuntur.*

ASſentitur iuris Ciuilis regula, in l. contractus. ff. eodem titul. in l. §. ſi conueniat. ff. depoſ. Lex etſi idem ſit quod pactum adiectum in contractibus; ſicut ſuprà expoſuimus; *a* melius tamen eſt hîc legem accipere pro forma contractûs, vtpote quòd ex conuentione, propria contractus natura aliter formetur; *b* actioque eo nomine vel ex ipſo contractu, vel præſcriptis verbis; *c* vel certè condictio detur. *d* Præterquàm, ſi conuentio ſit rei turpis, aut impoſſibilis, aut contra ius, *e* aut ad

a *ad c. contra eum ſupr. eod.* b *l. iuris gentium 7. §. quinimo. ff. de pact.* c *l. 2. C. de pact. inter emp. & vend. l. 6. C. de rer. permut.* d *l. legem 10. C. de pact.* e *c. fin. ext. de pact. l. pacta 6. C. eod. de pact.*

 delin-

delinquendum inuitet; qualis eſt, ne dolus præſtetur; *f* ne ob res amotas agatur. *g* Quòd ſi delictum ſiue dolus admiſſus ſit; nihil prohibet delictum vel dolum conuentione remitti. *h* Ex hac regula efficitur, quòd etſi depoſitarius ex natura contractus tantùm teneatur de dolo & lata culpa, quæ dolus præſumptus dicitur: *i* rectè tamen conuenitur & de omni culpa & de caſu fortuito, ſi ita conuentum ſit. *k* Quòd & in cæteris contractibus euenit; ſiquidem contractus ex conuentione legem accipiunt ex hac regula noſtra.

f *l. ſi vnus. 27. §. illud. ff de pact.* g *l. conuenire 5. ff. de pact. dotalib.* h *d. l ſi vnus. §. pacta.* i *l. 1. §. in conducto. in fin. & §. vltim. l. quod Nerua. 32. ff. de poſ.* k *d. l. 1. §. ſi conueniat. l. contractus ff. hoc noſtro tit. cap. 2. ext. de poſ.*

## REGVLA LXXXVI.

*Damnum, quod quis ſua culpâ ſentit, ſibi debet, non alijs, imputare.*

NOn minus elegãter Pomponius: *Quod quis, inquit, ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire. a* Videlicet iuris interpretatione, quâ ius huic damno non patrocinatur. Quò ſpectat illud Iuſtiniani: *Qui parùm diligentem ſocium ſibi aſſumit, de ſe queri, hoc eſt, ſibi imputare debet. b* Et quod Vlpianus reſpondit: *Stare autem debet ſententiæ arbitri quam de re dixerit, ſiue æqua, ſiue iniqua ſit, & ſibi imputet qui compromiſit: c* Pete aliud exemplũ ex. c. ſi Cleric. 11. de præbend. lib. 6.

a *l. quod quis. ex ff. hoc tit.*

b *§. ſi Inſt. de ſocietate.*

c *l. diem. 27. §. ſtari. ff. de recept. arb.*

RE-

## REGVLA LXXXVII.

*Infamibus portæ non pateant dignitatum.*

IDem conſtitutum eſt ab Alexandro Imp. his verbis: *Neque famoſis & notatis, & quos ſcelus aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honeſtorum cœtu ſegregat, dignitatis portæ patebunt.* a Eſt autem infamia, diminutio exiſtimationis, quæ quandoq; auctoritate iuris fit; b quandoque bonorum & grauiorum virorum iudicio: c illam vulgò infamiam iuris, hanc facti vocant: vtraque hac regula continetur. *Quis*, inquit Eccleſiaſticus, d *honorificabit exhonorantem animam ſuam?* Quocirca infamia nedum à dignitate obtinenda, verùm etiam ab obtenta remouet. e Adde textum in cap. inter dilectos. 11. de exceſſ. Prælator.

a *text. eſt in l. 2. C. de dignitat.* b *vt in exemplis. l. 1. cum ll. ſeqq. ff. de his qui not. infamem. 7. de publ. iud. infam. l. c. infames. 6. q. 1. c. teſtimon. 54. ext. de teſtib.* c *exempla ſunt in l. 2. ff. de obſeq. à liberis. l. ea quæ. 13. l. verbum 17. C. ex quib. cauſ. infam.* d *c. 10. circa fin.* e *l. infamia. 8. C. de decurio. l. 12. C. de dignit.*

## REGVLA VLTIMA.

*Certum eſt, quòd is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.*

ADdendum hîc eſt, ex conſtitutione Impp. Theodoſij & Valentini, quâ hæc eadem regula continetur: *Nec pœnas le-*

*gibus inſertas euitabit, qui ſe contra iuris ſententiam ſæua prærogatiua verborum fraudulenter excuſat.* a Vt hinc intelligamus, non minus eum pœna legis dignum eſſe, qui ſaluis verbis legis ſententiam eius circumuenit. Ratio ex eo pendet, quod reſpondit I C. *Scire leges, non eſt verba eorum tenere, ſed vim ac poteſtatem.* b Ita vt rectè poſt Accurſium dixerit Barthol. *c* quòd quis poſſit offendere verba legis, dummodò mentem legis non offendat; vbi ſcilicet, mens legis certa eſt: *d* at in obſcuro, magis adhærendum eſt verbis legis. *e*

a *in l. non dubium, 5. C. de legib.* b *l. ſcire 17. ff. de legib.* c *ad l. contra 29. Dig. eod.* d *per l. adigere 6. §. quamuis, ff. de iure patron.* e *arg. l. non aliter, Dig. de legat. 3.*

# INDEX ALPHABETICVS REGVLARVM LIBRI VI. DECRETALIVM.


Acceſſorium. 573
Actus legitimi. 584
Beneficium. 500
Bona fides. 623
Certum eſt. 629
Contra eum. 595
Contractus. 627
Cui licet. 589
Cùm non ſtat. 604
Cùm quid prohib. 569
Cùm quid vna. 625
Cùm quis in ius. 532
Cùm ſint partium. 522
Damnum quòd quis. 628
Decet conceſſum. 535
Delictum perſonæ. 616
Dolo facit. 598
Ea quæ fiunt. 550
Eum qui certus. 558
Ex eo non debet. 568
Exceptionem obiiciens. 601
Factum legitimè. 613
Fruſtra ſibi. 615
Generi per ſpeciem. 561
Ignorantia. 526
Imputari. 572
In alternatiuis. 608
In argumentum. 619
In generali. 621
In iudiciis. 524
In malis. 607
In obſcuris. 554
In pari. 603
In pœnis. 582
In re communi. 583
In toto. 621
Indultum. 537
Infamibus. 629
Inſpicimus. 577
Is qui in ius. 578
Is qui tacet. 576
Locupletari. 580
Mora ſua. 548
Mutare conſilium. 561
Nemo poteſt ad impoſſ. 513
Nemo poteſt plus. 619
Non debet aliquis. 544
Non eſt in mora. 599

Non eſt obligatorium. 596
Non eſt ſine culpa. 539
Non firmatur. 538
Non licet actori. 559
Non præſtat. 587
Nullus ex conſilio. 600
Nullus ex pluribus. 540
Odia reſtringi. 533
Peccatum non dimittitur. 509.
Peccati venia. 511
Pluralis locutio. 570
Plus ſemper. 563
Poſſeſſor. 503
Poteſt quis. 605
Præſumitur ignor. 579
Priuilegium. 515
Pro poſſeſſore. 565
Quæ à iure. 551
Quæ contra ius. 602
Qui ad agendum. 611
Qui contra iura. 623
Qui facit per alium. 612
Qui prior. 589
Qui ſentit. 591
Qui tacet. 576
Quod alicui gratioſè. 615
Quod alicui ſuo. 604
Quod ob gratiam. 599
Quod omnes. 553
Quod quis mandato. 546
Quod ſemel placuit. 542
Ratihabitionem. 520
Rationi congruit. 619
Ratum quis. 519
Scienti. 550
Semel Deo. 586
Semel malus. 517
Sine culpa. 545
Sine poſſeſſione. 505
Vtile non debet. 566

# APPENDIX DE DIFFERENTIIS IVRIS CANONICI ET CIVILIS.

HIc in primis retinendum eſt, eam eſſe affinitatem inter ius Canonicum & Ciuile; vt quod in vno deſideratur, ex altero rectè petatur, per textum in cap. 1. extra de noui operis nunciatione. vbi his verbis Lucius III. Summus Pontifex: *Quia verò ſicut leges non dedignantur ſacros canones imitari, ita & ſacrorum Statuta canonum Principum conſtitutionibus adiuuantur.* Vt hinc nata ſit hæc regula apud Doctores noſtros, quòd, vbi ius Canonicum in re aliqua deficit, ibi licitè recurratur ad ius Ciuile, & econtrà, ſupplendi, vel interpretandi alterius causâ. Et hac regulâ motus idem Lucius in d. c. 1. cenſuit capellam in alterius Eccleſiæ præiudicium ædificatam poſt denunciationem noui operis, diruendam eſſe, iuxta præſcriptum iuris Ciuilis *in l. 1. in l. prætor ait. 20. §. ait prætor. & paſſim. ff. de noui operis nunciat.* Idem & Innocentius III. *in cap. 2. ext. eod. tit.*

Quod & aliis exemplis confirmant alia loca Decretalium, quibus ſummi Pontifices deciſiones ſuas etiam inter clericos & in rebus Eccleſiaſticis, petunt ex iuris ciuilis conſtitutionibus, vt videre eſt *in cap. 2. ext. de alienat. iudicij mutandi.*

in

*in c. innotuit 12. in ca. dilecti 4. extr. de arbitris. in c. 1. extr. de iuramento calumniæ. in c. 1. extr. de confeſſis. in c. ſi diligenti 12. extr. de foro competenti. c. 2. & c. paſtoralis. 5. ext. de cauſa poſſeſſ. & proprietatis. cap. in cauſis. 15. & cap. cùm à nobis 28. ext. de teſtibus. c. cùm dilecta 4. ext. de confirmat. vtili ca. cùm ab omni 10. ext. de vita & honeſtate cleric. ca. 2. ext. de conceſſione præbendæ. cap. inter alia. ext. de immunitate Eccleſiarum ca. 1. ext. de ſponſalibus. cap. 9. ext. de pœnis. cap. cùm ſecundum 19. de hæreticis in 6. ca. ſi Iudex laicus de ſententia excõmunicat. eod. lib. 6. cùm ſimilibus.* ita quod veriſſimum ſit ius Canonicum à iure Ciuili iuuari, vbi illud deficit. Pro cuius ratione facit illud Prouerbi. 8. cap. *Per me Reges regnant & legum conditores iuſta decernunt. Per me Principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam.* Et quod ſacri Canones diſertè affirmant, leges Romanas per ora Principum promulgatas venerandas eſſe, *in cap. fin. 16. quæſt. 3.* & in *c. ſiue coniugij 33. q. 2.*

Vt & hinc rectè conſtitutum ſit à iure Canonico, vt ſi Iudex Eccleſiaſticus neglectis iuris Canonici vel Ciuilis conſtitutionibus, aliter ſententiam dixerit, ipſa vel iure nulla ſit, vel iuſtè ab ea prouocetur, cap. 1. & ibi DD. ext. de ſententia & re iudicata. *Sententia* (inquit Canon) *contra leges Canonéſve prolata, licèt non ſit appellatione ſuſpenſa, non poteſt tamen ſubſiſtere ipſo iure.* Ecce quanta iuris Ciuilis auctoritas ſit in decidendis etiam cauſis Eccleſiaſticis. Atque

huius

huius regulæ auctor eſt Felinus in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. 10. num. 37. extr. de coſtitutionibus. Cui aſſentiuntur Panor. in repetitione eiuſdem cap. nu. 16. & 17. & Decius ibidem num. 104.

Quæ tamen regula non perpetua eſt, ſed ſuas limitationes habet. Ac principio ea intelligitur, vbi ius Ciuile fauorabile eſt, hoc eſt, commodum & incommodum ſimul adfert perſonis vel rebus Eccleſiaſticis, vti fit in contractibus. Cæteræ enim ſi quæ tantummodò damnoſæ ſunt perſonis vel rebus Eccleſiaſticis, eas in dubio tanquam Eccleſiaſticæ libertati aduerſas ſacri Canones non probant, vt eſt in cap. fin. de immunit. Eccleſ. in *6.* cap. 1. de iureiurando eod. lib. *6.* & cap. 1. extr. de conſuetud. Panorm. Decius ſup. cit. locis.

Secunda limitatio eſt in legibus ſiue conſtitutionibus Principum ſecularium, quæ nominatim meminerint perſonarum vel rerum Eccleſiaſticarum. Has enim expreſsè repudiat ius Canonicum per text. in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. ext. de conſtitutionibus; cuius verba hæc ſunt: *Nos attendentes, quod laicis (etiam religioſis) ſuper Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis nulla ſit attributa poteſtas, quos obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi: à quibus ſi quid motu proprio ſtatutum fuerit, quod Eccleſiarũ etiam reſpiciat commodum & fauorem, nullius firmitatis exiſtit, niſi ab Eccleſia fuerit approbatum.*

Eadem

Eadem ſententia repetitur *in cap. fin. ext. de rebus Eccleſiæ alienandis.* & longè ante id conſtitutum fuit in Synodo Romana tertia à Symmacho Papa, vt videre eſt in ca. 1. diſt. 96. His igitur iuribus omnis poteſtas omniſque iuriſdictio detracta eſt laicis diſponendi de perſonis & rebus Eccleſiaſticis. Et non ſinè ratione, ne qui quæuè ſemel Deo dicata ſunt, temerè ad humanos vſus reuocentur, contra iuris Canonici regulam: *Semel Deo dicatum non eſt ad vſus humanos transferendum. cap. ſemel Deo. de regulis iuris in 6.* Quare etiam aliis locis diſertè cauetur, ne Clerici eorumque res Eccleſiaſticæ iuriſdictioni ſeculari ſubdantur, ſed omninò reſeruentur eccleſiaſticis Iudicibus. *cap. 4. c. 8. c. 10. & c. 17. ext. de iudiciis. c. 2. & ca. 12. ext. de foro cõpetent. ca. denique. diſt. 96. c. 1. cum aliquot ſeqq. 11. qu. 1. cap. 4. & cap. 7. ext. de immunit. Eccleſiarũ, cum ſimilibus.* Atq; hæc non tantùm obtinent in inferioribus laicis, ſed & in Imperatoribus Regibuſque ſuperiorem non recognoſcentibus; vt ne hi quidem in perſonas, vel in res Eccleſiaſticas quid ſtatuere poſſint, vt rectiſſimè tradit Panorm. in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. extr. de conſtitutionibus, cui & Felinus ibid. n. 40. verſ. recipit. & Decius nu. 88. cum aliquot ſeqq. tacitè accedunt. Eiuſdem quoque ſententiæ ſunt ibidem, Imola numer. 9. & Henricus Boich. nu. 1. Ita quòd dubium non ſit, eam quoque ſententiam à cæteris DD. paſſim receptam eſſe. Quippe hi omnes

etiam

etiam laicorum numero recenſentur d. ca. duo ſunt 12. qu. 1. Sed & adeò procedunt, etiamſi Principum Conſtitutiones aliaque Statuta laicorum commodum & fauorem Eccleſiarum reſpiciant. Nec enim ideò magis valent propter defectum iuriſdictionis eodem ca. *Eccleſia ſancta Maria*, iuncta leg. final. ff. de iuriſdiction. om. Iudicum. Igitur vt valeant, Eccleſiæ acceptatione opus eſt.

Tertia eiuſdem regulæ limitatio eſt in rebus ſpiritualibus, quæ propriè & natura ſua ad Eccleſiæ Prælatos pertinent, non ad ſæcularem poteſtatem; vt eſt Matrimonium aliaque Sacramenta, item iuſiurandum. Quod non tantùm liquet ex *c. duo ſunt. cum c. ſeq.* ſed etiam ipſius Iuſtiniani teſtimonio comprobatur *in Nouell. 8. in princ.* vbi Iuſtinianus ea quæ diuini iuris ſunt, ad ſacerdotium, non ad Imperium refert, atque idcircò hac in re nullius momenti ſunt conſtitutiones ciuiles.

Quarta limitatio eſt, vbi lex ſiue conſtitutio ciuilis peccatum continet, vt eſt concubinatus, vſura, malæ fidei præſcriptio; quæ ius Canonicum non admittit ex ratione cap. ſi ext. de præſcriptionibus. vbi Innocentius III. improbans malæ fidei præſcriptionem, hanc generalem cauſam ibidem ſubiicit: *Cùm generaliter ſit omni conſtitutioni atque conſuetudini derogandum, quæ abſque mortali peccato non poteſt obſeruari.* Quò referri quoque debet vbi de peccato defuncti

agitur

agitur ab hærede eius expiando, per reſtitutionem eius, quod defunctus debuit, vt in cap. vlt. ext. de ſepulturis.

Quinta limitatio eſt; vt ſi extra præmiſſas limitationes ius Canonicum à iure Ciuili diſcrepet; vtrumque in ſuo foro obſeruandum ſit, hoc eſt, ius Canonicum in foro ſuo Canonico ſiue Eccleſiaſtico, & ius Ciuile in foro ſuo Ciuili ſiue ſæculari. Panormitan. in repetit. d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ num. 19. & in cap. 1. num. 7. ext. de noui operis nunciatione. & poſt eum Decius in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. num. 110. Gloſſa in cap. 2. de arbitris lib. 6. & ibi not. Et ratio eſt, diſtinctio iuriſdictionis vtriuſque Eccleſiaſticæ & Ciuilis; quarum altera alteram non impedit; ſed vtraque iure ſuo vtitur. cap. cùm ad verum. cap. ſi Imperator. diſtinct. 96. vt & fatetur Summus Pontifex in cap. nouit. 11. extr. de iudiciis. *Non putet*, inquit, *aliquis quod iuriſdictionem illuſtris Regis Francorum perturbare aut minuere intendamus, cùm ipſe iuriſdictionem noſtram nec velit nec debeat impedire.* Idem indicat *& in cap. per venerabilem* 13. *verſ. id autem in patrimonio. extr. qui filij ſint legitimi.* Vnde & in cap. cauſam quæ 7. extr. eod. qui filij, reuocat Summus Pontifex Mandatum à ſe emiſſum in præiudicium Regis Angliæ; apertè his exemplis demonſtrans iuriſdictionem ſuam Eccleſiaſticam diſtinctam eſſe à ſæculari, neque ſuam impedire alteram in

rebus

rebus quæ neque ſpirituales ſunt, neque Eccleſiaſticæ, neque quæ ſalutem animæ concernunt.

His igitur generaliter præmiſſis deſcendamus in ſpecie ad ipſas differentias iuris vtriuſque, in quibus ſcilicet ius Canonicum diſcrepat à iure Ciuili, præcipuas tantummodò earũ recenſentes. Nam ſi quæ aliæ erunt, quæ fortaſſe hîc non adducuntur, ea ex præcedentibus limitationibus facilè decidi poterunt.

I. Itaque differentia eſt, quæ occurrit, in ca. Eccleſia ſanctæ Mariæ 10. ext. de conſtitutionibus; quod in eo diſſidet à iure Ciuili, quòd indiſtinctè auferat laicis facultatem diſponendi de perſonis vel rebus Eccleſiaſticis, contra titulos Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis, de Epiſcopis & Clericis, de Epiſcopali audientia. Item contra Nouellam Iuſtiniani, de ſanctiſſimis Epiſcopis. Vt clerici apud proprios Epiſcopos; cum ſimilibus, quæ quidem vigebant tempore Iuſtiniani, ſed diſſimulantibus tunc propter ſtatum Eccleſiæ Summis Pontificibus.

II. Differentia eſt in cap. 2. ext. de reſcriptis; quod in eo differt à iure Ciuili, quòd in reſcripto Summi Pontificis non neceſſariò inſeratur hæc clauſula: ſi preces veritate nitantur; ſed ſufficit eam tacitè intelligi. Ius verò Ciuile hanc clauſulam expreſsè requirat, alioqui eâ omiſsâ, non valet reſcriptum Principis. l. fi. C. de diuerſis reſcriptis, vt ſuprà in 5. limitatione.

III. Dif-

III. Differentia eſt in c. quia propter. extr. de electione. vbi certa forma præſcribitur circa electionem Epiſcopi, diuerſam verò tradit Iuſtinianus in Nouella 123. de ſanctiſſimis Epiſcopis. §. 1. de quo ſuprà, vt in 2. limitatione.

IV. Differentia eſt ſub titulo de ætate & qualitate & ordine præficiendorum in 6. & in Clement. vbi quoad ordinandos clericos diſſentit ius Canonicum à ciuili, quod extat in d. Nouella de ſanctiſſ. Epiſcop. §. clericos autem. De qua vide ſupra, ſecundam limitationem.

V. Eſt in c. quærenti 26. extr. de officio & poteſt. Iud. delegati. vbi delegatus S. Pontificis ſententiam à ſe latam ipſe executioni mandare poteſt intra annum, contra textum in l. Iudex poſteaquàm 55. ff. de re iudicata: *Iudex*, inquit textus, *poſteaquàm dixit ſententiam, Iudex eſſe deſinit.*

VI. Deſumitur ex cap. 1. & ex cap. 3. extr. de pactis. vbi nudum pactum ſeruare iubemur ex parte etiam ipſius promittentis, adeò quòd ad eius obſeruationem conſtringi poſſit, ſicut tradunt communiter Doctores in d. cap. 1. *teſtibus Panormitan. & Imola ibidem, & Martino Nauarro conſilio 16. numero 4. de pactis:* quod ſecus eſt de iure ciuili, quo ex nudo pacto non oritur actio *l. Iuris gentium* 7. §. *ſed eam nulla. &* §. *quinimò. ff. de pactis.* Et cùm hæc res periculum animæ contineat, eò quòd apud Deum nulla ſit differentia iuramenti & ſimplicis loquelæ, *c. iuramenti* 22.

qu. 5.

*qu. 5.* præferendum in hac re erit ius Canonicum ciuili, vt *in 4. limitat.*

VII. Eſt in cap. quamuis. de pactis lib. 6. quo pactum filiæ cum patre initum de non ſuccedendo patri, confirmatur iuramento contra præſcriptum iuris ciuilis *in l. pactum dotal. 3. C. de collationib. in l. ſi quando 35. §. illud. C. de inofficioſo teſtamento. iuncta l. non dubium 5. C. de legib.* Idque de iure Canonico efficit obligatio, quæ oritur ex ipſo iuramento inter Deum & iurantem, cap. debitores 6. ext de iureiurando. Idem accidit (vt & hoc inferamus) in alienatione dotis & donationis propter nuptias, in quam licet mulier conſentire non poteſt, *l. vnica. §. & cùm lex Iulia. C. de rei vxoriæ actione. Auth. ſiue à me. C. ad SC. Velleianum,* etiam iurata de iure ciuili *ex d. l. non dubium.* Confirmatur tamen iuramento ex præſcripto iuris Canonici *c. cùm contingat. 28. ext. de iureiurando.* adeoque hoc ſeruari debet etiam in foro ciuili. *c. 2. de iureiurando in 6.*

VIII. Differentia eſt in cap. 2. de arbitris libr. 6. quo duobus ex tribus arbitris permiſſum eſt in cauſa compromiſſa procedere, tertio cõtumaciter vel aliàs voluntariè abſente. At contrà ſtatuit ius ciuile, quo omnium arbitrorum præſentia in cognoſcendo & definiendo exigitur; ſiquidem in tres compromiſſum eſt. *l. ſi in tres 20. ff. de receptis arbitris.* Et hanc differentiam refert ad 5. limitationem ſuprà.

IX. Eſt in c.etſi clerici 4.ext.de iudiciis,quo Epiſcopo licet diſpenſare cum clerico adultero,& in leuioribus delictis cõtra ius ciuile,quo Iudex gratiam facere non poteſt delinquenti, *l.1. §. ff. ad Turpilian.* cùm non debeat eſſe clementior lege, *§.oportet.Nouella* 82. *de Iudicibus.* Præterea aliter puniuntur clerici de iure Canonico, *cap. cùm non ab homine* 10. *ext.de iudiciis.* aliter laici de iure ciuili, vt videre eſt lib.9. & lib. 48. in ff. tum alibi.

X. Eſt in c.delicti *6*. ext. de iudiciis, quo neceſſe non eſt actionis nomen in libello exprimere. Aliter de iure ciuili,quo nemo in iudicio ſine actione experitur, *l. ſi pupilli 6.§. final.ff.de negotiis geſtis. l.1. in princ. ff.de edendo.*

XI. Eſt in cap. penult. extr. de iudiciis,quo inſtantia iudicij per lapſum triennij non perit, contra textum in l.penult.in princip. C.de iudiciis,in quo & camera Imperialis ius Canonicum ſequitur, teſte Mynſingero Centur. 2. obſ. 48.

XII. Eſt in cap. ſi diligenti 12. extr. de foro competenti,quo clerici etiam iurati renunciare non poſſunt priuilegio Eccleſiaſtici fori,& ſe ſubiicere ſeculari Iudici,contra textũ in l. penult.C.de pactis. Neque iuramentum clericorum hac in re quicquam operatur,cùm priuilegium conceſſum clericis,ne coram Iudice ſeculari conueniantur, toti ordini clericorum,non verò ſingulis principaliter conceſſum ſit, *d.c. ſi*

*dili-*

*diligenti.* Iuramentum autem non obligat, vbi iudicium alterius vertitur, *d. c. cùm contingat in fin. & c.2. de pactis in 6.*
XIII. Eſt in c. ſignificaſti 18. ext. de foro cõpetenti, quo clerici iuriſdictionem alterius Iudicis Eccleſiaſtici prorogare non poſſunt, niſi aſſenſu Epiſcopi ſui. Diuerſum eſt de iure ciuili, quo conſenſus partiũ ſufficit l.1. & l.2. ff. de iud.
XIV. Eſt in cap.3. ext. de ordine cognit. quo cautum eſt, vt ſi cauſa natalium incidat in petitionem hæreditatis, vt quia petenti hæreditatem paternam obiicitur, quòd nõ ſit legitimus filius, cauſa natalium referri debeat ad Iudicem Eccleſiaſticum, quâ expeditâ cauſa principalis hæreditaria remittitur ad priorem Iudicem ſecularem. Idem continetur *in cap. lator.5. ext. qui filij ſint legitimi.* Contrarium verò à iure ciuili receptum eſt. *in l.2. C. de iudiciis & in l.3. C. de ordine iudiciorum.* quibus textibus quæſtio ſtatûs quoties in cauſam principalem incidit, ſimul tractatur coram eodem Iudice, licèt alioqui idem Iudex de quæſtione ſtatûs non poſſit principaliter cognoſcere. Diuerſum ideò à iure Canonico ſtatutum eſt propter matrimonium, ex quo cauſa natalium pendet, quod cùm ſpirituale ſit, ad Iudicem ſecularem non pertinet, *c.2. ext. de iudiciis.*
XV. Differentia eſt in cap. ſæpè contingit 18. ext. de reſtit. ſpoliatorum, vbi remedium recuperandæ poſſeſſionis & in eum datur

qui non deiecit poſſeſſorem, ſed à deiiciente (quem Canones ſpoliatorem vocant) ſciens & prudens rem eandem accepit, contra textum *in l. cùm à te 7.* ff. de vi, & vi armata: quo loco Paulus I C. reſpondit Interdictum, vnde vi, quod eſt recuperandæ poſſeſſionis, non competere aduersùs tertium, ſed tantùm contra eum qui deiecit. Verùm iuris Canonici ratio hæc eſt, quod is qui à deiiciente ſciens rem recepit, ipſe quaſi in vitium ei ſuccedat, & quod parum interſit: iniuſtè quis rem retineat, an inuadat alienam. *d. c. ſæpè contingit.* Vnde cùm hæc res concernat animæ ſalutem, rectè exiſtimat Panor. in d. c. ſæpè. diſpoſitionem iuris Canonici etiam ſeruandam eſſe in foro ciuili.

XVI. Eſt in cap. *1.* in cap. ſequ. & paſſim toto tit. ext. de teſtibus cogendis. Hoc enim iure Canonico teſtis non poteſt ad dicendum teſtimonium cogi, ſed moneri & induci debet, præterquam ſi odio vel gratiâ vel timore ſe ſubtraxerit, quo caſu & cogi poterit. At iure ciuili indiſtinctè compellitur teſtis, *l. ſi quando* 18. *C. de teſtibus. l. 1. §. 1. in fine, ff. eodem.*

XVII. Differentia eſt in c. vigilanti *5.* in ca. ſi diligenti. *17.* & in cap. fin. extr. de præſcriptionibus. Quibus locis præſcriptio abſque bonâ fide non currit. Eſt autem bona fides conſcientia bona, quâ putamus rem noſtram eſſe, licèt reuerà ea aliena ſit. Sic Modeſtinus vocat eum emptorem bonæ fidei, qui ignora-

uit

uit rem, quam emit, alienam eſſe, aut putauit eum, qui vendidit, ius vendendi habuiſſe; puta procuratorem aut tutorem *l. bonæ fidei 109. ff. de verb. ſignificat.* Bonæ fidei opponitur mala fides, id eſt, conſcientia rei alienæ. *l. certum 22. C. de rei vindicat. & §. ſi quis à non domino.* Inſtit. de rerum diuiſ. Itaque de iure Canonico neceſſaria eſt bona fides in præſcriptione rerum tam incorporalium quàm corporalium. Adeoque ea toto præſcriptionis tempore requiritur *d. c. vigilanti, cum ſimilibus, & c. poſſeſſor de regul. iur. in 6.* Siquidem qui alienam rem ſciens affectat ſiue concupiſcit, incidit in præceptum Decalogi: *Non concupiſces, &c.* Aliud eſt iure ciuili: quò etſi in præſcriptione trienniſ, & longi temporis initio bona fides exigatur, non tamen ea neceſſaria eſt ad complendam ſiue perficiendam præſcriptionē. *l. vnica. C. de vſucap. transformanda. l. ſequitur 4. §. de illo in fin. & l. ſi aliena res. 10. ff. de vſucapio.* Et in præſcriptione 30. annorum ne quidem in initio bona fides exigitur l. cùm notiſſimi 8. §. 1. & *l. 3.* & 4. de præſcriptione 30. vel 40. annorum. Quare cùm hic verſemur in materia peccati, ſtandum potiùs erit iuri Canonico etiam in foro ciuili; vt & in Camera Imperiali receptum teſtatur Andreas Gail lib. 2. obſeru. 18. num. 7.

XVIII. Differentia eſt, quod licet is, cuius præſcriptio interrupta eſt per litis conteſtationem, poſſit ceſſante iudicio nouam præſcri-

ptionem inchoare & rem quadraginta annis præſcribere, de iure ciuil. l. fin. C. de præſcriptio. 30. non tamen id licet per ius Canonicum; cùm iam conſtitutus ſit in mala fide, vtpote de iure ſuo addubitans propter inſtitutũ contra ſe ſemel iudicium, *l. nemo* 10. C. *de adquir. vel retin. poſſeſſ.* At verò de iure Canonico neceſſaria eſt bona fides in præſcribente, vt antè probatum eſt.

XIX. Differentia eſt in c. vt debitus 59. & in c. cùm cauſam 62. cum c. ſeq. ext. de appell. quibus appellatio permittitur ante ſententiam definitiuam. Secus eſt de iure ciuili, *l. ante ſententiam* 7. C. *quorum appellat. non recip. l. apertiſſimi. C. de iudiciis.* Exceptis quibuſdam caſibus qui à Gloſſa referuntur in d. l. ante ſententiam. Adde Concil. Trident. ſeſſ. 24. c. 20. de reformatione, & ſeſſ. 13. c. 1. de reformatione.

XX. Eſt in c. 1. ext. de his quæ fiunt à Prælatis, iuncto c. ſine exceptione 12. q. 2. vbi in alienatione rerum Eccleſiaſticarum ſufficit vtilitas Eccleſiæ, quæ alienationem ſuadeat; accedente tamen conſenſu & ſubſcriptione Capituli. De iure verò ciuili maior ſolennitas requiritur, vt videre eſt *in Auth. Hoc ius porrectum eſt. C. de ſacroſanctis Eccleſiis.* Neque mouet quòd hæc authent. à Gratiano relata ſit in Decretum ſuum cap. 2. §. hoc ius 10. quæſt. 1. nec enim ideò Canonis vim habet, cùm priuata auctoritate hoc fecerit Gratianus.

XXI. Quod

XXI. Quod res ſacra, vt eſt calix, patena vel veſtimentum ſacerdotale, de iure Canonico pignori obligari poſſit vrgente iuſtiſſimâ neceſſitate, c.1. ext. de pignoribus. Aliter de iure ciuili, *l.1. §. eam rem. ff. quæ res pignori vel hypothecæ datæ oblig. & l.3. C. eod.*

XXII. Eſt in cap. Odoardus ext. de ſolutionibus, quo clericus ob æs alienum in carcerem coniici non poteſt, neque bonis cedere cogitur; ſed præſtando cautionem de ſoluendo vbi ad pinguiorem fortunam peruenerit, liberatur. De iure ciuili verò debitor, qui ſoluendo non eſt, ducitur in carcerem, aut bonis cedere compellitur, *l. 1. qui bonis ced. poſſ.* Adde Couar. *var. reſolut. lib. 2. cap. 1. num. 9.*

XXIII. Eſt in c. cùm eſſes. 10. extr. de teſtamentis, quo valet teſtamentũ, neque impugnari poteſt quod coram Parocho & tribus vel duabus aliis perſonis idoneis conditum eſt. Aliter verò de iure ciuili, quo regulariter non ſubſiſtit teſtamentum, niſi factum ſit coram 7. teſtibus, *l. hac conſultiſſima 21. C. de teſtamentis. §. ſed cùm paulatim. Inſtit. de teſtamentis ordinandis.* adeò vt ſi vnus teſtis deſideretur, teſtamenti cauſa tota corruat. *l. ſi vnus 12. C. de tit.* etiam quoad teſtamentum, tempore peſtis conditum, *l. caſus maioris 8. C. eodem tit.* vbi animaduertendum eſt, quod etſi ſint qui exiſtimant hanc ſolemnitatẽ teſtamentariam iuris ciuilis ſublatã per ius Canonicum *in d. cap. cùm eſſes.* eò quòd ratio

*in c. innotuit 12. in ca. dilecti 4. extr. de arbitris. in c. 1. extr. de iuramento calumniæ. in c. 1. extr. de confeſſis. in c. ſi diligenti 12. extr. de foro competenti. c. 2. & c. paſtoralis. 5. ext. de cauſa poſſeſſ. & proprietatis. cap. in cauſis. 15. & cap. cùm à nobis 28. ext. de teſtibus. c. cùm dilecta 4. ext. de confirmat. vtili ca. cùm ab omni 10. ext. de vita & honeſtate cleric. ca. 2. ext. de conceſſione præbendæ. cap. inter alia. ext. de immunitate Eccleſiarum ca. 1. ext. de ſponſalibus. cap. 9. ext. de pœnis. cap. cùm ſecundum 19. de hæreticis in 6. ca. ſi Iudex laicus de ſententia excõmunicat. eod. lib. 6. cum ſimilibus.* ita quod veriſſimum ſit ius Canonicum à iure Ciuili iuuari, vbi illud deficit. Pro cuius ratione facit illud Prouerb. 8. cap. *Per me Reges regnant & legum conditores iuſta decernunt. Per me Principes imperant, & potentes decernunt iuſtitiam.* Et quod ſacri Canones diſertè affirmant, leges Romanas per ora Principum promulgatas venerandas eſſe, *in cap. fin. 16. quæſt. 3.* & in *c. ſiue coniugij 33. q. 2.*

Vt & hinc rectè conſtitutum ſit à iure Canonico, vt ſi Iudex Eccleſiaſticus neglectis iuris Canonici vel Ciuilis conſtitutionibus, aliter ſententiam dixerit, ipſa vel iure nulla ſit, vel iuſtè ab ea prouocetur, cap. 1. & ibi DD. ext. de ſententia & re iudicata. *Sententia* (inquit Canon) *contra leges Canonéſve prolata, licèt non ſit appellatione ſuſpenſa, non poteſt tamen ſubſiſtere ipſo iure.* Ecce quanta iuris Ciuilis auctoritas ſit in decidendis etiam cauſis Eccleſiaſticis. Atque

huius

huius regulæ auctor eſt Felinus in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. 10. num. 37. extr. de conſtitutionibus. Cui aſſentiuntur Panor. in repetitione eiuſdem cap. nu. 16. & 17. & Decius ibidem num. 104.

Quæ tamen regula non perpetua eſt, ſed ſuas limitationes habet. Ac principio ea intelligitur, vbi ius Ciuile fauorabile eſt, hoc eſt, commodum & incommodum ſimul adfert perſonis vel rebus Eccleſiaſticis; vti fit in contractibus. Cæteræ enim ſi quæ tantummodò damnoſæ ſunt perſonis vel rebus Eccleſiaſticis, eas in dubio tanquam Eccleſiaſticæ libertati aduerſas ſacri Canones non probant, vt eſt in cap. fin. de immunit. Eccleſ. in 6. cap. 11 de iureiurando eod. lib. 6. & cap. 1. extr. de conſuetud. Panorm. Decius ſup. cit. locis.

Secunda limitatio eſt in legibus ſiue conſtitutionibus Principum ſecularium, quæ nominatim meminerint perſonarum vel rerum Eccleſiaſticarum. Has enim expreſsè repudiat ius Canonicum per text. in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. ext. de conſtitutionibus; cuius verba hæc ſunt: *Nos attendentes, quod laicis (etiam religioſis) ſuper Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis nulla ſit attributa poteſtas, quos obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi: à quibus ſi quid motu proprio ſtatutum fuerit, quod Eccleſiarũ etiam reſpiciat commodum & fauorem, nullius firmitatis exiſtit, niſi ab Eccleſia fuerit approbatum.*

Eadem

Eadem ſententia repetitur *in cap.fin.ext.de rebus Eccleſiæ alienandis.* & longè ante id conſtitutum fuit in Synodo Romana tertia à Symmacho Papa, vt videre eſt in ca.1. diſt.96. His igitur iuribus omnis poteſtas omniſque iuriſdictio detracta eſt laicis diſponendi de perſonis & rebus Eccleſiaſticis. Et non ſine ratione, ne qui quævè ſemel Deo dicata ſunt, temerè ad humanos vſus reuocentur, contra iuris Canonici regulam: *Semel Deo dicatum non eſt ad vſus humanos transferendum. cap. ſemel Deo. de regulis iuris in 6.* Quare etiam aliis locis diſertè cauetur, ne Clerici eorumque res Eccleſiaſticæ iuriſdictioni ſeculari ſubdantur, ſed omninò reſeruentur eccleſiaſticis Iudicibus. *cap.4.c.8.c.10.& c.17.ext.de iudiciis.c.2.& ca.12.ext.de foro cõpetent.ca.denique. diſt.96.c.1. cum aliquot ſeqq.11. qu.1. cap.4. & cap.7. ext. de immunit.Eccleſiarũ,cum ſimilibus.* Atq; hæc non tantùm obtinent in inferioribus laicis, ſed & in Imperatoribus Regibuſque ſuperiorem non recognoſcentibus; vt ne hi quidem in perſonas,vel in res Eccleſiaſticas quid ſtatuere poſſint, vt rectiſſimè tradit Panorm. in d.cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. extr. de conſtitutionibus, cui & Felinus ibid. n.40.verſ.recipit. & Decius nu.88. cum aliquot ſeqq.tacitè accedunt. Eiuſdem quoque ſententiæ ſunt ibidem, Imola numer.9. & Henricus Boich. nu. 1. Ita quòd dubium non ſit,eam quoque ſententiam à cæteris DD. paſſim receptam eſſe. Quippe hi omnes

etiam

etiam laicorum numero recenſentur d. ca. duo ſunt 12. qu. 1. Sed & adeò procedunt, etiamſi Principum Conſtitutiones aliaque Statuta laicorum commodum & fauorem Eccleſiarum reſpiciant. Nec enim ideò magis valent propter defectum iuriſdictionis. eodem ca. *Eccleſia ſancta Maria*, iuncta leg. final. ff. de iuriſdiction. om. Iudicum. Igitur vt valeant, Eccleſiæ acceptatione opus eſt.

Tertia eiuſdem regulæ limitatio eſt in rebus ſpiritualibus, quæ propriè & natura ſua ad Eccleſiæ Prælatos pertinent; non ad ſæcularem poteſtatem; vt eſt Matrimonium aliaque Sacramenta, item iuſiurandum. Quod non tantùm liquet ex *c. duo ſunt. cum c. ſeq.* ſed etiam ipſius Iuſtiniani teſtimonio comprobatur *in Nouell. 8. in princ.* vbi Iuſtinianus ea quæ diuini iuris ſunt, ad ſacerdotium, non ad Imperium refert, atque idcircò hac in re nullius momenti ſunt conſtitutiones ciuiles.

Quarta limitatio eſt, vbi lex ſiue conſtitutio ciuilis peccatum continet, vt eſt concubinatus, vſura, malæ fidei præſcriptio; quæ ius Canonicum non admittit ex ratione cap. ſi ext. de præſcriptionibus. vbi Innocentius I I I. improbans malæ fidei præſcriptionem, hanc generalem cauſam ibidem ſubiicit: *Cùm generaliter ſit omni conſtitutioni atque conſuetudini derogandum, quæ abſque mortali peccato non poteſt obſeruari.* Quò referri quoque debet vbi de peccato defuncti

agitur

agitur ab hærede eius expiando, per reſtitutionem eius, quod defunctus debuit, vt in cap. vlt. ext. de ſepulturis.

Quinta limitatio eſt; vt ſi extra præmiſſas limitationes ius Canonicum à iure Ciuili diſcrepet, vtrumque in ſuo foro obſeruandum ſit, hoc eſt, ius Canonicum in foro ſuo Canonico ſiue Eccleſiaſtico, & ius Ciuile in foro ſuo Ciuili ſiue ſæculari. Panormitan. in repetit. d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ num. 19. & in cap. 1. num. 7. ext. de noui operis nunciatione. & poſt eum Decius in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. num. 110. Gloſſa in cap. 2. de arbitris lib. 6. & ibi not. Et ratio eſt, diſtinctio iuriſdictionis vtriuſque Eccleſiaſticæ & Ciuilis; quarum altera alteram non impedit; ſed vtraque iure ſuo vtitur. cap. cùm ad verum. cap. ſi Imperator. diſtinct. 96. vt & fatetur Summus Pontifex in cap. nouit. 11. extr. de iudiciis. *Non putet*, inquit, *aliquis quod iuriſdictionem illuſtris Regis Francorum perturbare aut minuere intendamus, cùm ipſe iuriſdictionem noſtram nec velit nec debeat impedire.* Idem indicat *& in cap. per venerabilem* 13. *verſ. id autem in patrimonio. extr. qui filij ſint legitimi.* Vnde & in cap. cauſam quæ 7. extr. eod. qui filij, reuocat Summus Pontifex Mandatum à ſe emiſſum in præiudicium Regis Angliæ; apertè his exemplis demonſtrans iuriſdictionem ſuam Eccleſiaſticam diſtinctam eſſe à ſæculari, neque ſuam impedire alteram in

rebus

rebus quæ neque ſpirituales ſunt, neque Eccleſiaſticæ, neque quæ ſalutem animæ concernunt.

His igitur generaliter præmiſſis deſcendamus in ſpecie ad ipſas differentias iuris vtriuſque, in quibus ſcilicet ius Canonicum diſcrepat à iure Ciuili, præcipuas tantummodò earũ recenſentes. Nam ſi quæ aliæ erunt, quæ fortaſſe hîc non adducuntur, ea ex præcedentibus limitationibus facilè decidi poterunt.

I. Itaque differentia eſt, quæ occurrit, in ca. Eccleſia ſanctæ Mariæ 10. ext. de conſtitutionibus; quod in eo diſſidet à iure Ciuili, quòd indiſtinctè auferat laicis facultatem diſponendi de perſonis vel rebus Eccleſiaſticis, contra titulos Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis, de Epiſcopis & Clericis, de Epiſcopali audientia. Item contra Nouellam Iuſtiniani, de ſanctiſſimis Epiſcopis. Vt clerici apud proprios Epiſcopos; cum ſimilibus, quæ quidem vigebant tempore Iuſtiniani, ſed diſſimulantibus tunc propter ſtatum Eccleſiæ Summis Pontificibus.

II. Differentia eſt in cap. 2. ext. de reſcriptis, quod in eo differt à iure Ciuili, quòd in reſcripto Summi Pontificis non neceſſariò inſeratur hæc clauſula: ſi preces veritate nitantur; ſed ſufficit eam tacitè intelligi. Ius verò Ciuile hanc clauſulam expreſsè requirat, alioqui eâ omiſsâ, non valet reſcriptum Principis. l. fi. C. de diuerſis reſcriptis, vt ſuprà in 5. limitatione.

III. Dif-

III. Differentia eſt in c. quia propter. extr. de electione. vbi certa forma præſcribitur circa electionem Epiſcopi, diuerſam verò tradit Iuſtinianus in Nouella 123. de ſanctiſſimis Epiſcopis. §. 1. de quo ſuprà, vt in 2. limitatione.

IV. Differentia eſt ſub titulo de ætate & qualitate & ordine præficiendorum in 6. & in Clement. vbi quoad ordinandos clericos diſſentit ius Canonicum à ciuili, quod extat in d. Nouella de ſanctiſſ. Epiſcop. §. clericos autem. De qua vide ſuprà, ſecundam limitationem.

V. Eſt in c. quærenti 26. extr. de officio & poteſt. Iud. delegati. vbi delegatus S. Pontificis ſententiam à ſe latam ipſe executioni mandare poteſt intra annum, contra textum in l. Iudex poſteaquàm 55. ff. de re iudicata: *Iudex*, inquit textus, *poſteaquàm dixit ſententiam, Iudex eſſe deſinit.*

VI. Deſumitur ex cap. 1. & ex cap. 3. extr. de pactis. vbi nudum pactum ſeruare iubemur ex parte etiam ipſius promittentis, adeò quòd ad eius obſeruationem conſtringi poſſit, ſicut tradunt communiter Doctores in d. cap. 1. *teſtibus Panormitan. & Imola ibidem, & Martino Nauarro conſilio 16. numero 4. de pactis:* quod ſecus eſt de iure ciuili, quo ex nudo pacto non oritur actio *l. Iuris gentium 7. §. ſed eam nulla. & §. quinimò. ff. de pactis.* Et cùm hæc res periculum animæ contineat, eò quòd apud Deum nulla ſit differentia iuramenti & ſimplicis loquelæ, *c. iuramenti 22.*

qu. 5.

*qu. 5.* præferendum in hac re erit ius Canonicum ciuili, vt *in 4. limitat.*

VII. Eſt in cap. quamuis. de pactis lib. 6. quo pactum filiæ cum patre initum de non ſuccedendo patri, confirmatur iuramento contra præſcriptum iuris ciuilis *in l. pactum dotal. 3. C. de collationib. in l. ſi quando 35. §. illud, C. de inofficioſo teſtamento. iuncta l. non dubium 5. C. de legib.* Idque de iure Canonico efficit obligatio, quæ oritur ex ipſo iuramento inter Deum & iurantem, cap. debitores 6. ext de iureiurando. Idem accidit (vt & hoc inferamus) in alienatione dotis & donationis propter nuptias, in quam licet mulier conſentire non poteſt, *l. vnica. §. & cùm lex Iulia. C. de rei vxoriæ actione. Auth. ſiue à me. C. ad SC. Velleianum,* etiam iurata de iure ciuili *ex d. l. non dubium.* Confirmatur tamen iuramento ex præſcripto iuris Canonici *c. cùm contingat. 28. ext. de iureiurando.* adeoque hoc ſeruari debet etiam in foro ciuili, *c. 2. de iureiurando in 6.*

VIII. Differentia eſt in cap. 2. de arbitris libr. 6. quo duobus ex tribus arbitris permiſſum eſt in cauſa compromiſſa procedere, tertio cõtumaciter vel aliàs voluntariè abſente. At contrà ſtatuit ius ciuile, quo omnium arbitrorum præſentia in cognoſcendo & definiendo exigitur; ſiquidem in tres compromiſſum eſt. *l. ſi in tres 20. ff. de receptis arbitris.* Et hanc differentiam refert ad 5. limitationem ſuprà.

IX. Eſt in c.etſi clerici 4.ext.de iudiciis,quo Epiſcopo licet diſpenſare cum clerico adultero,& in leuioribus delictis cõtra ius ciuile,quo Iudex gratiam facere non poteſt delinquenti, *l.*1. §. *ff. ad Turpilian.* cùm non debeat eſſe clementior lege, § *oportet.Nouella* 82. *de Iudicibus.* Præterea aliter puniuntur clerici de iure Canonico, *cap. cùm non ab homine* 10. *ext.de iudiciis.*aliter laici de iure ciuili, vt videre eſt lib. 9. & lib. 48. in ff. tum alibi.

X. Eſt in c.delicti *6*. ext. de iudiciis, quo neceſſe non eſt actionis nomen in libello exprimere. Aliter de iure ciuili,quo nemo in iudicio ſine actione experitur, *l. ſi pupilli 6. §. final.ff.de negotiis geſtis. l.1.in princ. ff.de edendo.*

XI. Eſt in cap. penult. extr. de iudiciis,quo inſtantia iudicij per lapſum triennij non perit, contra textum in l.penult.in princip. C.de iudiciis,in quo & camera Imperialis ius Canonicum ſequitur, teſte Mynſingero Centur. 2. obſ. 48.

XII. Eſt in cap. ſi diligenti 12. extr. de foro competenti,quo clerici etiam iurati renunciare non poſſunt priuilegio Eccleſiaſtici fori,& ſe ſubiicere ſeculari Iudici,contra textũ in l. penult.C.de pactis. Neque iuramentum clericorum hac in re quicquam operatur,cùm priuilegium conceſſum clericis,ne coram Iudice ſeculari conueniantur, toti ordini clericorum,non verò ſingulis principaliter conceſſum ſit, *d.c. ſi*

*dili-*

*diligenti.* Iuramentum autem non obligat, vbi iudicium alterius vertitur, *d. c. cùm contingat in fin. & c. 2. de pactis in 6.*
XIII. Eſt in c. ſignificaſti 18. ext. de foro cõpetenti, quo clerici iuriſdictionem alterius Iudicis Eccleſiaſtici prorogare non poſſunt, niſi aſſenſu Epiſcopi ſui. Diuerſum eſt de iure ciuili, quo conſenſus partiũ ſufficit l. 1. & l. 2. ff. de iud.
XIV. Eſt in cap. 3. ext. de ordine cognit. quo cautum eſt, vt ſi cauſa natalium incidat in petitionem hæreditatis, vt quia petenti hæreditatem paternam obiicitur, quòd nõ ſit legitimus filius, cauſa natalium referri debeat ad Iudicem Eccleſiaſticum, quâ expeditâ cauſa principalis hæreditaria remittitur ad priorem Iudicem ſecularem. Idem continetur *in cap. lator. 5. ext. qui filij ſint legitimi.* Contrarium verò à iure ciuili receptum eſt. *in l. 2. C. de iudiciis & in l. 3. C. de ordine iudiciorum.* quibus textibus quæſtio ſtatûs quoties in cauſam principalem incidit, ſimul tractatur coram eodem Iudice, licèt alioqui idem Iudex de quæſtione ſtatûs non poſſit principaliter cognoſcere. Diuerſum ideò à iure Canonico ſtatutum eſt propter matrimonium, ex quo cauſa natalium pendet, quod cùm ſpirituale ſit, ad Iudicem ſecularem non pertinet, *c. 2. ext. de iudiciis.*
XV. Differentia eſt in cap. ſæpè contingit 18. ext. de reſtit. ſpoliatorum, vbi remedium recuperandæ poſſeſſionis & in eum datur

qui non deiecit poſſeſſorem, ſed à deiiciente (quem Canones ſpoliatorem vocant) ſciens & prudens rem eandem accepit, contra textum *in l. cùm à te 7.* ff.de vi, & vi armata: quo loco Paulus I.C. reſpondit Interdictum vnde vi, quod eſt recuperandæ poſſeſſionis, non competere aduersùs tertium, ſed tantùm contra eum qui deiecit. Verùm iuris Canonici ratio hæc eſt, quod is qui à deiiciente ſciens rem recepit, ipſe quaſi in vitium ei ſuccedat, & quod parum interſit iniuſtè quis rem retineat, an inuadat alienam. *d. c. ſæpè contingit.* Vnde cùm hæc res concernat animæ ſalutem, rectè exiſtimat Panor. in d. c. ſæpè. diſpoſitionem iuris Canonici etiam ſeruandam eſſe in foro ciuili.

XVI. Eſt in cap. *1.* in cap. ſequ. & paſſim toto tit. ext. de teſtibus cogendis. Hoc enim iure Canonico teſtis non poteſt ad dicendum teſtimonium cogi, ſed moneri & induci debet, præterquam ſi odio vel gratiâ vel timore ſe ſubtraxerit, quo caſu & cogi poterit. At iure ciuili indiſtinctè compellitur teſtis, *l. ſi quando* 18. *C. de teſtibus. l. 1. §. 1. in fine, ff. eodem.*

XVII. Differentia eſt in c. vigilanti 5. in ca. ſi diligenti. 17. & in cap. fin. extr. de præſcriptionibus. Quibus locis præſcriptio abſque bonâ fide non currit. Eſt autem bona fides conſcientia bona, quâ putamus rem noſtram eſſe, licèt reuerà ea aliena ſit. Sic Modeſtinus vocat eum emptorem bonæ fidei, qui ignora-

uit rem, quam emit, alienam eſſe, aut putauit eum, qui vendidit, ius vendendi habuiſſe; puta procuratorem aut tutorem *l. bonæ fidei* 109. *ff. de verb. ſignificat.* Bonæ fidei opponitur mala fides, id eſt, conſcientia rei alienæ. *l. certum* 22. C. *de rei vindicat.* & §. *ſi quis à non domino.* Inſtit. de rerum diuiſ. Itaque de iure Canonico neceſſaria eſt bona fides in præſcriptione rerum tam incorporalium quàm corporalium. Adeoque ea toto præſcriptionis tempore requiritur. *d. c. vigilanti, cùm ſimilibus, & c. poſſeſſor de regul. iur. in 6.* Siquidem qui alienam rem ſciens affectat ſiue concupiſcit, incidit in præceptum Decalogi: *Non concupiſces, &c.* Aliud eſt iure ciuili: quo etſi in præſcriptione triennij, & longi temporis initio bona fides exigatur, non tamen ea neceſſaria eſt ad complendam ſiue perficiendam præſcriptionē. *l. vnica.* C. *de vſucap. transformanda. l. ſequitur* 4. §. *de illo in fin. & l. ſi aliena res.* 10. *ff. de vſucapio.* Et in præſcriptione 30. annorum ne quidem in initio bona fides exigitur l. cùm notiſſimi. 8. §. 1. & *l.* 3. & 4. de præſcriptione 30. vel 40. annorum. Quare cùm hic verſemur in materia peccati, ſtandum potiùs erit iuri Canonico etiam in foro ciuili; vt & in Camera Imperiali receptum teſtatur Andreas Gail lib. 2. obſeru. 18. num. 7.

XVIII. Differentia eſt, quod licet is, cuius præſcriptio interrupta eſt per litis conteſtationem, poſſit ceſſante iudicio nouam præſcri-

XXI. Quod res ſacra, vt eſt calix, patena vel veſtimentum ſacerdotale, de iure Canonico pignori obligari poſſit vrgente iuſtiſſimâ neceſſitate, c.1. ext. de pignoribus. Aliter de iure ciuili, *l.1. §. eam rem. ff. quæ res pignori vel hypothecæ datæ oblig. & l.3. C. eod.*

XXII. Eſt in cap. Odoardus ext. de ſolutionibus, quo clericus ob æs alienum in carcerem coniici non poteſt, neque bonis cedere cogitur; ſed præſtando cautionem de ſoluendo vbi ad pinguiorem fortunam peruenerit, liberatur. De iure ciuili verò debitor, qui ſoluendo non eſt, ducitur in carcerem, aut bonis cedere compellitur, *l. 1. qui bonis ced. poſſ.* Adde Couar. *var. reſolut. lib. 2. cap. 1. num. 9.*

XXIII. Eſt in c. cùm eſſes. 10. extr. de teſtamentis, quo valet teſtamentũ, neque impugnari poteſt quod coram Parocho & tribus vel duabus aliis perſonis idoneis conditum eſt. Aliter verò de iure ciuili, quo regulariter non ſubſiſtit teſtamentum, niſi factum ſit coram 7. teſtibus, *l. hac conſultiſſima 21. C. de teſtamentis. §. ſed cùm paulatim. Inſtit. de teſtamentis ordinandis.* adeò vt ſi vnus teſtis deſideretur, teſtamenti cauſa tota corruat. *l. ſi vnus 12. C. de tit.* etiam quoad teſtamentum tempore peſtis conditum, *l. caſus maioris 8. C. eodem tit.* vbi animaduertendum eſt, quod etſi ſint qui exiſtimant hanc ſolemnitaté teſtamentariam iuris ciuilis ſublatã per ius Canonicum *in d. cap. cùm eſſes.* eò quòd ratio

eiuſdem *c. cùm eſſes.* nititur diuino iuri, quo dicitur: *In ore duorum vel trium ſtet omne verbum.* Verior tamen & receptior ſententia eſt, deciſionem *d. cap. cùm eſſes.* locum tantùm habere in ditionibus Eccleſiæ, id eſt, Romano Pontifici temporaliter ſubiectis, non verò in terris Imperij, vbi ius ciuile ſequimur, ſicut videre eſt apud Iulium Clarum §. teſtamentum quæſt. 57. Neque mouet ius diuinum de duobus aut tribus teſtibus. Quia ex cauſa poteſt Princeps à iure diuino diſcedere, declarando illud non habere locum aliquo caſu, velut in teſtamentis propter euitandam falſitatem 7. teſtes regulariter exiguntur. Item in homicidio, quod licèt iure diuino prohibitum ſit, permittitur tamen Iudici flagitioſos è medio tollere; tum defendendi ſui cauſa conceſſum eſt cuilibet aggreſſorem ſuum occidere. *l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure l. 2. C. ad legem Corneliam de Sicariis. cap. ſignificaſti* 18. *ext. de homicidio.* Innocent. *ad ca. quæ in Eccleſiarum numer.* 4. *extr. de conſtitutio.* Couar. *in d. c. cùm eſſes. num.* 3.

XXIV. Differentia eſt in cap. relatum 11. extrau. eodem de teſtamentis. Vbi voluntas vltima pietatis cauſa coràm 2. aut 3. teſtibus legitimis facta valet, non obſtante iure ciuili de 7. vel 5. teſtibus adhibendis, *l. fin. in fin. C. de codicill. & d. l. hac conſultiſſima.* Vide latiùs Iulium Clarum in d. §. teſtamentum. q. 6.

XXV. Eſt in c. cùm tibi 13. ext. eod. de teſtament.

ſtament. Vbi his verbis textus: *Dicimus quòd qui extremam voluntatem in alterius diſpoſitionem committit, non videtur diſcedere inteſtatus.* Quod certè contrarium videtur iuri ciuili, quo neceſſariò requiritur hæredis inſtitutio, vt quis teſtatus dicatur diſceſſiſſe, *l. iubemus. 29. C. de teſtamentis, l. hæres palam 21. ff. eodem.* Quippe hæredis inſtitutio eſt baſis & fundamentũ ipſius teſtamenti, *l. fin. C. de codicillis. & §. ante hæredis. Inſtit. de legatis.* Præterea teſtamentum eſt voluntatis noſtræ ſententia. *l. 1. ff. de teſtament.* Tum captioſa illa voluntas dicitur quæ confertur in ſecretum alienæ voluntatis: ideoque à iure improbata eſt, *l. ſi quis Sempronium 68. verſ. at quin l. captatorias 70. cum l. ſeq. ff. de hæredib. inſtituendis.* Quam differentiam vtriuſque iuris ſenſit gloſſa *in d. c. cùm tibi.* Alij verò Doctores exiſtimant fauore piæ cauſæ hoc permitti, ita vt is, cuius diſpoſitioni vltima voluntas permiſſa eſt, loco hæredis ſit. Verùm piæ cauſæ nulla fit mentio *in d. c. cùm tibi.* neque fauore piæ cauſæ videtur remiſſa ſolemnitas iuris, *l. generali 13. C. de ſacroſanctis Eccleſiis.* Vnde manet adhuc diſcrimen hac in re vtriuſque iuris, niſi fortè velimus ita conciliare vtrumque textum, quod ex verbis *d. c. cùm tibi.* hæredis inſtitutio colligatur: Videtur enim is committendo voluntatem ſuam alterius diſpoſitioni, dominum eum facere hæreditatis ſuæ; quod alioquin ſufficit ad inſtituenndum hæredem l. his verbis in princ. 48. ff. de hæredi-

bus inſtituendis, l. quoniam indignum 15. & l. teſtamentis. C. de teſtamentis.

XXVI. Differentia deſumitur ex cap. Raynutius 16. & ex cap. Raynaldus 18. extr. eodem titul. de teſtament. vtroque textu permittitur filio, ſi fideicommiſſo vniuerſali grauatus ſit à parente, detrahere legitimam ſuam & quartam Trebellianicam. Explico; Pater condito teſtamento inſtituit filium ſuum hæredem; eumque rogauit, vt poſt mortem ſuam ſi ſine liberis diſceſſerit, reſtituat hæreditatem alteri. Hic igitur filius, ſi ſine liberis diſceſſerit, primò detrahit ſibi ex hæreditate paterna legitimam ſuam, id eſt, quatuor vncias, quæ conficiunt tertiam partem hæreditatis. Deinde ex reliqua hæreditate beneficio SC. Trebelliani duas alias vncias, quæ eſt quarta pars reliquæ hæreditatis; ita quòd ex duplici hac detractione conſequatur filius ſemiſſem, id eſt, mediam partem hæreditatis paternæ, quam cui vult relinquere poteſt filius. Contrà verò, ius ciuile vnam tantummodò detractionem admittit, vel legitimæ vel quartæ Trebellianiacæ. §. *quamobrem Nouell. 39. de reſtitutionibus, & ea quæ parit. l. iubemus. 6. in princip.* C. *ad SC. Trebellian. & l. filium 24.* C. *familiæ erciſcundæ.* Ius verò Canonicum hanc rationem habet, quòd legitima, quæ inſtitutionis titulo ad filium peruenit, imputetur ei in quartam Trebellianicam, ſicut & alia quæ conſequitur iudicio defuncti.

*l. in*

*l. in quartam 90. ff. ad legem Falcidiam.* Ius verò Canonicum hanc gratiam habet, quòd legitima debeatur filio ex præſcripto iuris, non verò ex liberalitate ſiue iudicio patris. Siquidem lex omninò iubet filio relinqui legitimam, quam pater auferre, diminuere, aut grauare non poteſt. *Authentic. nouiſſima. & l. quoniam in prioribus. Codic. de inoffic. teſtament.* Quare iuſta cauſa eſt, vt præter legitimam ſuam filius detrahat quoque Trebellianicam ex eadem hæreditate, ne deterioris ſit conditionis quàm extraneus hæres inſtitutus idemque grauatus, qui quartam Trebellianicam detrahit, *toto titulo. ff. & Codic. ad S C. Trebellianicum, & in Inſtitution. de fideicomiſſ. hæreditatibus.* Et hanc differentiam iuris Canonici & Ciuilis obſeruauit ex ſententia Baldi Paulus Caſtrenſis *in authentic. Res quæ. Codic. communia de legatis* & Iaſon *in eadem Authentic.* quamuis vterque teſtetur, ius Canonicum hac in re vbique præualere. Quod admitto, vbi conſuetudo talis introducta eſt, & probari poteſt per textum, *in lege final. extrau. de conſuetudine, & l. minimè 23. ff. de legibus.* Sunt qui vtrumque ius ita inter ſe conciliant: Aut enim filius fideicommiſſo grauatus eſt purè, hoc eſt, abſque vlla conditione; quo caſu putant filium tantummodò legitimam ſuam, vel Trebellianicam ſolùm deducere poſſe; aut adiecta con-

ditione

ditione ſi ſine liberis deceſſerit, & hac ſpecie arbitrantur vtramque legitimam & Trebellianicam filium detrahere poſſe: vti videre eſt apud Didacum Couarruuiam. *ind.ca.Raynutius*, §.11. *num.*10.& Andream Gail *libr.*1. *obſeruat.*121. Vbi teſtatur communiter receptum eſſe. Sed vereor ne hæc diſtinctio iure defendi poſſit propter textum *in d.l.iubemus.C.ad SC.Trebellianum.* Vbi etiam filius ſub conditione grauatus ſi ſine liberis diſceſſerit, dodrantem, id eſt, 9. vncias reſtituere tenetur. Vnde cum hoc caſu non agatur de re ſpirituali vel Eccleſiaſtica vel quæ peccatum continet; putarem in hac differentia iuris vtriuſque, ius ciuile in ſuo foro & ius Canonicum in ditionibus Romanæ Eccleſiæ ſeruandum eſſe; quamuis à diſtinctione illa Doctorum non temerè recedendũ ſit: cùm expediat iura iuribus conciliari. *cap. cùm expediat* 29. *de electión. lib.* 6. *in l. vnic.* C.*de inofficioſis dotibus.* ac proinde poſſit reſponderi *ad d. l. iubemus*, quod dodrans accipiendus ſit detractâ priùs Trebellianicâ.

XXVII. Differentia eſt in c. fin. extr. de ſepulturis. Ex quo textu tenentur hæredes ex delicto defuncti, licèt ad eos nihil ex eodem delicto peruenerit. Idem teſtatur textus *in c. in literis* 5. *extr. de raptoribus.* Quod vtique aduerſatur iuri ciuili, quòd hæres ex delicto defuncti conueniri non poteſt, niſi vbi aliquid ex eius delicto ad eum peruenit, ne ex delicto defuncti di-

teſcat

teſcat hæres.*l.vnica. C.ex delicto defunct.l.in hæredem 5. ff. de calumniatoribus.& l. cum autem fundi 52.ff. de rei vindicatione.* aut niſi delictum circa contractum amiſſum ſit, cùm contractus regulariter natura ſua ad hæredes tranſeant. *l.ex depoſiti 11. & l.ex contractibus 48. ff. de obligat. & actio.* aut niſi lis ob cauſam delicti anteà conteſtata fuerit cum defuncto. *d. l.vnica. & §. non autem omnes.C.de perpetuis, & temporalibus actionibus.* Quia per litis conteſtationem in iudicio quaſi contrahitur, *l.3. idem ſcribit. ff. de peculio.* Quartus caſus eſt in furto, quo ad actionẽ furtiuam quæ in hæredem tranſit, etiamſi ad eum nihil deuenerit, *l.ſi pro fure. 7. §.conditio ff.de condict. furtiua.* idq́; ob huius delicti frequentiam. His quatuor caſibus exceptis, hæres ex delicto defuncti non tenetur de iure ciuili; cùm delicta perſonalia ſint; ac proinde etiam pœnæ perſonales. *l.ſancimus.ff.de pœnis.* At de iure Canonico indiſtinctè tenetur hæres ad reſtitutionem damni à defuncto illati, vt ſcilicet hac reſtitutione factâ per hæredem expietur anima defuncti, per textum *in d. cap. in litteris.* Et cùm hæc res animæ ſalutem concernat, præferendum eſt ius Canonicum iuri ciuili, etiam in ſeculari foro.

XXVIII. Differentia eſt in cap.cum homines 7. c.non eſt in poteſtate 22. & in ca. tua nobis 26. ext. de decimis. Quibus locis integræ ſoluuntur decimæ non deductis expenſis ſeminis,

nis,culturæ,vel laboris, contra textum iuris ciuilis *in l. fin à non domino 36. §. fin. ff. de petit. hæredit. in l. fructus 7. ff. ſoluto matrimonio. & in l. 1. C. de fructibus & litium expenſis.*

His enim iuribus non intelliguntur fructus niſi deductis impenſis, quæ quærendorum, colligendorum, conſeruandorumque eorum gratia factæ ſunt. Diuerſum ideò ſtatuit ius Canonicum in decimis, quòd hæ debeantur Deo in ſignum vniuerſalis dominij, cuius eſt terra & plenitudo eius, quamuis in vſum clericorum & pauperum transferantur *d. c. tua nobis. & c. cùm non ſit. ext. de decimis.* Vnde ſicut cenſus & tributa non detractis expenſis domino temporali ſoluuntur, ita multo magis ipſi Deo, *d. c. tua nobis. & l. cum non ſit.* imò & decimarum ſolutio cenſum, & tributa temporalium dominorum præcedere debet propter dominium generale, *d. c. cùm non ſit.*

XXIX. Differentia eſt in cap. inter alia 6. extr. de immunitate Eccleſiarum. quo delinquentes, ſi ad Eccleſiam confugerint, inde abſtrahi non poſſunt, exceptis publico latrone & nocturno depopulatore agrorum. Diuerſum eſt de iure ciuili, *in §. neque autem homicidis. Nouella 17. de mandatis Principum.* Quo loco hæc immunitas Eccleſiarum tollitur. Si tamen decorem Eccleſiæ reſpicias, magis eſt vt hac in re ſequamur ius Canonicum, omiſſo Iuſtiniani iure *in d. c. § . neque autem.* quemadmodùm com-

probat Panor.in d.c.inter aliam nu.18. & communiter teſtatur receptum eſſe Couar. var.reſol. lib.2. c.20. num.3.

XXX. Differentia eſt in cap. fin. ext. ne clerici vel monachi lib.5.vbi Epiſcopi & alij clerici iuriſdictionem ſæcularem habentes, ea quæ ſunt meri imperij,alteri mandare poſſunt,contra ius ciuile, quo meri imperij delegatio non admittitur. *l.1. ff. de officio eius in l. ſolet 6.ff.de officio proconſulis.* Ideò verò in Epiſcopis aliiſque clericis cõtrà receptum eſt, ne ſi ſanguinis pœnam irrogent, irregularitatem incurrant,aliaſque pœnas à ſacris Canonibus ſtatutas. *cap.ſi quis viduam diſt.50.c.clericis 5. ſententia 9.text.ne clerici vel monachi.*

XXXI. Eſt in c.2.de ſponſalibus,iuncto ca. de illis 7.ext. de deſponſat.impub.quo alter alteri renunciare ſponſalibus à ſe contractis non poteſt, ſed requiritur vtriuſque diſſenſus. Secus verò eſt de iure ciuili, *l.1. C. de ſponſalibus.*

XXXII. Eſt in ca. de illis 5.ext.de ſponſalibus, vbi propter diſceſſum ſponſi in exteras regiones,permittitur ſponſæ quærere alium maritum. De iure verò ciuili triennium exigitur, quo abeſſe neceſſe eſt ſponſum,*l.2.C.de repudiis.* licet ſi præſens eſſet ſponſus, poſſit ille ſtatim renunciare ſponſalibus per libellum repudij in d.l. 1. C.de ſponſalibus.

XXXIII. Differentia eſt in ca.præterea 12. extra. de ſponſalibus, vbi matrimonium pro-

hibetur

hibetur contrahi ob dictum vnius aſſerentis eos ſibi inuicem affines eſſe. Aliter de iure ciuili, quo vnius dicto ſiue teſtimonio non creditur, l. iuriſiurandi 8. C. de teſtibus.

XXXIV. In eodem c. præterea. differentia eſt à iure ciuili. Nam eodem textu oritur affinitas ex illicito concubitu. Idem probat *cap. 2. ext. de conſanguinitate & affinitate.* De iure verò ciuili non oritur affinitas niſi ex iuſtis nuptiis. *l. 4. §. affines. ff. de gradibus affinit.*

XXXV. Differentia eſt in cap. cum locum 14. cum cap. ſequ. ext. eodem titul. de ſponſalibus. & in cap. ſignificauit. ext. de eo qui duxit in vxorem. Ex quibus textibus probatur matrimonium metum contractum ipſo iure nullum eſſe. At de iure ciuili valet *l. ſi patre 22. ff. de ritu nuptiarum.* quia coacta voluntas etiam voluntas eſt, licèt per actionem quod metûs cauſa matrimonium reſcindatur, per textum in l. ſi mulier *21.* ff. de eo quod metûs cauſa.

XXXVI. Differentia eſt in c. cum in Apoſtolica. ext. d. tit. de ſponſalibus. quo loco matrimonium cum alia contractum valet, licèt adhuc pendeat lis ſuper alio matrimonio. Statuamus enim Titium cum Mæuia contraxiſſe matrimonium, & poſteà inter ipſos de eodem matrimonio motam fuiſſe litem ex conſanguinitate vel affinitate: Titium verò pendente hac lite iniuiſſe aliud matrimonium cum altera, poſteà verò ſententiam diuortij inter Titium

& Mæuiam latam fuiſſe: hac ſpecie, textus *in d. ca. cùm Apoſtolica.* vult poſterius matrimonium valere, licet pendente lite cum Mæuia contractum ſit contra *l. 2. l. 3. C. de litigioſis. & tit. C. vt lite pendente.*

XXXVII. Differentia eſt in cap. præſentia 19. ext. eod. de ſponſalibus; quo mulier, abſente marito, quantocumque etiam temporis ſpatio euoluto, alteri nubere non poteſt, priùſquàm certum nuncium de mariti morte receperit. Siquidem iure Canonico matrimonium non diſſoluitur, niſi morte alterius coniugum: *cap. penult. & vltim. ext. de ſecundis nuptiis. & 1. ad Corinth. 7. cap.* quæ certè mors cùm in facto conſiſtat, probanda eſt, *c. de conſtitutionibus in 6.* De iure verò ciuili poſt quinquennium nubere poteſt, vbi maritus captus eſt, & incertum, vtrum adhuc viuat, *l. vxores 6. ff. de diuortiis. & Nouella 22. §. ſed etiam captiuitatis.* Sin in bello periiſſe dictaur, poſt annum, ſeruata tamen forma *auth. hodie. C. de repudiis.*

XXXVIII. Differentia eſt in c. cùm apud 23. ext. eodem titul. de ſponſalibus, vbi inquit textus, ſufficere ad matrimonium contrahendum eorum conſenſum qui contrahunt. Vnde conſequens eſt, quod in matrimonio à filiofamiliàs contracto neceſſariò non requiratur conſenſus parentum, ſicut probant textus *in c. penult. ext. de raptoribus in c. per tuas 6. ext. de conditionib. appoſitis.* Contrà verò eſt de iure ciuili in

l.2. C.de ritu nuptiarum. & tit.Inſtitut. de nuptiis in princip. Et quamuis ſint qui nullam differentiam eſſe velint hac in re inter ius Canonicum & Ciuile,propter textum *in cap.aliter 30. quæſt. 5.* Id tamen temerè dicitur,cùm ex *eodem cap.aliter.* ipſi redarguantur in verbis: *Niſi voluntas propria ſuffragauerit*, &c. conſiderando voculam, *niſi*, quæ aduerſatiua eſt præcedentium. Et extat Concilij Tridentini anathema in eos, qui exiſtimant matrimonia à filiisfamilias ſine conſenſu parentum contracta irrita eſſe, & parentes ea rata vel irrita facere poſſe. vide ſeſſ.24. cap.1. de reformatione matrimonij. Quibus accedit Caroli V. declaratio in Comitiis Auguſtanis, *anno 1548. ſub titul.de Sacramento matrimonij. §.penultim.* vbi & eorum ſententia improbatur, qui aſſeuerant matrimonium abſque conſenſu parentum contractum nullius momenti eſſe, aut diſſolui poſſe.

XXXIX. Differentia eſt in c. puberes. 3. ext. de deſpoſatione impuberum, quo pubertas ex habitu corporis, non ex annorũ numero æſtimatur, vt ſcilicet is pubes ſit, qui generare poſſit, ac proinde tunc matrimonium contrahere. At iure Ciuili ex annorũ numero pubertas colligitur, quæ in maſculis accidit 14. ætatis anno impleto, in fœmina anno 12. Rectius verò ius Canonicum, cùm hæc ætas iuris Ciuilis præueniri poſſit, ita vt malitia ſiue prudentia

ſup-

ſuppleat ætatem, *cap.de illis. & c.fin.ext.de ſponſal.impub.* Refert enim Gregorius, quem citat Gloſ. *in ſumma* 20.*q*.1. puerum quendam 9. annorum ſuam nutricem imprægnaſſe.

XL. Eſt in cap.2.ext.de clandeſtin. deſponſatione, iuncto cap.aliter 30.quæſt.5.quibus locis ex mutua cohabitatione maris & fœminæ non præſumitur matrimonium, ſed contubernium, ſtuprum, fornicatio; adeò licet ea habitatio decennalis ſit, aut longioris temporis, *c.illud* 11.*ext.de præſumptionibus.* Aliter de iure ciuili. *In liberæ mulieris conſuetudine*, inquit Modeſtinus, *non concubinatus, ſed nuptiæ intelligendæ ſunt, ſi non corpore quæſtum fecerit.* in l.liberæ 24.ff. de ritu nuptiarum. Cuius diuerſitatis ratio hæc eſt; quòd cùm ab Eccleſia certæ ſolemnitates conſtitutæ ſint circa matrimonium contrahendum; videlicet, vt denuntiatio in Eccleſia publicè proponatur, *cap. fin.extr. de clandeſtina deſponſatione.* benedictio ſacerdotis adhibeatur, &c. de quibus *in d.cap. aliter.* his omiſſis Eccleſia in dubio non præſumit pro matrimonio, quòd is, qui contra ius facit, bonâ fide non videtur agere, *cap.qui contra ius de reg.iureiur. in* 6. Neque Eccleſiæ auxilio dignus eſt, qui in legem Eccleſiæ committit, *cap.in audientia* 25.*ext. de ſentent. excommunicat. & l.auxilium* 38.*in fin. ff.de minoribus.* Facilior iuris Ciuilis præſumptio eſt, eò quòd ius Ciuile nullas huiuſmodi ſolemnitates contrahendi matrimonij præ-

ſcripſerit, ac proinde nos bonâ fide agere præſumit. Sed cur non magis ius ciuile præſumit concubinatum, qui & eo iure permiſſus eſt, *l.3. circa fi. ff. de concubinis*? Ideò quòd in concubinatu teſtatione opus ſit, hoc eſt, qui mulierem ingenuam in concubinam habere velit, id eum exprimere oporteat, *d.l.3.* Modeſtinus verò loquitur eo caſu, quo dubium eſt an in concubinam mulierem quis habet, an in vxorem.

XLI. Differentia eſt in tit. extr. de coniugio ſeruorum, quo permittitur matrimonium inter ſeruos, vel inter liberum & ancillam, id eſt, ſeruam & econtrà. Ergo, quòd, iuxta Apoſtolum Paulum, in Chriſto neque liber neq; ſeruus ſit à Sacramentis Eccleſiæ ſubmouendus, *ad Galat.3. cap. in fi. citatur in c.1. extra. de coniugio ſeruorum.* Huic aduerſatur textus iuris ciuilis *in l.3. c. de inceſtis & inutilibus nuptiis, & tit. Inſtit. de nuptiis in principio.* quia eo iure ſerui pro mortuis habentur, *l. ſeruitutem. ff. de reg.*

XLII. Differentia eſt in cap. cùm haberet 5. ext. de eo qui duxit in matrimonium. Vbi liberi ex damnato concubinatu nati iubentur à parentibus ali, contra iuris ciuilis rigorem, *authent. ex complex. C. de inceſtis & inutilibus nuptiis.* Sed æquitatem iuris Canonici in foro ciuili ſequendam eſſe tradit Barth. quem refert & ſequitur Panorm. *in d.c. cùm haberet. num.5.* & Camera Imperialis videtur ſecuta eſſe apud And. Gail *lib.2. obſ.88. num.12.*

XLIII. Dif-

XLIII. Differentia eſt, quo ad gradus cognationis & affinitatis. Nam ius ciuile primum gradum non collocat inter tranſuerſales, ſed à ſecundo gradu incipit, in quo conſtituit fratrem & ſororem, in tertio fratris & ſororis filium, & filiã, & ſic deinceps, *tit. Inſtit. de gradibus cognationum. l.1. & l. iuriſconſultus 10. §. primo gradu. ff. de gradib. affinitatis.* Deinde permittit matrimonium in tertio gradu, id eſt, inter fratris & ſororis filium & filiam. §. *duorum. Inſtitut. de nuptiis & l.3. ff. de ritu nuptiarum.* At verò ius Canonicum primum gradum habet in eoque conſtituit fratrem & ſororem, in ſecundo fratris & ſororis filium & filiam, & ſic ſubſequenter. Et hoc ideò, quia inter fratrem & ſororem eſt prima cauſa matrimonij contrahendi per naturam, ſicut accidit in initio mundi inter liberos Adami; *cap. cùm igitur 35. q.1. c. ad ſedem. c. parentale. 35. qu. 5.* Inter hos tranſuerſales olim prohibitio erat vſque ad ſeptimum gradum, *c. de conſanguinitate. & c. nulla 35. qu. 3.* Hodie verò ea vſque ad quartum gradum incluſiuè, contracta eſt, *c. non debet. ext. de conſang. & affinit.* Ius verò ciuile in recenſendis gradibus potiſſimùm habet rationẽ ſucceſſionis hæreditariæ, in quo ideò incipit à ſecundo gradu, quod mortuo fratre vel ſerore ſine liberis, primò omnium ad eius hæreditatem vocentur pater & mater, & proinde hi primum gradum ſucceſſionis conſtituunt: ſecundò vocantur

frater & ſoror defuncti, *d. l. Iuriſconſultus. §. nam quoties. verſ. idem §. repetitis. Inſtitut. de ſeruili cognat.* Idque iure Inſtitutionum. Nam ex Nouella Iuſtiniani de hæredibus ab inteſtato venientibus vocantur primo loco fratres vtrinq; defuncto coniuncti ſimul cum patre ad hæreditatem fratris defuncti. Quare autem ius Canonicum prohibitioné matrimonij largiorem, quàm ius ciuile introduxerit, vide rationem in *d. c. cùm igitur. iuncto d. c. non debet.*

Quo verò ad gradus affinitatis, hi iure ciuili non extant, quòd inter affines nulla hæreditaria ſucceſſio ſit, *l. affinitatis 7. C. communi de ſucceſſionibus.* Et idcircò quoque inter affines nulla prohibitio matrimonij eſt, niſi inter eos, qui parentum liberorumque loco ſunt, veluti inter priuignam & vitricum, inter priuignum & nouercam. Item inter nurum & ſocerum, inter generum & ſocrum. Idque reuerentiæ cauſa. *§. affinitat. Inſtit. de nuptiis. l. adoptiuis 4. §. nunc videamus. ff. de ritu nuptiarũ.* At de iure Canonico eadem graduum ſubductio & matrimonij prohibitio eſt. Nam cùm maritus per commixtionem vna caro fiat cum vxore ſua, conſequens eſt ſororem vxoris eſſe marito in primo gradu affinitatis, filium verò vxoris, ex alio ſcilicet viro, ſuſceptum, vel ex ſorore vxoris eſſe in 2. gradu, atque ita deinceps. Quod idem obſeruatur inter conſanguineos mariti reſpectu vxoris, *ca. porrò 35. q. 5. iuncto d. c. non debet*

*bet. ext. de conſanguinitate & affin.* Niſi quod ex conſtitutione Concilij Trident. affinitas, quæ ex fornicatione oritur, ſecundum gradum non excedat. vide ſeſſ. 24. cap. 4. de reformat. matrim.

XLIV. Differentia eſt, in cap. laudabilem 5. ext. de frigidis & maleficiatis. vbi propter naturalem frigiditatem mariti, quâ ſcilicet is impeditur fungi officio coniugali, ſtatim ſi de frigiditate conſtet matrimonium diſſolui poteſt; ſin dubium ſit, triennium expectatur. De iure verò ciuili indifferenter triennium ſtatutum eſt §. *diſtrahuntur. verſ. per occaſionem. Nouellâ de nuptiis.*

XLV. Differentia eſt in cap. 2. & in fin. c. penult. ext. qui filij ſint legitimi. quibus locis filij legitimi cenſentur, qui ex matrimonio publicè & bonâ fide contracto, ſaltem alterius parentum, nati ſunt, etiamſi reuerà matrimonium inter eos conſtiterit. Aliud verò eſt de iure ciuili, quo huiuſmodi filij ſpurij cenſentur, *l. 3. C. ſoluto matrimonio.*

XLVI. Differentia eſt in cap. tanta. ext. eod. qui filij ſint legitimi, quo legitimantur liberi ex ſoluta muliere nati per ſubſequens cum ea matrimonium, nullis etiam interuenientibus inſtrumentis dotalibus, contra diſpoſitionem iuris ciuilis, quo requiruntur dotalia inſtrumenta, *l. cùm quis à muliere* 10. *C. de naturalibus liberis. & §. fin. Inſt. de nuptiis.*

bus inſtituendis, l. quoniam indignum 15. & l. teſtamentis. C. de teſtamentis.

XXVI. Differentia deſumitur ex cap. Raynutius 16. & ex cap. Raynaldus 18. extr. eodem titul. de teſtament. vtroque textu permittitur filio, ſi fideicommiſſo vniuerſali grauatus ſit à parente, detrahere legitimam ſuam & quartam Trebellianicam. Explico; Pater condito teſtamento inſtituit filium ſuum hæredem, eumque rogauit, vt poſt mortem ſuam ſi ſine liberis diſceſſerit, reſtituat hæreditatem alteri. Hic igitur filius, ſi ſine liberis diſceſſerit, primò detrahit ſibi ex hæreditate paterna legitimam ſuam, id eſt, quatuor vncias, quæ conficiunt tertiam partem hæreditatis. Deinde ex reliqua hæreditate beneficio SC. Trebelliani duas alias vncias, quæ eſt quarta pars reliquæ hæreditatis; ita quòd ex duplici hac detractione conſequatur filius ſemiſſem, id eſt, mediam partem hæreditatis paternæ, quam cui vult relinquere poteſt filius. Contrà verò, ius ciuile vnam tantummodò detractionem admittit, vel legitimæ vel quartæ Trebellianiacæ. §. *quamobrem Nouell. 39. de reſtitutionibus, & ea quæ parit. l. iubemus. 6. in princip. C. ad SC. Trebellian. & l. filium 24. C. familiæ erciſcundæ.* Ius verò Canonicum hanc rationem habet, quòd legitima, quæ inſtitutionis titulo ad filium peruenit, imputetur ei in quartam Trebellianicam, ſicut & alia quæ conſequitur iudicio defuncti.

*l. in*

*l. in quartam 90. ff. ad legem Falcidiam.* Ius verò Canonicum hanc gratiam habet, quòd legitima debeatur filio ex præſcripto iuris, non verò ex liberalitate ſiue iudicio patris. Siquidem lex omninò iubet filio relinqui legitimam, quam pater auferre, diminuere, aut grauare non poteſt. *Authentic. nouiſſima. & l. quoniam in prioribus. Codic. de inoffic. teſtament.* Quare iuſta cauſa eſt, vt præter legitimam ſuam filius detrahat quoque Trebellianicam ex eadem hæreditate, ne deterioris ſit conditionis quàm extraneus hæres inſtitutus idemque grauatus, qui quartam Trebellianicam detrahit, *toto titulo. ff. & Codic. ad S C. Trebellianicum, & in Inſtitution. de fideicomiſſ. hæreditatibus.* Et hanc differentiam iuris Canonici & Ciuilis obſeruauit ex ſententia Baldi Paulus Caſtrenſis *in authentic. Res quæ. Codic. communia de legatis* & Iaſon *in eadem Authentic.* quamuis vterque teſtetur, ius Canonicum hac in re vbique præualere. Quod admitto, vbi conſuetudo talis introducta eſt, & probari poteſt per textum, *in lege final. extrau. de conſuetudine ; & l. minimè 23. ff. de legibus.* Sunt qui vtrumque ius ita inter ſe conciliant: Aut enim filius fideicommiſſo grauatus eſt purè, hoc eſt, abſque vlla conditione; quo caſu putant filium tantummodò legitimam ſuam, vel Trebellianicam ſolùm deducere poſſe; aut adiecta conditione

ditione ſi ſine liberis deceſſerit, & hac ſpecie arbitrantur vtramque legitimam & Trebellianicam filium detrahere poſſe: vti videre eſt apud Didacum Couarruuiam. *ind.ca.Raynutius*, §.11. *num*.10.& Andream Gail *libr*.1. *obſeruat*.121. Vbi teſtatur communiter receptum eſſe. Sed vereor ne hæc diſtinctio iure defendi poſſit propter textum *in d.l.iubemus.C.ad SC.Trebellianum.* Vbi etiam filius ſub conditione grauatus ſi ſine liberis diſceſſerit, dodrantem, id eſt, 9. vncias reſtituere tenetur. Vnde cum hoc caſu non agatur de re ſpirituali vel Eccleſiaſtica vel quæ peccatum continet; putarem in hac differentia iuris vtriuſque, ius ciuile in ſuo foro & ius Canonicum in ditionibus Romanæ Eccleſiæ ſeruandum eſſe; quamuis à diſtinctione illa Doctorum non temerè recedendũ ſit: cùm expediat iura iuribus conciliari. *cap. cùm expediat* 29. *de election. lib.* 6. *in l. vnic.* C.*de inofficioſis dotibus.* ac proinde poſſit reſponderi *ad d. l. iubemus*, quod dodrans accipiendus ſit detractâ priùs Trebellianicâ.

XXVII. Differentia eſt in c. fin. extr. de ſepulturis. Ex quo textu tenentur hæredes ex delicto defuncti, licèt ad eos nihil ex eodem delicto peruenerit. Idem teſtatur textus *in c. in literis* 5. *extr. de raptoribus.* Quod vtique aduerſatur iuri ciuili, quòd hæres ex delicto defuncti conueniri non poteſt, niſi vbi aliquid ex eius delicto ad eum peruenit, ne ex delicto defuncti diteſcat

teſcat hæres. *l. vnica, C. ex delicto defunct, l. in hæredem 5. ff. de calumniatoribus. & l. cum autem fundi 52. ff. de rei vindicatione.* aut niſi delictum circa contractum amiſſum ſit, cùm contractus regulariter natura ſua ad hæredes tranſeant. *l. ex depoſiti 11. & l. ex contractibus 48. ff. de obligat. & actio.* aut niſi lis ob cauſam delicti anteà conteſtata fuerit cum defuncto. *d. l. vnica. & §. non autem omnes. C. de perpetuis, & temporalibus actionibus.* Quia per litis conteſtationem in iudicio quaſi contrahitur, *l. 3. idem ſcribit. ff. de peculio.* Quartus caſus eſt in furto, quo ad actionẽ furtiuam quæ in hæredem tranſit, etiamſi ad eum nihil deuenerit, *l. ſi pro fure. 7. §. conditio ff. de condict. furtiua.* idq; ob huius delicti frequentiam. His quatuor caſibus exceptis, hæres ex delicto defuncti non tenetur de iure ciuili; cùm delicta perſonalia ſint; ac proinde etiam pœnæ perſonales. *l. ſancimus. ff. de pœnis.* At de iure Canonico indiſtinctè tenetur hæres ad reſtitutionem damni à defuncto illati, vt ſcilicet hac reſtitutione factâ per hæredem expietur anima defuncti, per textum *in d. cap. in litteris.* Et cùm hæc res animæ ſalutem concernat, præferendum eſt ius Canonicum iuri ciuili, etiam in ſeculari foro.

XXVIII. Differentia eſt in cap. cum homines 7. c. non eſt in poteſtate 22. & in ca. tua nobis 26. ext. de decimis. Quibus locis integræ ſoluuntur decimæ non deductis expenſis ſeminis,

nis, culturæ, vel laboris, contra textum iuris ciuilis *in l. fin. à non domino 36. §. fin. ff. de petit. hæredit. in l. fructus 7. ff. ſoluto matrimonio. & in l. 1. C. de fructibus & litium expenſis.*

His enim iuribus non intelliguntur fructus niſi deductis impenſis, quæ quærendorum, colligendorum, conſeruandorumque eorum gratia factæ ſunt. Diuerſum ideò ſtatuit ius Canonicum in decimis, quòd hæ debeantur Deo in ſignum vniuerſalis dominij, cuius eſt terra & plenitudo eius, quamuis in vſum clericorum & pauperum transferantur *d. c. tua nobis. & c. cùm non ſit. ext. de decimis.* Vnde ſicut cenſus & tributa non detractis expenſis domino temporali ſoluuntur, ita multo magis ipſi Deo, *d. c. tua nobis. & l. cum non ſit.* imò & decimarum ſolutio cenſum, & tributa temporalium dominorum præcedere debet propter dominium generale, *d. c. cùm non ſit.*

XXIX. Differentia eſt in cap. inter alia 6. extr. de immunitate Eccleſiarum. quo delinquentes, ſi ad Eccleſiam confugerint, inde abſtrahi non poſſunt, exceptis publico latrone & nocturno depopulatore agrorum. Diuerſum eſt de iure ciuili, *in §. neque autem homicidis. Nouella 17. de mandatis Principum.* Quo loco hæc immunitas Eccleſiarum tollitur. Si tamen decorem Eccleſiæ reſpicias, magis eſt vt hac in re ſequamur ius Canonicum, omiſſo Iuſtiniani iure *in d. c. §. neque autem.* quemadmodùm com-

probat

probat Panor.in d.c.inter aliam nu.18. & communiter teſtatur receptum eſſe Couar. var.reſol. lib.2. c.20. num.3.

XXX. Differentia eſt in cap. fin. ext. ne clerici vel monachi lib.5.vbi Epiſcopi & alij clerici iuriſdictionem ſæcularem habentes, ea quæ ſunt meri imperij,alteri mandare poſſunt,contra ius ciuile, quo meri imperij delegatio non admittitur. *l.1. ff. de officio eius in l. ſolet 6.ff.de officio proconſulis.* Ideò verò in Epiſcopis aliiſque clericis cõtrà receptum eſt, ne ſi ſanguinis pœnam irrogent, irregularitatem incurrant,aliaſque pœnas à ſacris Canonibus ſtatutas. *cap. ſi quis viduam diſt.50. c.clericis 5. ſententia 9.text.ne clerici vel monachi.*

XXXI. Eſt in c.2.de ſponſalibus,iuncto ca. de illis 7.ext. de deſponſat.impub.quo alter alteri renunciare ſponſalibus à ſe contractis non poteſt, ſed requiritur vtriuſque diſſenſus. Secus verò eſt de iure ciuili, *l.1. C. de ſponſalibus.*

XXXII. Eſt in ca. de illis 5.ext.de ſponſalibus, vbi propter diſceſſum ſponſi in exteras regiones,permittitur ſponſæ quærere alium maritum. De iure verò ciuili triennium exigitur, quo abeſſe neceſſe eſt ſponſum,*l.2.C.de repudiis.* licet ſi præſens eſſet ſponſus, poſſit ille ſtatim renunciare ſponſalibus per libellum repudij in d.l. 1. C.de ſponſalibus.

XXXIII. Differentia eſt in ca.prætereà 12. extra. de ſponſalibus, vbi matrimonium pro-

hibetur

hibetur contrahi ob dictum vnius aſſerentis eos ſibi inuicem affines eſſe. Aliter de iure ciuili, quo vnius dicto ſiue teſtimonio non creditur, l. iuriſiurandi 8. C. de teſtibus.

XXXIV. In eodem c. prætereà differentia eſt à iure ciuili. Nam eodem textu oritur affinitas ex illicito concubitu. Idem probat *cap. 2. ext. de conſanguinitate & affinitate.* De iure verò ciuili non oritur affinitas niſi ex iuſtis nuptiis. *l. 4. §. affines. ff. de gradibus affinit.*

XXXV. Differentia eſt in cap. cum locum 14. cum cap. ſequ. ext. eodem titul. de ſponſalibus. & in cap. ſignificauit. ext. de eo qui duxit in vxorem. Ex quibus textibus probatur matrimonium metum contractum ipſo iure nullum eſſe. At de iure ciuili valet *l. ſi patre 22. ff. de ritu nuptiarum.* quia coacta voluntas etiam voluntas eſt, licèt per actionem quod metûs cauſa matrimonium reſcindatur, per textum in l. ſi mulier 21. ff. de eo quod metûs cauſa.

XXXVI. Differentia eſt in c. cum in Apoſtolica. ext. d. tit. de ſponſalibus. quo loco matrimonium cum alia contractum valet, licèt adhuc pendeat lis ſuper alio matrimonio. Statuamus enim Titium cum Mæuia contraxiſſe matrimonium, & poſteà inter ipſos de eodem matrimonio motam fuiſſe litem ex conſanguinitate vel affinitate: Titium verò pendente hac lite iniuiſſe aliud matrimonium cum altera, poſteà verò ſententiam diuortij inter Titium

&

& Mæuiam latam fuiſſe: hac ſpecie, textus *in d. ca. cùm Apoſtolica.* vult poſterius matrimonium valere, licet pendente lite cum Mæuia contractum ſit contra *l.2. l.3. C. de litigioſis.& tit. C.vt lite pendente.*

XXXVII. Differentia eſt in cap. præſentia 19.ext.eod.de ſponſalibus; quo mulier, abſente marito, quantocumque etiam temporis ſpatio euoluto, alteri nubere non poteſt, priuſquàm certum nuncium de mariti morte receperit. Siquidem iure Canonico matrimonium non diſſoluitur, niſi morte alterius coniugum: *cap. penult.& vltim.ext. de ſecundis nuptiis.&* 1. *ad Corinth.7.cap.* quæ certè mors cùm in facto conſiſtat, probanda eſt, *c.de conſtitutionibus in 6.* De iure verò ciuili poſt quinquennium nubere poteſt, vbi maritus captus eſt, & incertum, vtrum adhuc viuat, *l. vxores 6. ff. de diuortiis. & Nouella 22. §. ſed etiam captiuitatis.* Sin in bello periiſſe dictaur, poſt annum, ſeruata tamen forma *auth. hodie. C. de repudiis.*

XXXVIII. Differentia eſt in c. cùm apud 23. ext.eodem titul.de ſponſalibus, vbi inquit textus, ſufficere ad matrimonium contrahendum eorum conſenſum qui contrahunt. Vnde conſequens eſt, quòd in matrimonio à filiofamiliàs contracto neceſſariò non requiratur conſenſus parentum, ſicut probant textus *in c. penult. ext.de raptoribus in c.per tuas 6. ext.de conditionib.appoſitis.* Contrà verò eſt de iure ciuili in

l.2. C.de ritu nuptiarum. & tit. Inſtitut. de nuptiis in princip. Et quamuis ſint qui nullam differentiam eſſe velint hac in re inter ius Canonicum & Ciuile, propter textum *in cap. aliter 30. quæſt. 5.* Id tamen temerè dicitur, cùm ex *eodem cap. aliter.* ipſi redarguantur in verbis: *Niſi voluntas propria ſuffragauerit*, &c. conſiderando voculam, *niſi*, quæ aduerſatiua eſt præcedentium. Et extat Concilij Tridentini anathema in eos, qui exiſtimant matrimonia à filiisfamilias ſine conſenſu parentum contracta irrita eſſe, & parentes ea rata vel irrita facere poſſe. vide ſeſſ. 24. cap. 1. de reformatione matrimonij. Quibus accedit Caroli V. declaratio in Comitiis Auguſtanis, *anno* 1548. *ſub titul. de Sacramento matrimonij. §. penultim.* vbi & eorum ſententia improbatur, qui aſſeuerant matrimonium abſque conſenſu parentum contractum nullius momenti eſſe, aut diſſolui poſſe.

XXXIX. Differentia eſt in c. puberes. 3. ext. de deſpoſatione impuberum, quo pubertas ex habitu corporis, non ex annorũ numero æſtimatur, vt ſcilicet is pubes ſit, qui generare poſſit, ac proinde tunc matrimonium contrahere. At iure Ciuili ex annorũ numero pubertas colligitur, quæ in maſculis accidit 14. ætatis anno impleto, in fœmina anno 12. Rectiùs verò ius Canonicum, cùm hæc ætas iuris Ciuilis præueniri poſſit, ita vt malitia ſiue prudentia ſup-

ſuppleat ætatem, *cap. de illis. & c. fin. ext. de ſponſal. impub.* Refert enim Gregorius, quem citat Gloſ. *in ſumma 20. q. 1.* puerum quendam 9. annorum ſuam nutricem imprægnaſſe.

XL. Eſt in cap. 2. ext. de clandeſtin. deſponſatione, iuncto cap. aliter 30. quæſt. 5. quibus locis ex mutua cohabitatione maris & fœminæ non præſumitur matrimonium, ſed contubernium, ſtuprum, fornicatio; adeò licet ea habitatio decennalis ſit, aut longioris temporis, *c. illud 11. ext. de præſumptionibus.* Aliter de iure ciuili. *In liberæ mulieris conſuetudine*, inquit Modeſtinus, *non concubinatus, ſed nuptiæ intelligendæ ſunt, ſi non corpore quæſtum fecerit.* in l. liberæ 24. ff. de ritu nuptiarum. Cuius diuerſitatis ratio hæc eſt; quòd cùm ab Eccleſia certæ ſolemnitates conſtitutæ ſint circa matrimonium contrahendum; videlicet, vt denuntiatio in Eccleſia publicè proponatur, *cap. fin. extr. de clandeſtina deſponſatione.* benedictio ſacerdotis adhibeatur, &c. de quibus *in d. cap. aliter.* his omiſſis Eccleſia in dubio non præſumit pro matrimonio, quòd is, qui contra ius facit, bonâ fide non videtur agere, *cap. qui contra ius de reg. iur. in 6.* Neque Eccleſiæ auxilio dignus eſt, qui in legem Eccleſiæ committit, *cap. in audientia 25. ext. de ſentent. excommunicat. & l. auxilium 38. in fin. ff. de minoribus.* Facilior iuris Ciuilis præſumptio eſt, eò quòd ius Ciuile nullas huiuſmodi ſolemnitates contrahendi matrimonij præ-

ſcripſerit, ac proinde nos bonâ fide agere præſumit. Sed cur non magis ius ciuile præſumit concubinatum, qui & eo iure permiſſus eſt, *l.3. circa fi. ff. de concubinis*? Ideò quòd in concubinatu teſtatione opus ſit, hoc eſt, qui mulierem ingenuam in concubinam habere velit, id eum exprimere oporteat, *d.l.3.* Modeſtinus verò loquitur eo caſu, quo dubium eſt an in concubinam mulierem quis habet, an in vxorem.

XLI. Differentia eſt in tit. extr. de coniugio ſeruorum, quo permittitur matrimonium inter ſeruos, vel inter liberum & ancillam, id eſt, ſeruam & econtrà. Ergo, quòd, iuxta Apoſtolum Paulum, in Chriſto neque liber neq; ſeruus ſit à Sacramentis Eccleſiæ ſubmouendus, *ad Galat. 3. cap. in fi. citatur in c. 1. extra. de coniugio ſeruorum.* Huic aduerſatur textus iuris ciuilis *in l. 3. c. de inceſtis & inutilibus nuptiis, & tit. Inſtit. de nuptiis in principio.* quia eo iure ſerui pro mortuis habentur, *l. ſeruitutem. ff. de reg.*

XLII. Differentia eſt in cap. cùm haberet 5. ext. de eo qui duxit in matrimonium. Vbi liberi ex damnato concubinatu nati iubentur à parentibus ali, contra iuris ciuilis rigorem, *authent. ex complex. C. de inceſtis & inutilibus nuptiis.* Sed æquitatem iuris Canonici in foro ciuili ſequendam eſſe tradit Barth. quem refert & ſequitur Panorm. *in d. c. cùm haberet. num. 5.* & Camera Imperialis videtur ſecuta eſſe apud And. Gail *lib. 2. obſ. 88. num. 12.*

XLIII. Dif-

XLIII. Differentia eſt, quo ad gradus cognationis & affinitatis. Nam ius ciuile primum gradum non collocat inter tranſuerſales, ſed à ſecundo gradu incipit, in quo conſtituit fratrem & ſororem, in tertio fratris & ſororis filium, & filiã, & ſic deinceps, *tit. Inſtit. de gradibus cognationum. l.1. & l. iuriſconſultus 10. §. primo gradu. ff. de gradib. affinitatis.* Deinde permittit matrimonium in tertio gradu, id eſt, inter fratris & ſororis filium & filiam. §. *duorum. Inſtitut. de nuptiis & l.3. ff. de ritu nuptiarum.* At verò ius Canonicum primum gradum habet in eoque conſtituit fratrem & ſororem, in ſecundo fratris & ſororis filium & filiam, & ſic ſubſequenter. Et hoc ideò, quia inter fratrem & ſororem eſt prima cauſa matrimonij contrahendi per naturam, ſicut accidit in initio mundi inter liberos Adami; *cap. cùm igitur 35. q. 1. c. ad ſedem. c. parentale. 35. qu. 5.* Inter hos tranſuerſales olim prohibitio erat vſque ad ſeptimum gradum, *c. de conſanguinitate. & c. nulla 35. qu. 3.* Hodie verò ea vſque ad quartum gradum incluſiuè, contracta eſt, *c. non debet. ext. de conſang. & affinit.* Ius verò ciuile in recenſendis gradibus potiſſimùm habet rationẽ ſucceſſionis hæreditariæ, in quo ideò incipit à ſecundo gradu, quod mortuo fratre vel ſerore ſine liberis, primò omnium ad eius hæreditatem vocentur pater & mater, & proinde hi primum gradum ſucceſſionis conſtituunt: ſecundò vocantur

*bet. ext. de conſanguinitate & affin.* Niſi quod ex conſtitutione Concilij Trident. affinitas, quæ ex fornicatione oritur, ſecundum gradum non excedat. vide ſeſſ. 24. cap. 4. de reformat. matrim.

XLIV. Differentia eſt, in cap. laudabilem 5. ext. de frigidis & maleficiatis. vbi propter naturalem frigiditatem mariti, quâ ſcilicet is impeditur fungi officio coniugali, ſtatim ſi de frigiditate conſtet matrimonium diſſolui poteſt; ſin dubium ſit, triennium expectatur. De iure verò ciuili indifferenter triennium ſtatutum eſt §. *diſtrahuntur. verſ. per occaſionem. Nouella de nuptiis.*

XLV. Differentia eſt in cap. 2. & in fin. c. penult. ext. qui filij ſint legitimi. quibus locis filij legitimi cenſentur, qui ex matrimonio publicè & bonâ fide contracto, ſaltem alterius parentum, nati ſunt, etiamſi reuerà matrimonium inter eos conſtiterit. Aliud verò eſt de iure ciuili, quo huiuſmodi filij ſpurij cenſentur, *l. 3. C. ſoluto matrimonio.*

XLVI. Differentia eſt in cap. tanta. ext. eod. qui filij ſint legitimi, quo legitimantur liberi ex ſoluta muliere nati per ſubſequens cum ea matrimonium, nullis etiam interuenientibus inſtrumentis dotalibus, contra diſpoſitionem iuris ciuilis, quo requiruntur dotalia inſtrumenta, *l. cùm quis à muliere 10. C. de naturalibus liberis. & §. fin. Inſt. de nuptiis.*

XLVII. In cap. 1. & cap. 2. ext. de diuortiis. vbi prohibetur matrimonium diſſolui propter crimen mariti. At de iure ciuili contrà receptum eſt, *in §. qui verò plurimas, & §. cauſas autem.* quibus enumerantur crimina, ob quæ maritus ab vxore, & econtrà vxor à marito poteſt diuertere. Ideò verò hac in re ſequimur ius Canonicum, quod diuortium abrogatum ſit per Chriſtum, Matthæi cap. 19.

XLVIII. Differentia eſt in d. cap. penult. & vlt. extr. de ſecundis nuptiis. vbi mulier ſtatim poſt mortem mariti ſui rectè nubit alteri. De iure verò Ciuili, non niſi poſt annum luctus, quo ſcilicet, maritum defunctum lugere compellitur ſub infamiæ pœna, *l. 1. & l. 2. C. de ſecundis nuptiis.* Et quia ius Canonicum nititur auctoritate ſacræ Scripturæ, cùm expreſsè dicat Diuus Paulus, mulierem mortuo viro ſuo ſolutam eſſe à lege viri ſui; idcircò in hac re meritò ſequimur ius Canonicū, exploſo iure Ciuili. Cæterùm quoad alias iuris ciuilis pœnas conſtitutas in mulierem ſecundò nubentē intra annū luctus; veluti, quòd ſecundo viro non poſſit in dotem dare vltra tertiam bonorum partem, vel etiam in teſtamento relinquere. Item, quòd ex teſtamento mariti vel alterius nihil capere poſſit iure inſtitutionis, legati vel fideicommiſſi. Item quòd amittat omnia lucra nuptialia, quæ habuit à primo marito, de quibus etiam *in l. 1. & l. 2. C. de ſecundis nuptiis.* quæſitum

ſitum eſt, an ſimiliter hæ pœnæ abrogatæ ſint per ius Canonicum *in d. c. penul. & vlt. ext. de ſecundis nuptiis*? Quod propius exiſtimo ob eandem rationem. De quo latiùs ibidem Panor. & Didac. Couar. de matrimoniis, in 2. parte *ca.3.§.9.n.7.* vide quæ dicam ad *d.c.penul. & vlt.*

XLIX. Differentia eſt in ca. cùm cauſam 6. cum c.ſeq. ext. de raptoribus. vbi mulier matrimonij causâ abductâ non dicitur rapi. Secus de iure ciuili, quo & in ſponſam raptus admittitur & punitur. *l. vnica. §. de raptu virginũ.* Item matrimonium inter raptorem & raptam conſiſtere poteſt. *d. c. cum cauſam. & c. ſeq.* iuxta tamen temperamentum Concilij Tridentini, *ſeſſ. 24. c. 6.* de reformatione matrimonij. At de iure ciuili ſecus, *d. l. vnica. & Nouel. de rapt. mulierib.*

L. Eſt in tit. ext. de vſuris, quo prohibentur vſuræ. At à iure Ciuili permittuntur, vt videre eſt ſub *tit. ff. & C. de vſuris.*

LI. Differentia eſt in c.1. c.2. c. conqueſtus 8. & c. ſalubriter 16. ext. eod. de vſuris, quibus textibus fructus ex re pignorata perceptos cogitur creditor imputare in ſortem. Aliter de iure ciuili per actum antichreſeos, *l. ſi pecuniam 33. ff. de pignorat. act. & l. ſi is qui 11. §. 1. ff. de pignoribus.* Quod pactum vſurarium eſt, vt docui in Tractatu de vſuris.

LII. Eſt in c. 2. ext. de maledicis. vbi in blaſphemum ſolemnis pœnitentia & pœna pecuniaria ſtatuitur. De iure verò ciuili, ſi in Deum

blaſphemia,commiſſum eſt vltimum ſupplicium. *Nouella vt non luxurientur homines.*

LIII. Eſt in cap.quiſquis.§.ſimiliter 17.q.4. quo loco ſacrilegium committitur, non ſolùm vbi res ſacra è loco ſacro, verùm etiam ſi res ſacra è loco non ſacro, vel non ſacra è loco ſacro aufertur; ſecùs de iure ciuili,quo in re non ſacra quamuis è loco ſacro ſacrilegium non admittitur, ſed furtum. *l.Diuus 5. ff.ad l.Iuliam peculatus.*

LIV. Eſt in in cap. cùm non ab homine 10. ext.de iudiciis. vbi in clericos delinquentes regulariter depoſitio ſtatuitur;aliter in laicos nocentes, vt videre eſt ſub tit. ff. Cod. de pœnis; tum alibi.

Cætera ſi quæ ſunt, colligat Lector,& vſum eorum ad ſuperiorem regulam cum limitationibus ſuis reuocet.

*Laus Deo, Virginiq; Matri.*

FINIS.

# INDEX RERVM ET VERBORVM.

## IN PRÆSENTI OPERE CONTENTORVM.


A.

Abbas.

Abbas à quo confirmandus pag. 61. pluribus monaſteriis præeſſe nequit p. 103. nonnunquam confert minores ordines. p. 29. & 135. dignitati ſuæ inconſulto Epiſcopo renunciare nō poteſt. p. 68. nec nouum cenſum monaſteriis imponere. 208

Abbatiſſa.

Quæ in Abbatiſſam eligenda? p. 58.

Abſens, Abſentia.

An abſens eligere poſſit per literas aut procuratorem. 52. an ad electionem vocandus. 51. accuſari vel damnari an poſſit? 473

Abſentia alterius coniugum non eſt legitima cauſa contrahendi aliud matrimonium. pagin. 184. 185. 657. quid ſi nihilominus contraxerit. ibidem.

Abſentiæ ſpatium quale conceſſum Prælatis & aliis beneficiatis. 245

Abſolutus.

De crimine abſolutus an, & quomodo de eodem poſſit poſtulari. 473

Acceſſorium.

Sequitur naturam principalis. 573. quibus caſibus non. ibid. & ſeq.


Accu-

Accuſare, Accuſatio, Accuſator.

*Accuſare qui prohibentur* 471. 472. *& qui accuſari non poſſunt.* 473

*Accuſatio quid, & quæ eius formula?* 469

*Accuſator ſe tenetur inſcribere.* 469. *quando calumniari dicatur.* 470. *quæ pœna calumniantis.* 469

Acolytus.

*Acolyti quid ſit officiũ.* 46 *quid ei in ordinatione tradatur?* 21

Acta.

*Acta iudicialia ſunt conſcribenda.* 377. *& quæ* 379. *partibus tribuenda copia.* 377

Actio, Actor.

*An nomen actionis in libello exprimi debeat.* 397. *&* 642. *an plures actiones eodem libello cumulari poſſint,* 398. *quanto tempore iis præſcribatur?* 408 *&* 413. *perſonales ad alium non tranſeunt,* 578. *vnius rei nomine vnica actio intentatur* 541.

*Actor ſequitur forum rei,* 371. *&* 463. *quæ pœna contumaciter abſentis* 394. *ſi nihil probet an debeat reo deferre iuramentũ.* 436 *an verò reus abſoluendus?* 522. *&* 524 *actori non licet quod reo non licet.* 559. *& ſequ. quando ei magis fauendum quàm reo.* 523.

Actus.

*Potiùs debet valere quàm perire.* 567

*Qui dicantur actus legitimi.* 584. *qui conditionẽ recipiant, vel diem, ibid.*

*Actus iudiciales qui & quomodo poſſint delegari.* 79

Adminiſtrator.

*Quando Eccleſiæ cathedrali conſtituendus*

admi-

*adminiſtrator,* 96

Adulter, Adultera, Adulteri.

*Adulter remouetur ab ordinibus,* 31

*Adulterâ vxore maritus monaſterium ingredi poteſt,* 322

*Adulteri qui remouentur à matrimonio?* 181

Adulterium.

*Adulterium quid?* 321 *Quando cõmittatur?* 321. *quæ eius pœna? ibid. quibus caſibus eius cauſa ſeparatio thori non fiat,* 322. *eius iudicium eſt mixtum,* 321

Aduocatus.

*In cauſa, in qua patrocinatur, teſtis eſſe non poteſt,* 423. *patrocinium ſuum an licitè vendat?* 260

Affectare.

*Quid quis affectare non debeat,* 334. *&* 600

Affectio.

*Solet peruertere humanũ iudicium,* 401

Affines, Affinitas.

*Affines qui?* 166 *quoto gradu prohibeantur contrahere matrimonium.* 167

*Affinitas ſuperueniens ſponſalia ſoluit,* 142. *etiam ex illicito cõcubitu contrahitur,* 166. 167. 656. *Correctio Concil. Trid. ibid.*

Afflictus.

*Afflicto non addenda eſt afflictio,* 94

Agere.

*Agere non valenti non currit præſcriptio,* 572 *qui ad agendum admittitur, multo magis ad excipiendum.* 611

Alamannia.

*Alamannia non cenſetur diſtincta à Germania,* 494.

Alienatio.

*Rei Eccleſiaſticæ alienatio, an & quibus caſib. valeat.* 249. *& ſeq.*

Altaria.

*Sunt conſecranda.* 197

*an eorum conſecratio repeti poſſit. ibid.*

Alternatiua.

*Cuius in alternatiuis ſit electio.* 608

Anathema.

*Quæ ſit anathema.* 349

Ancilla.

*Quæ dicatur in Canonibus Apoſtolorum.* 41

Angaria.

*Angariæ & perangariæ præſtationes, &c. pugnant cum ſacris Canonibus.* 204

Annatæ.

*Annatarum ſolutio quæ?* 493.

Annus.

*Annus probationis præcedere debet profeſſionē.* 100. 101. & 102

Antichreſis.

*Eſt pactum vſurarium.* 282.

Apoſtatæ.

*Vnde dicti Apoſtatæ, & qui ſint.* 313. *& ſequ. quæ eorum pœnæ, ibid. varia eorum genera.* 313. *remouentur ab ordinibus,* 36

Apoſtoli.

*Apoſtoli qui dicantur, quando & intra quod tempus petendi,* 452 *&* 458. *quot ſint eorum genera.* 458. *an neceſſarij ſint in Cam. Imp.* *ibid.*

Appellare, Appellatio.

*Quibus caſibus à ſententia definitiua appellare nō liceat.* 448. *& ſeq. ad quem & quoties appellandum, ibidem. &* 454. *&* 457. *appellari an poſſit ab omni onere.* 447. *vno appellante ex pluribus, an reliquis proſit.* 457

*Appellatio cur introducta.* 447. *&* 449. *quis eius ſit vſus.* 446. *quis modus.* 450. *quis effectus.* 455. *&* 459: *quæ tempore fatalia.* 459. *quanto tempore perſequenda.* 452. *quibus caſibus ceſſet.* 453. *à partibus*

partibus ei renunciari poteſt. 449. eâ pendenie nihil innouandum. 455. ei inſertam cauſam quando & quis cogatur perſequi. 450. eius cauſa ab interlocutoria iuſta eſſe debet. 451
Appellationis duplex eſt genus. 447. appellatio poſt ſententiam definitiuam conſtituitur ex duplici capite. 448.

Arbitri.

Qui & quo numero aſsumendi. 363. qui eligendi. 394. & ſeq. quid ſi in ſententia diſcrepent. 363. & 445. an omnium præſentia neceſſaria. 364. & 641. ab eorum ſententia licet iniqua non appellatur. 365. & ſequ. 449. an reſtitutionem in integrum tractent. 463.

Archidiaconus.

Quis rectè eligatur. 57. quod eius officium. 85. & ſeq. ab ipſo ad quem appelletur. 91. dicitur oculus Epiſcopi. 86. quatenus poſſit onerare ſubditos. 210

Archiepiſcopus.

Quis dicatur. 32. à quo confirmetur. 61. cur vtatur pallio. 66. ad alium etiam inferiorē Epiſcopatum tranſire non poteſt. 67. quæ eius poteſtas. 73

Archipreſbyter.

Vnde dictus Archipresbyter. 86. Duplex eius genus & quod vtriuſq; officium. 87

Aſſaſſini.

Aſſaſſini qui ſint. 347
quæ eorum pœna. 345

Aſſeſſor.

Aſſeſſor in cauſa homicidij eſt irregularis. 33

B

Banniri.

*Quid ſit.* 314. *Bannitus an agere poſſit?* 412

Baptizare, Baptizatus.

*Baptizare ſeipſum nemo poteſt,* 120. *quomodo baptizandus is quem incertum eſt non eſſe baptizatum, baptizati in ægritudine, & ſecundo baptizati, item baptizati ab hæreticis an arceantur ab ordinibus.* 63

Baptiſmus.

*Quid? quid eius materia?* 119. *quæ eius forma?* 120. *quæ neceſſitas? ibid. & ſeq. quis miniſter.* 122. *vbi conferendus.* 123. *eſt aliorum Sacrament. ianua.* 30. 119. *vicem eius ſupplet martyrium & votum,* 121. *error ſyllabarum ei non officit.* 120. *an ſufficiat vnica ablutio, ibid. baptiſmus eſt triplex.* 121

*Baptiſmo nō initiati fruſtra ordinantur.* 30

Beneficia, beneficium.

*Beneficium Eccleſiaſticum quid?* 500. *ſine inſtitutione canonica licitè obtineri nō poteſt. ibid. cui conferendum.* 234 *quo iure conferatur ab Epiſcopo.* 229. *A capitulo, ibidem. à S. Pont. ibidem. à legato Sedis Apoſtolicæ,* 231. *vacans per aliud incompatibile reſeruatum eſt Sedi Apoſtolicæ.* 230

*Beneficij Eccleſiaſtici impetratio, ſuppreſſo alio quod poſſidetur, nullius momenti eſt, pag.* 231. *in quo diſtet cllatio beneficij. à S. Pont. & à Legato, ibid.*

*Beneficia apud Sedem Apoſtolicam quæ vacare dicantur.* 230. *antequàm vacent non ſunt conferenda,* 228. *vacantia quando conferenda, ibidem & ſeq.*

*ex*

*ex cauſa permutationis vacantia, non ſimpliciter vacant.* 280. *plura incompatibilia, ob quas cauſas poſſint concedi,* 232. *vt permiſſu eorum permutatio.* 280. *nulla eſt vacatio vbi non eſt certus numerus beneficiatorum.* 228

*Beneficium Principis quomodo interpretandum.* p. 534. *beneficium alicui à iure indultum non eſt auferendum.* 537. *inuito non fit beneficiũ.* 593. *beneficio affici hominem intereſt hominis.* 539

Bigami.

*Qui dicantur? & an ab ordinibus remoueãtur, & quare?* p. 33. & 42.

Biguinæ.

*Quæ dicantur.* 106. *an moniales ſint.* ibid. *olim abrogatæ, poſteà reſtitutæ.* ibidem.

Blaſphemi.

*Qui dicantur, & quomodo coërceantur.* p. 317. & 651

Bona fides.

*Accipitur pro bona conſcientia.* 503. 648. *an requiratur in præſcriptione.* ibidem.

Bonorum publicatio, vide, Publicatio.

Bonus.

*Semel bonus ſemper præſumitur bonus,* 518

C.

Calumniari.

*Calumniari quis dicatur.* 470. V. Accuſator.

Canon.

*Canon quid.* p. 1. *canones Apoſtolorum conſtant traditione.* p. 17

Canonica portio.

*Canonica portio ex decimis debetur Epiſcopo.* p. 219. *eam quoque detrahit Eccleſia parochialis ex legatis.* 302. *in quibus ceſſet.* 303. *quid de canonica portione Epiſcopali.* ibidem.

Canonici regulares & cathedrales

*In quo à monachis diſtent.* 107. *à quo debeat corrigi exceßus canonicorum cathedralis Eccleſiæ. p.* 71

Capitulares.

*Ad electionem Prælati vocandi ſunt.* 554

Capitulum.

*An capitulo liceat dare dimißorias ſede vacante. pagin.* 27. *capitulum quando poſſit corrigere exceſſus Canonicorum.* 71. *vacante ſede conſtituit œconomum, item officialem.* 97. *mortuo vel capto Epiſcopo in quo ſuccedat.* 59. *& ſequ. quid agendum ſi negligens fuerit, in conſtituendo adminiſtratore.* 96. *ſede vacante an ſuccedat in collationem beneficiorum.* 229. *an poſſit Epiſcopi vel alterius defuncti bona occupare.* 296. *quo iure beneficia conferat.* 227

Capucini

*Bona immobilia non poſſunt poſſidere.* 105

Cardinales.

*Qui? & eorum officium.* 24. *dicuntur legati de latere.* 75. *an abſentes debeant vocari ad electionem S. Pontif.* 56. *pœna perſequentis eos.* 333.

Caſtratus

*Quis dicatur.* 177. *matrimonium contrahere nõ poteſt.* 176. *quomodo à ſpadone differat.* 177.

Caſus

*Illi adſcribitur cuius culpa accidit.* 572. *Caſuum quæ ſit reſeruatio.* 131

Cathedralis Eccleſia.

*An ei poſſit conſtitui viſitator, & à quo.* 97

Catechiſmus.

*Quatenus impediat matrimonium.* 190. *& ſeq.*

Cauſa

Cauſa.
*Ceſſante cauſâ ceſſat effe-ctus.* 517

Cautio.
*Non probat cautio debito-ris ſine cauſa emiſſa.* 432.

Cenſura.
*Quæ cenſura Eccleſiaſtica & quotuplex.* 348

Cenſus.
*Quid?* 207. *qualis debea-tur Epiſcopo.* 2 8. *quã-do permiſſa noui impo-ſitio.* ibidem
*Cenſus annuus rectè emi-tur.* 258. *ſi conſtitu-tum modum excedit non in totum vitiatur,* 566.

Certus, Certa.
*Certus certiorari vlteriùs non debet.* 558. *in cer-tis non eſt locus conie-cturæ.* 582

Chirographum.
*Cancellatum quam præ-ſumptionem variat.* 438

Chorepiſcopi.
*Hodie ſublati ſunt.* 23

Chriſtianus.
*Si Iudæam ducat quomo-do puniatur.* 179

Citatio, Citatus.
*Citatio eſt principium in-ſtituendi iudicij.* 380. *an impunè negligi poſ-ſit.* 381. *per eam conti-nuatur iuriſdictio.* 382. *interrumpitur præſcri-ptio.* 30. *annorum.* 506. *ſi fiat ad diem feriatam non valet.* 382. *vbi & quoties inſinuanda. ibi-dem. an poſſit fieri in Eccleſia,* 205. & 206
*Citatus impedimento ceſ-ſante tenetur compare-re.* 381. *etiam citatus in dubio.* 382

Claudi.
*Qui ordinari poſſunt.* 35.

Clericus.
*Quis & vnde dictus.* 18. & 208. *quæ eius bo-na.* 19. & 246. *an pro arbitrio alienare poſſit.* 247. *abſtine-re debet à negotiis ſacu-*

*ſæcularibus. 19. & à ſuſpecta muliere. 110. item à loco ſupplicij quod publicè exercetur. ibidem. an beneficio ſuo renunciare poſſit. 68. an chirurgiam exercere. 190. an barbam vel comam alere. ibidem. & 114. an audire leges vel medicinam. 113. an Eccleſiam ſuam cenſualem facere. 209. an teſtari. 289. & ſequent. an fideiubere. 284. an foro ſuo renunciare. 370. 550. & 642. an à reo reconueniri. 378. an accuſare vel accuſari. 472. an eſſe arbiter. 365. an iuriſdictionem prorogare. 372. & 643 an ob æs alienũ in carcerem coniici. 647. tenetur ad refectionem Eccleſiæ ſuæ, & ad officium. 592. abſque beneficio non debet ordinari. 225. non ordinatus miniſtrans reiicitur ab Eccleſia, & non ornatur. 36. quibus pœnis ſubiaceat ſi furtiuè vel per ſaltum ſit promotus. 45. quomodo cum eo diſpenſetur, ibidem. an propter diſtributiones principaliter poſſit ire ad templum. 310. an concubinarius clericus in officio ſit vitandus. 114. ægrotans nihilominus fructus percipit. 572. abſens à ſuo beneficio quomodo excuſetur. 244. quibus caſibus non gaudeat priuilegio fori. 370. 378. clericum percutiens quomodo puniatur.* 333

*Clerici depoſitarij vel mutuum accipientis nomine, an teneatur Eccleſia.* 268

*Clerici à quibus oneribus eximantur. 203. an deſerto habitu ſuo, & tonſurâ delinquentes à iudi-*

*iudice laico capi & puniri poſſint.* 347. *non ſunt cogendi abiurare concubinam.* 110. *quomodo puniantur ſi ſuſpectas detineant.* 111. *& ſequent. qui clerici eiuſdem Eccleſiæ eligere non poſſint.* 51. *quid proteſtari debeant ſi accuſent.* 40

*Clericorum conſuetudo canonibus derogat, non eorum ſtatutum.* 18. *quæ ſint clericorum officia.* 46. *qualis debeat eſſe vita, qui mores.* 108. *& ſequent. qualis habitus.* 109. *qualis pœna clericorum hæreticorum.* 313. *Concubinariorum. ibidem. adulterorum.* 322. *falſariorum.* 330. *furum.* 331. *vſurariorum.* 339. *eorum cauſæ ciuiles vbi conueniantur.* 370

*Clericorum depoſitio V.* Depoſitio.

Coadiutor.

*Quis dicatur. p.* 92. *qui bus ex cauſis & quâ formâ detur Epiſcopo. ibid. an etiam aliis clericis.* 94. *an cum futura ſucceſſione. ibidem. & ſequ. quos ſumptus habere debeat. ibid. à quibus abſtinere. ibid.*

Codicilli.

*Inter vltimas voluntates referuntur. p.* 286

Cœmiterium.

*Eo polluto non polluitur Eccleſia. p.* 198

Cognati & Cognatio.

*Cognati vnde dicti.* 158. *propter Adamum non dicimur cognati.* 164

*Cognatio eſt triplex.* 158. *& ſeque. naturalis inter quos, & eius triplex ordo.* 159. *ſpiritualis vnde dicta.* 162. *inter quos contrahatur.* 162. 163. *&* 165. *impedit matrimonium.* 163. *quæ dicatur legalis.* 163. *ſponſalibus ſub-*

*ſubueniens ea ſoluit.* 149.

Collatio.

*Collatio beneficij facta habenti aliud, an & quãdo valeat.* 77. & 231. *quid ſi à Pontif. motu proprio facta ſit.* 231. *Prior collatio præualet poſteriori* 589. *poſt tempus facta quãdo ſuſtineatur.* 229

Collegium.

*Ingrediens collegium prorogat iuriſdictionem.* 373.

Columnæ.

*Si ædificio implicatæ ſint an poſſideantur.* 508. *alienis ædibus iunctæ, an vindicari poſſint. ibidem.*

Colonus.

*Non poſſidet.* 506. *quando poſſit petere remiſſionem penſionis propter ſterilitatem.* 264

Comitatus.

*Cenſetur inter immobilia.* 273.

Commodum.

*Sentiens commodum etiam ſentire debet onus.* 591.

Commodatarius:

Commodatum.

*Commodatarius non dicitur poſſidere.* 506. *conuenitur ſi res commodata deterioretur.* 266.

*Commodatum vnde dictum.* 266. *quare dicatur re contrahi.* 265. *quid à locato & precario differat.* 266. *quid in id veniat.* 266.

Compenſatio.

*Quid?* 267

Compromittere.

*An quis poſſit in Iudicem.* 365. *quibus de rebus compromitti non poteſt.* 366.

Conceſſio.

*In conceſſione generali quæ veniant.* 621

Concilia.

*Vniuerſalia, prouincialia & epiſcopalia, quæ.* 5.

eorum

*eorum vis & effectus. ibidem. & 6. qui iis intereſſe debeant an poſſint. ibid. quos ligent, quæ dicantur nationalia.* 13

Concordata

*Germaniæ inter legatum Sedis Apoſtolicæ & Fridericum III.* 485

Concubinarius.

*Admittitur ad ordines.* 34.

Conditio

*Impoſſibilis, adiecta vltimis voluntatibus habetur pro non ſcripta. p. 514. quid ſi teſtator putauerit poſſibilem. 515. contractibus adiecta eos infirmat. 514. quid ſi appoſita ſit matrimonio.* ibid.

*Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.* 353

Confeſſarius.

*Peccatum reuelantis pœna* 152.

Confeſſi.

*De crimine teſtes eſſe non poſſunt.* 423

Confeſſio

*Eorum qui negant ſe à peccatis abſtinere poſſe recipienda eſt & cur.* 512

*Confeſſionem peccatorum per ſe non alium explicanda eſt.* 606

Confirmatio, Confirmans.

*An neceſſaria confirmatio Epiſcopalis. 62. Quo ordine petenda. ibidem. & ſequ. quæ citatio præmittenda. 64. eam ſibi poteſt reſeruare S. Pontifex.* 62

*Confirmationis Sacramenti materia & forma. 124. effectus. ibid. miniſter.* 125

*Confirmanti quid incumbat.* 63

Coniugati

*Qui dicantur. 183. qui ratione prohibeantur aliud matrimonium contrahere.* ibid.

Coniux.

*Alterò coniuge abſente, vel adultero, vel in furorem acto nihilominus abſtinendum eſt à ſecundis nuptiis.* 546

Conſanguinei.

*In cauſa matrimoniali teſtes eſſe poſſunt.* 423

Conſcientiæ forum.

*In foro conſcientiæ ſtatur ſoli veritati.* 311

Conſecratio.

*Conſecratio Epiſcopi intra quod tempus adhibẽda.* 64. *à quo explicãda & qua forma.* 65. *ea peracta beneficia conſecrati ipſo iure vacant.* ibid.

*Conſecratio Eccleſ. vel altaris an repiti poſſit.* 97

Conſenſus.

*In matrimonio qualis eſſe debeat.* 152. *quomodo exprimendus.* ibid. *partium conſenſus prorogat iuriſdictionem.* 372

Conſilium.

*Mutare conſilium quis nõ poteſt in alterius præiudicium.* 542. & 561

*Ex conſilio non fraudulento nemo abligatur.* 600

Conſuetudo.

*Quid ſit cõſuetudo.* 16. *quæ eius vis.* ibid. *debet eſſe rationabilis & legitimè præſcripta.* ibid. *derogat iuri ſcripto.* 88

*Conſuetudo indiuidua in matrimonio quæ intelligatur.* 143

*Speciales locorum conſuetudines probabiliter poteſt quis ignorare.* 8

Conſtitutiones.

*De eadẽ re quando ſibi inuicem derogent.* 7. & 8

Contractus.

*Quid.* 256. *eorum diuiſio.* 257. *qui re contrahi dicantur.* 265. *quid in iis ſequendum.* 555 *vnde metiendi.* 556 *vnde legẽ accipiãt.* 627. *in quibus ante impletionẽ admittatur pœnitentia.* 546. *contractus prophani in eccleſia celebrati quid valeant.* 205

Con-

Contractus minorum. Vide Minores.

Contumax

*Quis dicatur.* 391. *quæ eius pœnæ.* 390. *& ſeq.*

Corpus Canonicum.

*Ex quibus conſtet.* 2. *&* 3

Creditor

*Poſterior cui pignori res obligata eſt antefertur perſonalibus creditoribus etiã prioribus.* 590. *in creditorem cui vniuerſalitas iure pignoris obligata eſt non tranſit dominium vtile.* 243. *debitore offerente debitum ſi recuſet, eſt in mora.* 548. *omiſſa inſtantia cenſetur à priore interpellatione receſſiſſe.* ibid.

Crimen.

*Aliud eſt merum, aliud mixtum.* 74. *quod ſit notorium.* 481. *in eo non requiritur probatio.* 480. *per modum exceptionis teſti vel accuſatori obiectum non punitur.* 480. *ob occultum an quis ſit ab ordinibus reiiciendus.* 32

*Quæ ſint crimina, in quibus omnes ad accuſandum admittantur.* 473

Culpa.

*Culpa eſt ſe immiſcere rei alienæ.* 539

Curator.

*Curator an & quando poſſit ordinari.* 31. *an procuratorem conſtituere poſſit.* 384

Cuſtos.

*Quid ſit eius officium.* 88

D.

Damnum.

*Culpa datum reſarciri debet.* 334. *culpa ſi datũ ſibi imputare debet.* 628. *quomodo reparetur ab animali datum.* 335.

Debitor.

*Oportuno loco interpellatus non ſoluens eſt in mora.* 548. *quin aliquando abſque interpellatione.* 34. *quando ſoluit*

ſoluit minori abſque tutoris authoritate compulſus à iudice liberatur. 645

Debitor.

Quoad debitum coniugale maritus & vxor ſunt pares. 185. debiti ſoluti exactio quando rurſus concedatur. 624

Decanus.

Quis rectè eligatur. 57

Decimæ.

Quo iure introductæ. 214 cui ſoluendæ. 317. & à quibus. 218. quare. 558. quibus de rebus. ibidem. & 215. 653. quotuplex eorum genus. 214. quæ differentia, ibidem. an poſſint præſcribi. 219. & 221. & quo tempore. 222. an de iis tranſigi. ibidem. quare quis eximi poſſit. 219. & ſeq.

Decimæ olim in feudum conceſſæ ad noualium decimas non producuntur. 533

Decimæ noualium cui ſoluendæ. 217. an etiam poſſint præſcribi. 218. ſi alicui parochiæ conceduntur decimæ intelliguntur & nouales. 533

Quid Epiſcopo ex decimis debeatur.

V. Canonica portio.

Decreta

Conciliorum ſunt triplicis generis. 5

Defenſio.

Rei defenſionem quilibet licitè ſuſficit etiam ſine mandato. 383

Pluribus defenſionibus etiā contrariis nemo vti prohibetur. 540

Deformitas

Corporis, quæ ab ordinibus remoueat. 35. eius an ſit habenda ratio in viris vel mulieribus. 336.

Degradatio.

vide, Depoſitio.

Dele-

Delegari, Delegati, Delegatio.

*Delegari poteſt vna vel plures res vni vel pluribus, & qui actus & in ea quæ ſunt meri imperij.* 79. & 641

*Delegati qui ſint.* 78. *Qui dicantur à iure conſtituti.* 84. *delegati à Summo Pontifice, quibus caſibus non poſſint ſubdelegare.* 81. *an reſtitutionis in integrum cauſam tractare.* 463. *quid differat ab ordinariis.* 82. *Qui delegati ſententiam exequi teneatur.* 468. & 604. *delegatorum iuriſdictio quibus modis expiret.* 83.

*Delegationis formulæ.* 80

Delictum.

*Quid veniat nomine delicti.* 304. *eius diuiſio. ibidem. ex quolibet delicto duplex naſcitur iudicium.* 342. *quoties reperitur toties eius nomine ſit condemnatio.* 341. *vnius tamen non ſunt plures pœnæ.* 342. *Quid ſi plura ex eodem facto emergant.* 341

*Delictum perſonæ non in Eccleſiæ detrimetum redundare.* 544. & 617 *in pari delicto poſſidentis conditio potior.* 603

*Delicta mutua compenſatione tolluntur.* 322. *quomodo coërceantur.* 471. & 625.

Delinquens.

*Contra ius an peccet in foro animæ.* 531

Denunciatio.

*Triplex eſt.* 476 *qui ad eam admittantur.* 477.

Deo dicatum

*Quid dicatur, & an ad vſus humanos transferendum.* 586

Depo-

Depoſitarius, depoſitum.

*Depoſitarius non dicitur poſſidere.* 506. *an culpæ nomine teneatur.* 267. *quid de caſu fortuito. ibidem.*

*Depoſitum vnde dictum, & quid in id veniat,* 266. *re contrahi quare dicatur.* 265. *ſemper repeti poteſt.* 267. *an in eo pœnitentia admittatur.* 543

Depoſitio clericorum.

*Eſt duplex, quomodo fiat,* 342. 343. *quibus caſibus locum habeat.* 343. 344.

Diaconiſſæ.

*Quæ fuerint & quod earum officium.* 39

Diaconus.

*Quod ſit eius officium.* 47. *ei manus in ordinatione imponitur.* 21. *quanta in eo requiratur ſciẽtia, qualis vita.* 38. *qualis ætas.* 44

Dieta.

*Quæ dicatur legalis.* 230

Diffidari.

*Diffidari quid ſit.* 314

Dilationes.

*Quot dari debeant ad producendos teſtes.* 425

Dimiſſoriæ.

*Quando ab alio quàm à ſuperiore conferantur.* 26. *iis inferenda eſt legitima cauſa.* 27

Diſpenſare, diſpenſatio.

In *matrimoniis quomodo diſpenſetur.* 171

*Diſpenſationes ſunt odioſæ* 533. & 552.

Diuortium.

*Quid? quibus ex cauſis admittatur.* 192

Diuturnitas.

*Non diminuit, ſed auget peccatum.* 305

Dolus.

*Non fit ſcienti & volenti.* 550. *dolus alterius alteri non nocet.* 259. *dolo facit qui petit quod reſtituere oportet eundem.* 558

Do-

Domeſticus.
*Teſtis eſſe non poteſt.* 427. *neque domeſticum accuſare.* 473

Donare, Donatio, Donator.
*Qui donare non poſſint.* 275.
*Donatio ſolâ liberalitate conſiſtit.* 274. *nonnunquam præſumitur.* 275. *quando indigeat inſinuatione. ibid. quid ſi legitimum modum excedit, & non inſinuetur* 560. *quibus caſibus reuocetur.* 276. *an donatio facta Eccleſiæ reuocetur ob modum non impletum.* 277
*Donatio cauſa mortis quæ. ibid. quæ dicatur remuneratoria.* 278. *quæ propter nuptias.* 278
*Donator eatenus condemnatur quatenus facere poteſt.* 526

Dos.
*Vendi non poteſt.* 259. *quibus caſibus lucro cedat alteri coniugum.* 278. *conſtante matrimonio repeti non poteſt. ibidē. nō intelligitur vbi matrimonium eſt nullum.* 574. *an in eius alienatione mulier poſſit conſentire.* 644

Dubia.
*In dubiis benigniora præferenda ſunt.* 582

Ducatus.
*Cenſetur inter immobilia.* 273.

Duellum.
*In duello interfecti arcentur ſacrâ ſepulturâ.* 300.
*Quæ dicantur.* 412

E.

Eccleſia.
*Quid veniat nomine Eccleſiæ.* 195. *quibus ſolennitatibus exſtruenda & conſecranda.* 196 & 197. *polluta quomodo reconcilietur. ib. eius dedicatio annuatim recolenda.* 198. *à quo reficienda. ibiedm. dicitur*

domus

domus orationis. 202. in ea non ſunt tractanda profana, ibidem. nec eius bona ad profanum vſum conuertenda. 204. & 205. quæ vero dicantur eius bona. 247. in eam non eſt alius ingreſſus, quàm per oſtium. 501. & 502. non conuenitur nomine Clerici depoſitarij. 268

Eccleſia ducitur diuino ſpiritu. 157. contra Eccleſiam Romanam an cadat præſcriptio. 254. an res Eccleſiæ in feudum dari poſſint. 253. an alienari poſſint. 250 & 251. quibus ſolennitatibus. 251

Eccleſiaſtica, Eccleſiaſticus.

Eccleſiaſticarum rerum diuiſio. 115. tam ipſa, quàm perſonæ ab oneribus ſunt immunes. 203

Electio, Electus.

Electio quid. 49. eſt triplex ibidem. qualis ſit electio Summi Pontificis & aliorum Prælatorum. 55. 56. 540. quæ in ea dicatur maior & ſanior pars. 53

Emphyteuſis, Emphyteuta.

Emphyteuſis quid. 262. à locatione quid differat, ibidem. admittitur in ea purgatio moræ. 265

Emphyteuta, quibus caſibus iure ſuo priuetur. 263. an eius periculo cedat ſterilitas. 264. an Emphyteuſin de conſenſu domini alienare poſſint. ibid.

Emptio, Emptor.

Quomodo cõtrahatur emptio, & quando. 258. & 265. quòd in ea dicatur iuſtum pretium. 259. quando reſcindatur. ibidem. impoſſibili conditione interpoſitâ non valet. 567

Emptor contractâ venditione omne periculũ & com-

commodum ſuſtinet. 491. ratione fructuum à ſe perceptorum ad quantum teneatur creditori. 549

Epileptici

Ab ordinibus remouentur. 36.

Epiſcopæ.

Quæ fuerint. 39

Epiſcopus.

Quâ formâ eligatur. 49 quomodo ordinetur, 22 à quo confirmetur. 61 & 62. quæ in eo requirantur qualitates. 38. 44. 47. 57. quæ eius poteſtas. 72. quid plus faciat presbytero. 48. habet ius ordinandi. 25. non tamen alienum à ſua diœceſi, nec extra eam. 25. 27. & 28. an ordines conferat ſi episcopatui renunciauerit. 28. an coadiutorem aſſumere poſſit. 92. 93. an cenſum nouum imponere. 208. 209. an in delictis diſpenſare. 642. an ad aliam Eccleſiam tranſire. 67. an epiſcopatui renunciare. 68. an in irregularitatibus diſpenſare. 353.

Epiſcopus abſque electione à Summo Pontifice aſſumi poteſt. 57.

Epiſcopus vnius loci ad alium epiſcopatum poſtulari poteſt, non eligi. 59. ei nonnunquam conceditur pallium. 66. quis ei debeatur cenſus. 208. quo iure conferat beneficium. 227. eius depoſitio à quo fiat 345.

Epiſcopum perſequens quomodo puniatur. 334

Error.

Qualis vitiet Matrimoniũ. 155.

Euchariſtia.

Quid? 125. quid cõtineat. ibid. quæ eius materia & forma. 126. quis miniſter. ibid. quis vſus. 127. & 128. aſſeruanda eſt pro infirmis. 128 ſub

ſub vna ſpecie laicis diſtribuitur. ibidem. ſub qualibet parte continetur Chriſtus. 129. & 130.

Euictio.

Rei alienæ quando præſtāda. 260

Eunuchi.

Qui? & qui ab ordinibus remouentur. 34

Exceptiones.

Cur inuentæ. 399. earum duplex genus. 400. vnde recuſatoriæ Iudicis naſcantur. 400. quando opponendæ. 401. quæ ſint in perſonā actoris. 402. quæ procuratoris. 404. quæ dilatoriæ ratione cauſæ. ibidem. quæ perpetuæ. 405. quæ exceptio doli mali. 405. metus. 406. pacti conuenti & tranſactionis. 406. iuriſiurād. 407. præſcriptionis. ibi. Senatuſconſ. Velleian. vide SC. tum Velleian. S. C. ti. Macedon. v. S. C. tum Maced. Exceptionibus pluribus vti licet. 540. Legitimam habens exceptionem nō eſt in mora. 599. eam obiiciens non videtur de intentione aduerſarij confiteri. 601

Excommunicatio.

Excommunicatus.

Quid excommunicatio & quotuplex. 348. 349. infertur vel à iure, vel ab homine. ibid. quando eâ vti liceat. 350. in dubio de maiori intelligitur. 583. & 584

Excommunicandus quoties monendus. 350

Excommunicatus an poſſit agere ſeu excipere. 403. an ei communicantes excuſentur. 350

Executio, Executor.

Quando facienda executio & quo ordine in actione perſonali. 466. quo in reali. 467

Executor ſententiæ quis ſit 467. prohibetur ordinari.

*uari.* 31

Exemptio

*Monaſterij & Eccleſiæ quouſq; ſe extẽdat.* 99

*Exemptio decimarum. V.* Decimæ.

Exorciſta.

*Quid ei conferatur.* 21. *eius officium.* 46

Exorbitare.

*Quæ ſunt à iure exorbitantia non trahuntur in conſequentiam.* 551

Extrema vnctio.

*Sacramentum eſt exeuntium.* 33. *quæ eius materia, quis miniſter, quæ forma.* 134. *quæ partes vngendæ. ibid. religioſi eam conferre non poſſunt. ibid.*

F.

Facere

*Dicitur per ſe, qui facit per alium.* 612

Factum.

*Quod lædit pietatẽ, bonos mores, &c. non cẽſemur poſſe facere.* 514. *ſuum factũ nemo poteſt improbare.* 250. *ſuum factum cuique non alteri nocet.* 509

*Factum ſemel legitimè nõ retractatur.* 613. *an facti obligatio per aliũ explicari poſſit.* 605. *&* 606.

Falcidia.

*Quando detrahatur ex legatis.* 291

Falſarij

*Remouentur ab ordinib.* 31

Falſum.

*Quid ſit? quibus modis incurratur.* 327. *eius pœna de vtroq; iure.* 228. 329.

Fama.

*An probet.* 439

Fauor, Fauores.

*Fauores ſũt ampliãdi.* 533

*Fauore alicuius introductũ nõ eſt in eius diſpendiũ retorquendũ.* 599

Feriæ.

*Quibus feriis renunciare liceat.* 382

Feudum.

*Quid?* 271. 272. *an gratuitò debeat concedi.* 273

273. quibus permiſſa feudi conceſſio. 271. feuda Caſtalidæ & guardiæ. 272. diſtinctio inter feuda hæreditaria & ex pacto. 274

Fideiubere, Fideiuſſio, Fideiuſſor.

Fideiubere an poſſit clericus. 284

Fideiuſſorum duplex genus. 283

Fideiuſſio quomodo contrahatur. 281. & 283

Fideiuſſor quãdo liberetur. 284. in maiorẽ Summam quàm reus; non obligatur. 563. & 573. liberatur liberato reo. 574.

Fides.

In præſcriptione pro conſcientia accipitur. 503. frangenti fidem non eſt ſeruãda fides. 568. 615. in malis promiſſis non eſt ſeruanda. 607. non patitur bona fides vnã rem bis exigi. 623

Filij, Filiusfamilias.

Filij aliquando puniuntur propter delictum paternum. 544. 545

Filius grauatus fideicõmiſſo detrahit duas partes. 288. quatenus in iudicio conſiſtere poſſit. 202

Fiſcus

Inuito ſocio poteſt rem cõmunem alienare. 554

Fornicatio.

Subſequens ſponſalia ſoluit. 142

Forum.

Quot modis ſortimur. 371

Frater.

Admittitur cum parẽtibus ad hæreditatem fratris. 163.

Frigidi, Frigiditas.

Frigidi qui? & qui prohibeantur matrimonium contrahere. 175

Frigiditas triennio exploranda. 176. 177. & 178.

Fructus.

Qui ordinariè intelligantur. 268. qui in materia decimarum. 515

Fur, Furtum.

*Fur ſemper intelligitur eſſe in mora.* 548

*Furtum quid, & quæ eius pœna.* 331

*Fures & ab ordinibus arcentur.31.& à ſepultura* Eccleſiaſtica. 300

Furioſi.

*Ab ordinibus remouentur. 36.in iudicio conſiſtere non poſſunt.* ibid.

G

Genus.

*Quid?* 561. *Generi per ſpeciem derogatur,quomodo exaudiendū.* 561

Gradus.

*Quid? qualis graduū ſubductio in linea rectā.* 160.*in collateralibus.* 161. *inter affines.* 168. *qualis de iure* Ciuili *&* Canonico. 164

Gratianus.

*Quis fuerit, quid ſcripſerit, qualis tam decreti quàm ipſius authoritas.* 2.*&* 3.*an omnia, quæ habet in decreto à nobis recipienda ſint.* 150.

Gregorius IX.

*Quid ſcripſerit; & eius decretales quomodo citentur.* 3. *cur noluerit dici vniuerſalis Papa.* 25.

H.

Hæreditas, Hæres.

*Hæreditas quandoque ſuſtinet perſonam defuncti.* 507.*tota repudiari poteſt, non verò pars eius.* 564. *Hæres quis dicatur in materia feudali.* 274. *ex delicto defuncti in quantum ad eum peruenit rectè conuenitur.* 581. *&* 606. *cenſetur eadem perſona.* 529.*ſi per ignorantiam iuris ſoluit totum legatum vel fideicommiſſum an perdat falcidiam.* 529

Hæreſis, Hæretici.

*Hæreſis an impediat matri-*

*trimonium.* 290. *Hæretici vnde dicti.* 312. *pœna eorum.* 313. 314 & 315.

Homicidę, Homicidiũ.

*Homicidæ qui remouentur ab ordinibus.* 31. & 32 *qui à matrimonio.* 180 *eius duplex genus.* 319. *quæ voluntarij pœna. ibidẽ. homicidium caſuale quando ſit extra noxam.* 320

Hoſpitalia.

*Vnde dicta.* 200. *varia pro hoſpitum varietate ibid.*

I.

Ignorantia.

*Quæ dicatur facti, quæ iuris,* 526

*Facti proprij an & quãdo veniam mereatur.* 527

*Quando excuſet ignorantia facti.* 527. & 528

*Quando iuris.* 529. & 530

*Quid in delictis.* 531. *iuſtã ignorãtiæ cauſam cenſetur habere qui in ius alterius ſuccedit.* 522.

*Præſumitur ignorantia vbi ſcientia non probatur.* 579

Illegitimi.

*Qui & quales ab ordinibus remoueantur.* 33. *niſi per diſpenſationẽ. ibid. ad quales ordines poſſint admitti.* 41

Illiterati.

*Reiiciuntur ab ordinib.* 37

Impedimentum.

*Quod dicatur iuris, quod facti.* 80. *matrimoniũ non impediens vnde dictum.* 188. & *quod ſit.* 190. *non obſtat quod de iure non ſortitur effectum.* 587

Immunitas Eccleſiaſtica.

*Cur introducta.* 201. & *triplex eſt, ibid. in quibus conſiſtat localis. ibi. quouſque ſe extendat.* 202. *qui eâ gaudeãt & qui non.* 203. & 654

Impuberes.

*Quo caſu inter eos matrimonium toleretur.* 152

quo-

*quomodo ſoluantur eorum ſponſalia.* 140. *&* 148. *etiamſi matrimonium cõtraxerint nihil agunt.* 151. *tamen reſoluitur in ſponſalia de futuro.* 152

Inceſtus.

*Quid? & quæ eius pœna,* 324. *&* 325.

Infans.

*Infante in lecto mortuo reperto quâ pœnâ afficiantur parentes.* 320

Infamis.

*Infami non patent portæ dignitatum.* 629. *quis ſit infamis iuris & facti.* *ibidem.*

Infidelis.

*Vtrùm matrimonium cõtrahere poſſit?* 179. *fidelis cum infideli non.* *ibidem. non diſſoluitur infidelium matrimonium ſi conuertantur,* 180. *poteſt tamen diſſolui.* 193

Iniuria.

*Vnde dicta.* 332. *quot modis committatur.* *ibid. propter eam ciuiliter & criminaliter agitur.* *ibid. quæ eius pœna de iure canonico?* 333. *non fit ſcienti & volenti.* 550

Inquilinus.

*Quibus caſibus rectè è domo eiiciatur.* 262. *non dicitur poſſidere.* 506

Inquiſitio, Inquiſitus.

*Quid, & quando à Iudice inſtituenda inquiſitio.* 475. *generali Magiſtratui ſẽper permiſſa.* 476. *Inquiſito quæ edenda.* *ibidem.*

Inſtitutio.

*Quid?* 500. *variè accipitur.* 234. *ad quem pertineat.* 235

Inſtrumentum.

*Eius notio.* 420. *vis, ibid. publicũ quomodo probetur.* 431. *quanta fides priuati. ibid. contrario inſtrumento aut teſtibus refellitur.* 432. *impugnans eodem pro ſe vti non poteſt.* 568

Interdictum.
*Eccleſiaſticum, quid & quotuplex.* 354. *quomodo & qua de cauſa à Iudice feratur.* 355. *in perſonam vel in locum, quouſque ſe extendat. ibidem. & ſeq. interdicti tempore quæ ſacramenta & qualiter officia Eccleſiaſtica adminiſtrari poſſint,* 357. *pœna interdicti violati. ibid.*

Inteſtatus.
*Quis dicatur? & qui ei ſuccedant.* 295

Irregularitas.
*Quid?* 53. *incurritur nō niſi in caſibus expreſſis à iure.* 259. *an in foro interno etiam ex occulto crimine.* 40. *eam diſpenſatione ſua tollit Epiſcopus. ibidem. incurritur ex cauſa iuſta.* 33. *quare.* 41

Iudæus
*Si Chriſtianā ducat quomodo puniatur.* 179. *in Iudæis quoad matrimonium quæ lex ſeruetur.* 180

Iudex, Iudicium.
*Quod iudicis officiū.* 429. *Quis de ſuſpecto cognoſcat.* 401. *ſi negligat conſcribere, acta iudicij punitur.* 378. *tenetur partes ad concordiam reuocare.* 376. *ſecularis clericum condemnare aut reſtringere non poteſt* 372. *Eccleſiaſticus, clerico quis ſit adeundus.* 371. *à iudicio ſanguinis abſtinere debet.* 341. *an in re in qua eſt iudex poſſit eſſe arbiter.* 365 *an iudicium vendere.* 260. *in cauſa homicidij eſt irregularis.* 33. *poſteaquam ſemel ſententiā dixit iudex eſſe deſinit, nec ſententiam retractare poteſt.* 441. *quid de interlocutoria. ibid. an ſententiam ſedens recitare debet ex*

*ſcripto.* 444. *&* 445. *ſi per gratiam aut imperitiam malè iudicat punitur.* 443. *item ſi precibus vel pretio ductus fuerit.* 509. *pœnâ à iure conſtituta an gratiam facere poſſit.* 526. *eius factum iuri non derogat.* 547. *extra territorium ius dicenti impunè non paretur & quando alias.* ibid. *ſententiam per ſe non alium tenetur recitare.* 606. *an delinquenti gratiam poſſit facere.* 645. *Iudicij notio, & quot modis intentetur.* 368. *ex quibus conſtet.* 369. *quotuplex ſit, ibidem.* & 373. *quod dicatur Eccleſiaſticum?* 370. *quod ordinarium & extraordinariũ.* 375 376. 379. *quod petitorium.* 374. *quod poſſeſſorium.* 373. *an hæc ſimul proponi in vno eodem libello poſſint.* 374 *an ab vno ad alterum detur regreſſus.* ibidem. *vtrùm conſultius intentare.* 375. *criminale quot modis intentetur.* 469. *quo ordine.* 478. *qualis ſit executio.* 479

Iuramentum.

*Quid ſit?* 433. *quotuplex.* 433. *peieraturo non eſt deferendum.* 436. *iuramenti deciſorij ſpecies tres.* 434. *an iudiciale poſſit recuſari.* 434. *calumniæ quando & à quibus præſtandũ.* 417. *quæ cõtineantur in eo.* ibid. *præſtari poteſt in quauis iudicij parte.* 418. *an per procuratorem.* ibid. *repeti debet in cauſa appellationis.* ibid. *tacitè omitti poteſt.* 419. *pœna id recuſantiũ.* ibid. *contra ius factũ, quatenus valeat.* 362. *in commodum alterius præſtitum poteſt remitti ab eodem.* 147.

*non eſt ſeruandum vbi vergit in diſpendium ſalutis æternæ.* 174. *ex ipſo obligatio naſcitur inter Deum & iurantem.* 641

Iuriſdictio.

*Quomodo prorogetur.* 381 372. *eâ conceſſâ cenſentur conceſſa omnia ſine quibus ea explicari non poteſt.* 78

*Ius Canonicum vnde dictum.* 1. *cur Pontificiũ. ibid. ex quibus cõſtet.* 2. *admittit interpretationem ex iure Ciuili?* 14. 633. 634. 638. *quid ei deroget. ibidem. circa quid verſetur.* 17

*Ius diuinum quid? Ius Ciuile ſi peccatum foueat recurritur ad ius Canonicum.* 14

*Ius commune eſt fauorabile.* 551. *quæ eius auctoritas in Eccleſiaſticis.* 13. 637. 640.

*Iura promptiora ſunt ad abſoluendum quàm ad condemnandum.* 523. *ſuccurrunt vigilantibus.* 590

Ius patronatus.

*Quid?* 235. & 242. *quibus modis inducatur.* 236. *Concil. Trident. hac de re decretũ. ibid. tranſit ad hæredes.* 248 & 253. *quibus modis poſſit transferri.* 239. *vendi non poteſt.* 239. *quibus de cauſis amittatur.* 241. *quis eius ſit iudex.* 242

Iuſtitia publicæ honeſtatis.

*Quæ, & vnde oriatur.* 269. *qui huius impedimenti gradus.* 170. *in quibus ſponſalibus locũ habeat. ibid. & ſeq.*

L.

Laici.

*Vnde dicti.* 19. *eligere non poſſunt.* 51. *Laicorum conſuetudo & ſtatuta præualent iuri Ciuili,* 18. *ipſis non competit ius decimandi.* 216

Latrones.

*Publici latrones non gaudent immunitate.* 203

Laudemium.

*Quid ſit?* 265

Lector.

*Quomodo ei officiũ cõferatur.* 21. *& quale ſit.* 46

Legati.

*Cur introducti.* 75. *triplex eorum genus. ibid. quod officium. ibid. quæ differentia.* 76

*Legati Sedis Apoſtolicæ an habeant ius aliquid ſtatuendi.* 10. *quam poteſtatem in conferendis beneficiis.* 77. 231

V. Collatio.

*Legati de latere quos excõmunicatos abſoluere poſſint.* 76. *à quibus debeant abſtinere. ibid.*

*Legati cauſam ſpecialiter à S. Pontifice alteri demandatam an poſſint agnoſcere.* 77

Legata.

*Ex legatis detrahitur falcidia ſi dodrantẽ hereditatis exceſſerint.* 291

*Legatum relictum Eccleſiæ coram duobus aut tribus teſtibus valet.* 287

Legitima.

*Grauari non poteſt.* 288. *quomodo detrahatur. ibid. &* 294.

Lex.

*Non obligat niſi recepta.* 17. *&* 18. *&* 194.

Libellus.

*Reo eſt offerendus.* 396. *& qualis. ibid. quotuplex ſit. ibid. actionis nomen aut petitionis an continere debeat.* 397. 642. *quid ſi obſcurior ſit.* 396. *eodem libello plures actiones cumulari poſſunt.* 398. *libellus aliquando eſt mixti generis.* 397. *libelli famoſi auctor quomodo puniatur.* 332

Liber.

*Homo vulneratus aut læſus an recipiat æſtimationem.* 336

Liberi.

*Ex iniuſtis nuptiis nati aliquando habeantur legitimi vel non.* 172

*Liberi in quo inſtituendi.* 288. & 294. *ſi poſſint teſtari tenentur inſtituere parentes.* 189

Lis, Litis conteſtatio.

*Lite pendente nihil innouandum.* 416

*Litis conteſtatio neceſſaria eſt ad conſtituendum iudicium.* 414. *quando inducatur.* *ibidem.* *an impediatur peremptoria exceptione.* 415. *an ante eam admittantur teſtes, ibidem.* *eâ omiſſâ quibus caſibus procedatur.* 393.

Locatio.

*Quid? & quot modis contrahatur?* 261. *ab emphyteuſi quid differat.* 262. *ad quod tempus poſſit fieri locatio rei Eccleſiaſticæ.* 253

Locupletari.

*Non debet aliquis cum alterius iactura.* 580

M.

Maleficiati, Maleficium.

*Qui?* 175. *matrimonium cōtrahere non poſſunt.* *ibid.* *debent ſubire pœnitentiam.* 178.

*Maleficium vt eſt impedimentum matrimonij quamdiu probari debeat.* 176

Malitia, Malum, Malus.

*Malitia ſupplet ætatem.* 146. & 151.

*Ex duobus malis eligendū eſt minus.* 511

*Semel malus, ſemper præſumitur malus.* 57. & *ſeqq.*

Mandatum.

*Quando eo opus ſit vel non vt pro alio quis agat.* 389. & 390. *eius fines diligenter cuſtodiendi ſunt.* 386.

*Mandatum habens generale an poſſit ea facere quæ ſpeciale requirunt.* 387.

Maritus.

*An poſſit occidere vxorem in adulterio deprehenſam.* 326. *ei ſæuienti non facilè reſtituenda eſt vxor.* 497. *quatenus condemnetur conuentus dotis nomine, vel alia.* 516

Matrimonium.

*Eius definitio.* 143. *polynomium eſt,* 144. *quæ eius materia, quæ forma, quis miniſter.* 146. *quot in eo contrahendo ſpectanda.* 150. *qui admittantur ad cōtrahendum matrimoniū.* 156. *& ſeqq. an poſſit contrahi per procuratorem.* 153. *purè & ſub conditione.* 154. *vitiatur adiectâ conditione turpi vel impoſſibili niſi, &c. ibid. quæ ſint bona ſubſtantialia matrimonij.* 155. *an requiratur niſi conſenſus parentum.* 155. *&* 657. *impeditur propter errorem perſonæ.* 155. *nō autem propter alias qualitates. ibid. eius impedimenta quotuplicia & qualia.* 158

*Qui prohibentur matrimoniū contrahere.* 156. *& ſeq. vſque ad* 179. *qualis prohibitio inter aſcendentes & deſcendentes, & qualis inter tranſuerſales.* 159. *&* 160. *quæ pœna contrahentium in gradibus prohibitis.* 171. *in quibus diſpenſari poſſit.* 172

*Matrimonium licet inutile nihilominus impedimento eſt ſecundis nuptiis.* 183. *Clandeſtinum hodie non valet ex Concilio Tridentin.* 186. *quos Concilium liget.* 188. *nondum conſummatū ſoluitur per ingreſſum religionis.*

*nis.192.an per S.Pontificem poſſit diſſolui. 192.quæ denunciationes matrimonium præcedant.* 187

*Matrimonia præſumpta hodie ſublata.*190. *ab impuberibus contracta tractu ſolo temporis nõ conualeſcunt.*538. *non diſſoluuntur mutuo coniugum diſſenſu.*542

Medicus.

*Derelinquens curationem ægri cenſetur dare dãnum.* 355

Metus

*Iuſtus quis.* 152. *&* 406. *quis matrimoniũ impediat.*153. *quibus modis purgetur.* 153

Minores

*Viginti quinque annis an in iudicio cõſiſtere poſſint.* 403.*ipſis nõ obeſt ignorantia iuris.* 503. *ex ſuo contractu quomodo obligentur.* 575

Miſſa.

*An poſſit fieri extra Eccleſiam.* 195

Miſſio

*In bona rei contumacis quomodo decernatur.* 391. 392. 393. *quæ pœna eam non admittentis.* 393

Monachi.

*Vnde dicti.*99.*quot modis fiant.*100. *an ab vno monaſterio ad aliud migrare poſſint.* 103. *an aliquid habere proprij.*193.*&* 104.*an teneantur ad decimas.* V. decimæ.

*Quid ſi ſimoniacè in monaſteriũ recipiãtur.*308

Monaſteria.

*Cui ſubiecta ſint.* 199

Mora

*Sua cuilibet nociua eſt.* 510. 548. *quando cõmittatur.* 548

Mulier.

*Remouetur ab ordinibus.* 30.*ne quidem adminiſtrare poteſt ſacro.p.*30 *an incurrat infamiam nubens intra annum luctus.*

*luctus. 145. obſtructa matrimonium contrahere non poteſt.176. eiecta à marito prius reſtitui debet.405.an teſtis eſſe poſſit. 423. & 428.*

Mutuum.

*Quid? quomodo contrahatur. 268. an ei poſſit adiici pactum vel ſtipulatio.* 269

N.

Negotiorum geſtor.

*Quando ad repetēdos ſumptus agere poſſit.* 539

Neophyti.

*Remouentur ab ordin.* 36

Notorij.

*Criminoſi qui dicantur. p. 40.*

Nouale.

*Quid?* 217

V. Decimæ.

Noui operis nũciatio.

*Fieri poteſt in Eccleſiæ extructione.* 197

Nuptiæ.

*Nuptiæ coactæ ſolent habere difficiles exitus.* 139

V. Matrimonium.

O.

Obligatio.

*In obligatione generali quæ veniant.* 149

Obſcura.

*In iis quod minimum eſt ſequimur.* 595

Ocularis inſpectio.

*Ea quandoque controuerſia dirimitur.* 439

Odia.

*Odia reſtringenda ſunt. 533. Alterius odio nemo prægrauatur.* 544

Officialis

*Epiſcopi quis ſit. 91. Quis dicatur principalis & quis foraneus. ibid. Ab eo quis appelletur. ibid.*

Onus

*Qui ſentit, ſentire quoque debet commodum.* 591

Ordines, Ordo, Ordinandi.

*Quot ſint, qui maiores, qui minores. 20. & 21. quâ ſolemnitate ſinguli cõferantur. ibid. qui ab iis arceantur. 31. & 32*

*quibus temporibus conferendi: 43. quâ ætate ſuſcipiendi. ibid.*
*Sacramenti ordinis quæ materia, quæ forma, quis effectus, quis miniſter. 135. impedit ſponſalia. 140. an ordinis collatores poſſint aliquid accipere. 309*
*In ordinandis quanta requiratur ſcientia. 57*

Originarij.

*Qui ſint. 39. Ordinari nõ poſſunt. ibid.*

P.

Pactum.

*Quid? in quo differat à tranſactione. 360. ſeruandum eſt niſi bonis moribus aut* Iuri *aduerſetur. 361. ſi iuri tãtùm aduerſum ſit iuramento confirmatur. ibid.*
*Pactum legis commiſſoriæ improbatum in pignore 282.*
*Pactis priuatorũ iuri publico nõ derogatur. 302*

Pallium.

*Cui, quando conferendum & vbi eo vti liceat. 66*

Parentes.

*Non poſſunt eſſe teſtes in cauſa liberorum, niſi in cauſa matrimoniali. 422. 423.*

Pars,

*Ex propria ſignificatione dimidiũ ſignificat. 557*

Pater.

*An poſſit occidere filiam in adulterio deprehenſam 326. & 552.*
*Præſumitur in dubio ante filium puberem diſceſſiſſe. 438*

Patronatus, Patronus. Vide, Ius patronatus.

*Patrono Eccleſiæ poteſt cõſtitui cenſus. 208. Ei debetur honor. 240. eius cura circa Eccleſiã vel beneficiũ. 241. quis & quot eſſe poſſint. 239. an ſacramentorũ adminiſtrationi vel viſitationi ſe poterit immiſcere. 213. 214*

Peccatum.
*Non dimittitur niſi reſtituatur ablatum.* 509. *eius venia non datur, niſi correcto.* 511

Peculium.
*Vnde dictum.* 246. *Peculium Clericorum triplex.* ibid.

Periurus
*Prohibetur ordinari.* 31. *Teſtis eſſe non poteſt.* 497. *Nunquam poſteà ei creditur.* 518

Permutatio, Permutare.
*Quæ res permutetur.* 279
*Vt permiſſa permutatio beneficiorum.* 280

Perſonæ.
*Perſonarum diuiſio.* 18. *An licita perſonarum acceptio.* 524. *&* 525

Pignus.
*Quomodo contrahatur & quando.* 281. 282
*An pignore vti liceat,* ibid.
*Pignori dari poteſt.* 383

Pluralis locutio
*Duorum numero eſt contenta.* 570

Plus.
*Semper cõtinet in ſe quod eſt minus.* 563. 589

Pœnæ.
*Duplices.* 340. *Quandoq; augentur vel minuuntur.* 341. *In iis benignior eſt interpretatio facienda.* 582. *&* 583
*Pœna capitalis in dubio quæ intelligatur.* 557

Pœnitentia, Pœnitentes.
*Quid? Sacramenti pœnitentiæ materia, forma, & miniſter.* 130
*Eius vſus.* 132. *Diuiſio.* 133
*Pœnitentes publicè ordinari prohibetur, Pœnitentis actus in tres partes diuiditur.* 133

Poſitiones.
*In ſubſidium probationis introductæ ſunt.* 420. *Non admiſſæ probandæ ſunt.* 421. *Reus iis non reſpondens quando habetur pro confeſſo.* 420

Poſ-

Poſſeſſio, Poſſeſſor, Poſſidere.

*Poſſeſſor malæ fidei numquam præſcribit 502. & 503.*

*Poſſeſſor habetur qui dolo deſiit poſſidere. 565*

*Poſſeſſio quando interrũpatur. 505. Quarum rerum ſit. 508*

*Poſſidentis conditio potior eſt in pari cauſa. 570*

Poſtulatio, Poſtulatus.

*Quando dicatur rectè celebrata poſtulatio. 61 Cur introducta, & qui rectè poſtulentur. 59. Quæ circa eam requiratur cautio, & quæ forma 60. Quid ſi cum Electione concurrat. 61 Quid ſi dubitetur an poſtulandus quis ſit vel eligendus. 61*

Præbenda.

*Quid? 224. eius diuiſio. ibidem. & 225. Quibus modis acquiratur, & à quibus. 226. & 227.*

Prælatus.

*Tenetur animaduertere in ſubditorum exceſſus. 71 Rem vnius Eccleſiæ an poſſit cum alia permutare. 254. An & quando donare. ibidem. De Prælatorum abſentia quid ſtatuerit Concil. Trid. 245*

Præſentatio, Præſentare.

*Præſentatio ad beneficium quo tempore fieri debeat. 240*

*Plures præſentari poſſunt, ibid.*

Præſcribere, Præſcriptio.

*Præſcribere quis poſſit. 503*

*Præſcriptio vnde ſumatur. 407. quantũ in ea requiratur temporis. ibid. & 113. 408. Qualis titulus, qualis fides. ibid. & 409. 503. & 574. Sine poſſeſſione non procedit. 505 per citationem interrumpitur. 506. Præſumitur*

ei renunciari per impetrationem priuilegij. 541. Non currit, non valenti agere. 572. Cur introducta. 617
Præſcriptione an res Eccleſiæ alienari poſſint. 254. Nō currit aduerſus Eccleſiam vacantem. 98

Præſumptio.

Quid & quotuplex. 437. & 440. an contrariā probationem admittat. 437.

Precarium.

Quid? quomodo differat à commodato. 269. Precariæ contractus qualis. 270.

Preſbyter, Preſbyteratus.

Idem olim fuit cum Epiſcopo. 22
Preſbyteratus quomodo conferatur. 135

Primicerius.

Quod eius officium. 87

Princeps.

Beneficia eius quomodo interpretanda. 534. 535 an beneficium ſuum ſemel datum reuocare poſſit. 536. quatenus legibus ſolutus dicatur. ibidem.

Prioriſſa.

Quæ rectè eligatur. 58

Priuilegium.

Vnde dicatur. 7. Iuri communi derogans ſtrictè accipiendum eſt. 299. & 219. 533. quando ſubreptionis poſſit argui. 220
Perſonale perſonam ſequitur. 516

Probatio.

Variè inducitur. 420

Procurator.

Quis. 383. quis dari poſſit. 386. quando poſſit ſubſtituere. 384. an in cauſa criminali admittatur. 387. quando poſſit reuocari. 388. & 389 an ei dominus adeſſe poſſit. 388. quid ſi plures conſtituti, an vnus agat. 386. in cauſa quā agit teſtis eſſe non poteſt.

*poteſt.423.non dicitur poſſidere.* 506

Procuratio.

*Quid? quis eius modus.* 210. *&* 211. *quæ Eccleſia vel Monaſterium ab ea excuſetur.* ibid.

Profeſſi, Profeſſio.

*Qui profeſſi prohibentur matrimonium contrahere.* 174. *&* 175.

*Profeſſio vitæ monaſticæ duplex.* 100. *non obligat emiſſa ante pubertatem. ibid. quo anno fieri debeat.* 101

Prohibere.

*Prohibito vno prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo.* 569

*In re communi melior eſt conditio prohibẽtis.* 593

Publicatio bonorum.

*Cur introducta ſit cum iactura filiorũ innocentium in patre reo maieſtatis?* 582

Purgatio Canonica.

*Cur ſic dicta?* 472. *quando locum habeat, & cui indicenda. ibid. & quo ordine faciẽda.* 483

Q.

Quaſi poſſeſſio.

*Quarum rerum ſit.* 508

Querela.

*Quomodo querelæ inofficioſi teſtamenti & donationis præſcribantur.* 408.

R.

Rapina, Raptor, Raptus.

*Quid rapina & quæ eius pœna.* 331

*Raptor an cum rapta poſſit matrimonium contrahere.* 181. *eſt ipſo iure excommunicatus.* 182. *punitur etſi volentem mulierem honeſtã abduxerit.* 551

*Raptus quid, & quæ eius pœna.* 324

Ratihabitio, Ratum habere.

*Retrotrahitur & mãdato cõparatur.* 137. *&* 320. *poteſt fieri ab abſente, itẽ verbis & reipſa.* 321

*Ratũ habere quid ſit.* 519

Re-

Reconuentio.
*Prorogat iuriſdictionem. 372.*

Regula.
*Quid? 496. an ex ea ducantur valida argumenta. 498*

Regulares.
*Qui, & vnde dicti, 19. & 99.*

Religio Religioſi.
*Noua inſtitui vel aſſumi non poteſt. 102. eius fauor ad iuſtitiam eſt reuocandus. 197*
*Milites Religioſi qui dicantur. 107. qui Societatis IESV. ibid. teſtari non poſſunt. 280. vbi ſepeliendi. 289. an in iudicio cōſiſtere poſſint. 403.*

Renunciatio.
*Eâ admiſſâ non eſt locus pœnitentiæ. 69*
*Renunciatio bonorum facta ante expletum annum probationis nullius eſt momenti, etiāſi iurata. 102*

Reſcripta.
*Odioſa dicuntur quæ tendunt in præiudicium alterius. 533. impetrata ad beneficia & lites quatenus valeant. 8. & 9. qualis in ipſis ſubintelligatur clauſula. 9. & 639.*

Res iudicata.
*Quid? 440. & 446.*

Reſtitutio in integrum
*Quid? 469. quibus & quando competat. ibid. quando inchoanda & peragenda. 461. eâ pendente nihil innouatur. 462. quis eius effectus; quis eius iudex. ibidem. quid differat à ſupplicatione. 465. Ad hæredes tranſit. 517*

Reuiſio.
*Quid, & quando detur. 463.*

Reus.
*Licitè per procuratorem ſe defendit, eiuſq; defenſionem quiſquis licitè in ſe ſuſcipit. 383*

389. & 404. quæ pœna contumacis. 390. 391. & 394. actorem ſuum poteſt reconuenire, qualis ei offerendus libellus. 396. iuſtè deſiderat ſuos teſtes produci. 416. ad editionem inſtrumentorum non tenetur. 421 Vide Actor. quãdo ei potius fauendum quàm actori. 445. 522. & 523. 555. 559. Contrarias exceptiones non ſimul ſed ſucceſſiuè probare debet. 540

Reus ab Eccleſia non eſt abripiendus. 202

Romanus Pontifex.

Eſt etiam Epiſcopus. 23. an poſſit pontificatui renunciare. 69. qualis eius poteſtas in Chriſtianos. 73. eius gratia non exſpirat per mortem. 573

S.

Sacerdos.

Vide Presbyter. Cuius debeat eſſe ætatis. 44. quod eius officium. 47. quid plus Epiſcopo habeat. 48. leprâ percuſſus remouetur ab Eccleſia. 545. reuelãs peccatum in confeſſione auditum punitur. 132

Sacramentum.

Quæ eius notio & ſignificatio. 116. quot ſint Sacramenta. 116. quæ neceſſaria. 117. quæ characterem imprimant. ibid. ad quid ordinata. 118. quæ ſint eorum eſſentialia. ibidem. quis miniſter. 119

Sacrilegi.

Qui, & quæ eorum pœna. 317.

Sacriſta.

Quod eius officium. 308

Schiſmatici.

Qui & vnde dicti. 312 eorum pœnæ. 313. qualiter ordines ab ipſis collati valeant. 313. & 315.

Se-

Senatuſconſultũ Vell.
*Quid ſit? 410. quis eo vtatur. ibid. an ei poſſit renunciari. ibid. quibus caſibus ceſſet. 413. ad hæredes tranſit.* 517

SCtum Macedon.
*Quare inuentum, & quãdo ceßet.* 410. *licet odioſum ſit iuris interpretatione extenditur.* 534.

Sententia.
*Quid?* 440. *interlocutoria & definitiua diſcrimen.* 441. *contra ius lata quando valeat.* 442. *quid ſi ex falſis inſtrumentis vel teſtimoniis.* 444. *quibus ſolemnitatibus feratur. ibidem.*

Sepulturæ.
*Vbi fieri ſolita.* 297. *earum electio cuiuis libera.* 297. & 298
*Quibus Eccleſiaſtica ſepultura interdicatur.* 300 & 302. *pœna recipiẽtium interdictos.* 301

Serui.
*Ordinari quatenus poßint.* 30. & 31. *an conueniri poßint.* 475

Simonia, Simoniaci.
*Circa quid committatur.* 305. *quid de ea ſtatuerit Concilium Tridentinum.* 306. & 309. *quibus caſibus ceſſet.* 307. *quæ eius pœna.* 308. *mentalis non punitur.* 309. & 311. *nõnunquam vindicatur in ignorantibus.* 545
*Simoniaci remouentur ab ordinibus.* 32

Socius.
*In cauſa ſocij an poſſit eſſe teſtis.* 423. *quatenus ſocio condemnetur.* 516

Sors, Sortilegi.
*Quid in ſe mali contineat.* 317. & 318.
*Sortilegi qui.* 316. *eorum pœna.* ibid.

Spado.
*Matrimonium contrahere non poteſt.* 176. *quis ſit, & quid à caſtrato diffe-*

*differat.* 177

Spoliatus.

*Ante omnia eſt reſtituendus.* 404

Sponſalia.

*Quæ & vnde dicta.* 136. *quotuplicia.* 137. & 142. *an ſufficiat nudus conſenſus.* 136. *an inter abſentes poſſint cõtrahi.* 137. *quâ ætate.* 138. *quis ſponſalium effectus* 129. *quibus caſibus diſſoluantur. ibidem.* 140. 141. & 147. *an dirimant matrimonium.* 191

Studioſus.

*Inuito ſocio non poteſt ducere inhoneſtam mulierem in communem domum.* 554. *quatenus poſſit eligere iudicem.* 560.

Stuprum,

*Quid, & quæ eius pœna.* 323. 326.

Subdiaconus.

*Quod eius officium.* 21. & 47. *vxorem viduam ducens remouetur ab ordinibus.* 34. *qualis in eo requiratur ſcientia, qualis vita.* 38. *qualis ætas.* 44

Subſtitutio.

*Quæ eius ſpecies* 291. 294

Succeſſor.

*Eadem ei competunt quæ auctori.* 576. & 579

Summus Pontifex.

Vide, Romanus Pontifex.

Supplicatio.

*Contra ſententiam à quo fiat, & cõtra quẽ.* 465. *quid differat à reſtitutione in integrum. ibid.*

Suſpectus.

*Suſpectus de criminibus vel ære alieno non recipitur in Religionem.* 41

Suſpenſio.

*Quid & quotuplex.* 352. *quibus ex cauſis, & qua forma fiat, ibidem.* 353. & 358.

Syndicatus

*Remedium quale.* 466

Ta-

T.

Tacens

*Conſentire videtur.* 576

Tempus.

*Non eſt modus inducendæ, vel tollendæ obligationis.* 538. *eius tractu non firmatur, quod de iure ab initio non ſtetit. ibi.*

Teſtamentum.

*Quid.* 285. *quotuplex.* 286 *quod eius fundamentũ, quæ ſolemnitates.* 286. *in eo adhibetur plenior interpretatio.* 514. *an ſi quis contendat inofficioſum, perdat ſuũ omne ius.* 663. *quot requirantur teſtes.* 571

*Teſtamentũ vetus qualia præcepta contineat.* 12

Teſtes.

*Teſtimonium ſuũ vendere non poſſunt.* 260. *eos tertiò refutare nõ licet.* 412. *ad minimũ duo in quauis cauſa requiruntur.* 422. *&* 423. *eorũ qualitates examinãdæ.* 424. *quid ſi variè inter ſe teſtificentur.* 425. *quot & quoties ab eodẽ ad idẽ poſſunt produci.* 426. *iurare debẽt.* 427 *an ad teſtificandum cogendi ſint.* 27. 429. *incontinenti errorem ſuũ corrigere poſſunt.* 424. *extraneorũ examinatio cui cõmittatur.* 428. *ad quos pro teſtimonio mittatur.* 429

Traditio.

*Traditione quæ conſtent. De vi ac effectu.* 15

Trebellianica.

*Quomodo detrahatur.* 288. 294.

Tranſactio.

*Quid differat à pacto. De quibus rebus tranſactio fieri poſſit.* 360. *&* 361

Tutor.

*An & quando poſſit procuratorem conſtituere.* 384.

V.

Vendere, Venditio.

*Quas res vendere prohibemur.* 259. *&* 269

Ven-

*Venditæ rei alienæ euictio quando præſtanda.* ibidem. & 559.

*Venditio quomodo cõtrahatur, quodq; eius ſit iuſtum pretium.* 258. 259. *quid ſi dolus interuenerit.* ibid.

Vicarius.

*Quis dicatur.* 89. *quotuplex eorum genus.* ibid.

Vis

*Vi repelli poteſt.* 319

Vltima voluntas.

*Eſt ambulatoria vſque ad ſupremum vitæ exitũ.* 292. 542. *quomodo ei præiudicari poſſit.* 435. *vnde metienda.* 556

Vniuerſitas.

*Quid? cùm ea transfertur ius patronatus.* 238. & 239. *quæ ſunt vniuerſitatis nõ cenſentur ſingulorum.* 424

Votum.

*Quod dirimat matrimonium.* 174. & 190

Vſucapio.

*Publici boni cauſa recepta eſt.* 581

*Vide* Præſcriptio.

Vſura, Vſurarij.

*Quo iure prohibita.* 269. *quando committatur.* 337. & 338.

*Vſurariorum pœnæ, & eos admittentium.* 339. *arcentur ab ordinib.* 31

Vſusfructus.

*Quis dicatur in feudis.* 273

Vtile.

*Non vitiatur per inutile.* 567.

Vulnerans

*Alium ſine iuſta cauſa ad reſtitutionem damni tenetur.* 509

Vxor.

*An mariti ſequitur ſepulturam.* 289. *Vide* Maritus.

Vxorati.

*Quomodo & quando ordinentur.*

FINIS.

# AD LECTOREM

AD commodiorem antiqui nouiq́; Iuris Canonici collationem, viſum eſt per Indicem hunc Summæ Iuris Canonici ſubijcere recentiores Conſtitutiones extrauagantes ſummorum Pontificum; Canones & Decreta Concilij Tridentini in Ordinem Decretalium à Stephano Quaranta digeſta; nec non Ordinem legendi eadem decreta.

## LIBER PRIMVS.

*De Summa Trinitate, & Fide Catholica.*

COnſtitutio ſuper ritibus Græcorum, qui tolerari, vel non tolerari poſſunt. Habetur apud Steph. Quarantam fol. 249. Græcorum Ritus in verbo. Super vnione Græcorum ad S. R. E. fol. 68. in bullario incipien. Lætentur Cæli, extat liber Gennadij Scholarij Patriarchæ Conſtantinopolitani. Defenſio quinque capitum, quę in ſancta, & œcumenica Floren- *Inno. 4.* *Euge. 3. in generali Concil. Flor.*

tina Synodo continentur. De proceſſione Spiritus ſancti. De Sacrificio in azymo, vel fermentato. De purgatorio. De fruitione Sāctorum. De primatu Papæ, & dictus liber fuit ex Græco in Latinum tranſlatus, ac Romæ impreſſus annó 1579. vbi ſectione 15. fol. 241. deplorat, & deſcribit excidium Conſtantinopolitanū, dicens Græcos propter ſchiſma veniſſe in manus Turcarum. De Andromaco Paleologo ſe Imperatorem Græcorum nominante ſchiſmatico denunciato excommunicato, vide extrauag. com. Clem. 5. Ad certitudinem de ſent. ex comm. Idem Eugenius in eodem Concil. Armenis, & Iacobitis ſe vnientibus S. R. E. per duas conſtitutiones veritatem Catholicæ fidei eos inſtruit incip. Cantate Domino. & alia. incip. Exultate Deo.

*Gregor. xiij.* Profeſsio orthodoxæ fidei à Græcis facienda iuſſu fel. recor. Greg. Papæ xiij. edita habetur fol. 261. in eodem verbo, & adde *Clem. 8.* ad capitu. vni. de Summa Trin. in 6.

Ex ſententia Congregationis ſuper reformatione Grecorum Perbreuis inſtructio ſuper aliquibus Ritibus Græcorum &c. fol. 245. Et hæc de Græcis ad hunc titulum pertinentia, quæ adhuc non ſunt in bullario; ſed in eo habes fol. 98. dictam conſtitutionem Eugenij quarti, in Generali Concilio Florentino. Capita in eo diffinita habentur

in

in dicta profeſsione fidei à Græcis facienda apud Quarant. fol. 26. Aduertendum tamen eſt, quod circa articulum in eodem Concilio diffinitũ, De fruitione Sanctorũ, aderat antea extrauagans Benedicti xij. incip. Benedictus Deus, quæ etiam non eſt in bullario, ſed eam refert per extenſum Alphonſus de Caſtro in libro contra hæreſes in verbo, Beatitudo.

Super forma iuramenti profeſsionis fidei fol. 544. & fol. 243. & 516. *Pÿ 4.* *Eiuſdem*

De fidei profeſsione emittenda in ordinatione, & promotione Doctorum & aliorum cuiuſuis artis, & facultatis profeſſorum fol. 545.

*De Conſtitutionibus.*

CONfirmatio œcumenici generalis Concilij Trid. *Pÿ 4.* *Eiuſdem.*

Declaratio temporis ad obſeruandum decreta d. Concil. Trid. fol. 813. in bullario incip. Sicut ad ſacrorum, & ſunt impreſſa in fine eiuſdem Concilij, & vide in verbo Cõcilium Trid. fol. 182. vbi de alijs conſtitutionibus facientibus ad hunc titulum.

De non publicandis conſtitutionibus Conciliorum Prouincialium abſq; Sedis Apoſtolicæ approbatione, habetur in verbo Concilium Prouinciale fol. 184. & huius occaſione fuit poſitus tractatus de Concilio Prouinciali. *Sixti. 5.*

## De Electione.

Greg. 11. CONtra prouiſos apud Sedem Apoſtolicam dantes, aut promittentes nuntiatoribus, fol. 234.

Iulij 3. Contra prouiſos retinentes beneficia Eccleſiaſtica abſque literis Apoſtolicis fol. 121. & breue Pij V. ibidem allegatum habes per extenſum fol. 515.

Pauli 4. Quod Archiepiſcopi, & Epiſcopi cuiuſcunq; ordinis profeſſores ad Clauſtra ſuorum ordinum redeuntes ad dignitates & officia aſſumi non poſsint, fol. 235.

Pij 4. Reformatio conclauis in electione Romani Pontificis fol. 767. in Bullario incip. In eligendis. & contra aſpirantes ad Papatum ſimoniacè adeſt conſtitutio Iulij 2. fol. 333. Cum chariſsimus, & eiuſdem Pontificis innouatio literarum ſuarũ ſuper electione Ro. Pont. fol. 352. Licet variè. & præcedentes conſtitutiones adde ad diſpoſita in c. Licet de vitanda, de elect. &c. vbi periculum, eod. titu. in 6. & clem. ne Romani d. tit. & contra ambientes ad Papatum vide Pauli 4. conſtitutionem fol. 624. in bullario incip. Cùm ſecundùm Apoſtolum.

Pij 5. Super collatione parochialium Eccleſiarum, fol. 381.

Gre. 13. De Abbatiſsis, & alijs monaſteriorum monialium

monialium præfectis non vltra triennium per vniuerſam Italiam in futurum eligendis, fol. 94.

De Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium creandorum numero, ordine, ætate, tempore, qualitate, & officio, incip. Poſtquam. *Sixti 5.*

Super noua ordinatione titulorum, & Diaconatuum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, incip. Religioſa. *Eiuſdem.*

Contra ineuntes ſponſiones ſuper vita, & morte, & futura electione Summi Pontificis, ac promotione S. R. E. Cardinalium, fol. 234. & habes per extenſum, fol. 526. *Greg. 14.*

De forma faciendi proceſſus, & inquiſitiones ex preſcripto Concilij Trid. ſuper promouendis ad regimina Eccleſiarum Cathedralium, & aliarum Superiorum, ſeu Monaſteriorum, atque ad cæteras dignitates, de quibus in Conſiſtorio prouidetur, fol. 531. *Eiuſdem.*

*De renunciatione.*

RElaxatio prohibitionis de non admittendis reſignationibus per Ordinarios cum modificationibus. habetur fol. 103. *Pij V.*

Conſtitutio de modo & forma publicandi reſignationes, & ceſsiones, fol. 113. *Gre. 13.*

*De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.*

CONtra promotos ante legitimam ætatẽ, aut extra tempora, aut ſine dimiſ-
P. 2. ſorijs, fol. 358.

Extenſio decreti Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. quod incipit, Cùm non deceat, loquentis de
P. 5. clericis ſecularibus ad clericos regulares non profeſſos, quod non promoueantur ad ſacros, niſi ſeruata forma dicti decreti fol. 365.

Moderatoria Bullæ fel. rec. Sixti Papę V. contra clericos malè promotos, ac in Epiſcopos in ordinum collatione peccantes, fol. 370.

De ordinatione Regularium; & collatio-
Clem. 8. ne ordinum ab Abbatibus, fol. 367.

*De ſacra vnctione.*

Decretum Sacræ Congregat.

COngruũnt huic titulo conſtitutiones Summorum Pontificum, & decreta Sacrorum Conciliorum Florentini, & Triden. quæ habentur in verbo, Græcorum Ritus fol. 236.

*De filijs presbyterorum, & alijs illegitime natis.*

Clem. 7. QVòd filij Sacerdotum nullo pacto, aut quòuis quæſito colore in beneficijs parentum ſuorum ſuccedere poſsint, fol. 276.

Reuocatio

Reuocatio facultatum teſtandi, & diſponendi de rebus Eccleſiaſticis feudalibus & emphyteoticis in illegitimos, fol. 277. & fol. 551. *Pij 5.*

Ampliatio fol. 280. *Eiuſdem.*

Contra illegitimos, legitimatos &c. ad religionem tranſire volentes, fol. 293. *Sixti 5.*

Declaratio præcedentis conſtitutionis fol. 299. *Eiuſdem.*

Moderatio prædictarum conſtitutionum Sixti V. contra illegitimos Regulares, fol. 305. *Gre. 14.*

*De officio iudicis deleg.*

DE aſſeſſore aſſumendo à Iudice iurium non Doctore, fol. 281. *Leon. 10.*

De conſeruatore eligendo per Regulares fol. 325. *Declaratio Sacra congreg.*

*De officio iudicis ord.*

PRrohibitio imprimendi libros abſque approbatione Vicarij, & Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici in Vrbe; ac Epiſcoporum & Inquiſitorum hæreticæ prauitatis in alijs ciuitatibus, fol. 106. in Bullar. incip. Inter ſollicitudines, & vide Conc. Trid. ſeſſ. 4. ſed & impreſſoribus, ac regulas indicis librorum prohibitorum c. 10. & Nauar. in Manual. confeſ. c. 27. nu. 148. *Leon. 10. in Conc. generali Lateranenſ.*

*Pij 4.* Literæ in formà breuis, per quas Eccleſiæ Græcorũ, earumq́ue Prælati, & adminiſtratores viſitationi, ac ſuperioritati Ordinariorum ſubijciuntur fol. 254. ac faciunt tex. in c. quoniam, de off. ord. & allegata fol. 245. in princ. verb. Græcorum ritus.

*Pij 5.* Præceptum omnibus Epiſcopis vtriuſque Siciliæ, vt conficiant quotannis inuentariũ actorum criminalium ſuæ curiæ fol. 575.

*Sixti 5.* Vt bonorum Eccleſiaſticorum archiuum teneantur facere Prælati in eorum diœceſibus, & adminiſtratores Eccleſiarum fol. 99.

### *De maioritate, & obedientia.*

*Leon. 10.* IN Concil. Lateranens. de pulſatione campanæ in Sabbato ſancto fol. 134.

*Gre. 13.* De præcedentia fratrum Mendicantium, & confraternitatum fol. 387.

*Clem. 8.* Decretum, quo declaratur Epiſcopis in eccleſijs Regularium Pontificalia exercentibus licere baldachinum erigere fol. 395.

LIBER

*De Iudicijs.*

DE nullitatibus aliàs quam ex defectu iuriſdictionis, citationis, aut mandati non attendendis, fol. 357. *Mat.5.*

*De foro competenti.*

COntra Perſonas Eccleſiaſticas alias perſonas Eccleſiaſticas ad forum laicale trahentes fol. 62. in bullario incip. Ad reprimendas, & in verbo, Forũ competens fol. 618. vbi alterantur pœnæ, de quibus in c. ſi diligenti, de foro comp. & contra Iudices, vide etiam bullam cœnæ Domini c. 15. & de pœna clerici, qui conqueritur coram iudice ſeculari de prælato eſt tex. in cap. Grauem, de exceſſ. prælat. *Pij 5.*

*De ferijs.*

DE obſeruatione feſtorum fol. 227. & vide decreta Sacræ Congregationis fol. 536. *Pij. 4.*

*De ſequeſtratione poſſeſſionum, & fructuum.*

FAcultas iudicum lite pendente decernendi ſequeſtra ſuper fructibus beneficiorum Sedi Apoſtolicæ reſeruatorum, ſiue *Pij 4.*

affectorum, & ordinaria, vel alia authoritate nulliter collatorum, & pœnæ deſuper liti-
Pij 5. gantium fol. 571.

Quòd fructus beneficiorum lite pendente deponi debeant apud perſonam à Iudice eligendam, non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis diſponentibus, quod Capitula, & Canonici percipiant fol. 573.

## DE IVRE-IVRANDO.

Gre. 13. INnouatio conſtitutionis Nicolai tertij, aliarum Sanctionum contra iurantes, & iurare facientes illicita, impoſſibilia, damnoſa, & Eccleſiaſticæ libertati, ac decretis Concilij Trid. aduerſantia fol. 552.

Sixti 5. De viſitandis liminibus Apoſtolorum fol. 96. poſſet etiam ſituari ſub tit. de maior. & obedien.

# LIBER TERTIVS

## *De vita & honeſtate clericorum.*

Sixti 5. DE habitu, & tonſura per clericos, ſeu milites beneficia, vel penſiones obtinentes deferendis, & pœnis contra inobedientes inflictis fol. 265.

Eiuſdem Conſtitutionis prædictæ moderatio fol. 268.

Contra

Contra Eccleſiaſticas perſonas Regni Neap. bannitorum receptatores fol 101. & delinquentium & debitorum fol.103. Eiuſdem

*De clericis non reſidentibus.*

SVper reſidentia Epiſcopali fol.440.

Contra non reſidentes fol.443.

Declaratio quòd gratię de non reſidendo,& percipiendo fructus ratione ſtudij non valeant ſine conſenſu ordinarij fol.438. Pij 4. Eiuſdem Eiuſdem

Super reſidentia in parochialibus per obtinentes eas,ac canonicatum, aut dignitates,aut aliud beneficium fol 433. Pij 5.

*De præbendis,& dignitatibus.*

QVòd Iudices cauſarum beneficialium vel criminalium priuationem beneficiorum decernentium,eorumq́ue affines, & familiares beneficia illa impetrare non poſſint fol.566. Pij 4.

De pœnis conferentium, & de beneficijs Sedi Apoſtolicæ reſeruatis fol. 124. Eiuſ.

Reſeruatio beneficiorum, & de beneficijs propter hæreſim, ſeu certo modo vacantibus fol.eod. Pij 5.

Declaratio portionum, quæ aſsignari debent Vicarijs perpetuis in vnione beneficiorum incip. Ad exequen dum fol.999.in Bullar. Pij 5.

lar. ſed an per conſtitutionem Greg. XIII. incip. In tanta relata fol. 398. ſit reuocata & reducta ad terminos iuris communis & decretorum Conc. Trid. Seſſ. 7. de refor. c. 7. & Seſ. 25. de refor. c. 16. vide in verbo Vicarius perpetuus, fol. 499. de quibus Vicarijs habetur in clem. 1. de iur. patr. & in cap. extirpandæ, §. qui vero, c. auaritiæ, & c. de monachis, de præben. & eod. tit in. 5. & extrauag. Ioan. 22. de præben. & ibi gloſ. in ver. vicarios c. ad hæc de off. vica. clem. vni. eo. tit. c. 1. de c. mona. in antiq. & in 6. ac extat Petri Rebuffi tract. congruæ portionis beneficiorum vicarijs maximè debitæ.

*Gre. 13.* Decretum de nullitate omnium diſpoſitionum beneficialium, quæ fiunt perſonis prohibitis propter genus, ſeu hæreſim, aut à fide Apoſtaſiam contra ſanctiones, ſtatuta, vel priuilegia fol. 124.

*Clem. 8.* Reſeruatio menſium Apoſtolicorum, & de alternatiua pro Epiſcopis reſidentibus fol. 411. in verſ. Regulæ cancellariæ, vbi de alijs reſeruatis Sedi Apoſtolicæ.

*Gre. 13.* Erectio Eccleſiæ Bononien. in Metropolim, & Archiepiſcopatum, fol. 1320. in Bullario incip. Vniuerſi. vbi enumerat aliqua de auctoritate Archiepiſcopi. hinc ſumpta occaſione tractatum meum inſerui ſupra in ver. Archiepiſcopi auctoritas, fol. 31. proſequendo omnes auctoritates quas de iure ha-

bet,

bet, & congruit huic titulo propter extrauag. com. incip. Saluator de præb. & digni. ſub quo fuit inſerta conſtitutio Ioan. 22. erectionis Epiſcopatus Tholoſani in Archiepiſcopalem, & poteſt dictus tractatus congruere etiam tit. de off. ord. propter cap. paſtoralis d. tit. vbi de hac poteſtate.

*De clerico ægrotante, vel debilitato.*

CОngruunt huic titulo declarationes Sacræ Congregationis ſacrorum rituũ de facultate, quam habent Epiſcopi coadiutores cum futura ſuccesſione, & quænam exercere poſſint; relatę in ver. Archiepiſcopi auctoritas, aucto. 13. ſub n. 6. fol. 37. & 43.

*De rebus Eccleſiæ non alienandis.*

COngruunt huic titulo diſcuſſa in verbo Capitulum Sedo vacante fol. 155. & 420. ac 575.

*De rebus Eccleſiæ non alienandis.*

DE alienatione bonorum Eccleſiaſticorum non fienda, fuit relata, & delucidiſsimè declarata fol. 1. & 495. *Paul. 2.*

De officio commiſſariorum in examinandis cauſis alienationum rerum Eccleſiaſticarum *Eiuſdem*

rum, quæ à Sede Apoſtolica in forma, ſi in euidentem vtilitatem cedant, delegantur fol. 8.

Pij 4. Reductio ad viam iuris communis literarum Pauli 4. ſuper alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, cum ſatis abundè per anteriores canones fuerit prouiſum fol. 681. in Bulla incip. Prouida.

Clem 8. Confirmatio conſtitutionis ſanctæ mem. Pij Papę V. de ciuitatibus, terris, & locis S. R. E. non infeudandis, & declarationis fel. rec. Innocentij Papæ IX. deſuper factæ, incip. Roman.

*De emptione & venditione.*

Nico. 5. VT incolæ, & habitatores, ac vniuerſitates Regnorum Siciliæ citra, & vltra Pharū contractus cenſuales, modo tamen, & forma, de qua in d. conſtitutione inter ſe contrahere libere, & licite poſsint fol. 216.

Pij 5. Super forma creandi cenſus fol. 219.

Gre. 13. Breue ſuper confirmatione d. conſtitutionis Nicolai V. fol. 221. Iſtud breue non reperitur in Bullario; ſed habui à Reuerendiſsimo Antonio Veſpulo Epiſcopo N. & Coadiutore Potentino, & refert in fine tractatus, quem compoſuit de cenſibus, vbi vidi authenticum cum ſubſcriptione Reuerendiſsimi Vicegerentis Illuſtriſsimi

Domini

Domini Cardinalis Ruſticutij Vicarij Summi Pontificis, & morte præuentus, dictus tractatus non fuit impreſſus, ſed remanſit penes eius fratrem Dominum Thomam Veſpulum Regium Conſiliarium integerrimum.

*De rerum permutatione.*

COnſtitutionem in ea parte, quæ ad permutationem attinet, vide fol. 127. in verbo Beneficiorum permutatio. Pij 5.

*De peculio Clericorum.* Pij 5.

DEclaratio circa bona, quæ non veniunt ſub nomine ſpoliorum fol. 474.

Declaratio quòd bona regularium extra clauſtra degentium ad Cameram Apoſtolicam ſpectent, & quòd in omnibus ſpolijs eadem camera eſt verè, & propriè hæres fol. 476. & faciunt ad hunc titulum aliæ conſtitutiones Summorum Pontificum relatæ in verbo, Spolia clericorum fol. 471. Gre. 13.

*De teſtamentis, & vltimis voluntatibus.*

QVòd teſtamenta, donationes, & quæcumque aliæ diſpoſitiones per Eccleſiaſticas perſonas facultatem ab Apoſtolica Se- Pij 4.

de

de non habentes etiam in fauorem piorum locorum ſacta de rebus Eccleſiaſticis nulla ſint fol. 660. in Bullar. incip. Graue nobis.

*Pij V.* Reuocatio facultatum teſtandi, & diſponendi de rebus Eccleſiaſticis, feudalibus, & emphij teoticis in illegitimos fol. 276. & 551.

*Eiuſdem* Applicatio fabricæ Sancti Petri de Vrbe medietatis relictorum piorum non exactorum per triennium cum declarationibus fol. 540.

## *De ſepulturis.*

*Pij 4.* VT capſæ omnes, & depoſita, ſeu alia cadauerum conditoria ſuper terram exiſtentia omnino amoueantur, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur fol. 924. in Bullar. incip. Cùm primùm. §. & vt in Eccleſijs, & fol. 570. in verbo Reuerentia Eccleſiarum.

*Decretum Sacræ Congregat.* Ne liceat regularibus leuare defunctorum funera, ſine proprio defuncti parocho, fol. 568. Decretum Concil. Lateran. habes fol 390.

## *De Regularibus, & tranſeuntibus ad Religionem.*

*Greg. 7.* QVod Religioſi, etiam Capellani Sedis Apoſtolicæ, eorum Superioribus in omnibus, & per omnia ſint ſubiecti, fol. 44. in

44. in bull. incipien. Per Romani Pontifi.

Reuocatio indultorum præter iuris communis diſpoſitionem conceſſorum recipiendi, vel retinendi Religioſos alterius ordinis, etiam laxiori f. 586. *Pij 5.*

De trium votorum profeſsione ab ijs emittenda, qui in congregationibus ſub obedientia voluntaria viuunt, quorum habitus à ſecularibus Presbyteris eſt diſtinctus, fol. 1035. in bullar. incip. Lubricum. *Eiuſdem*

Reuocatio omnium licentiarum ingrediendi monaſteria, & domos Carthuſien. & aliorum quorumcunque regularium Ordinum, etiam Mendicantium quibuſuis mulieribus conceſſarum, fol. 290. *Eiuſdem*

Declaratio præcedentis conſtitutionis, fol. 291. *Eiuſdem*

Contra illegitimos, legitimatos, criminoſos, & reddendis rationibus obnoxios ad aliquam Religionem tranſire volentes, & contra regulares abſque Superiorum licentia de prouincia in prouinciam euntes, ſeu tranſmigrantes, fol. 293. *Sixti 5.*

Super dubijs in priori conſtitutione emergentibus de admittendis ad habitum, & profeſſionem regularibus declaratio, fol. 299. *Eiuſdem*

Moderatio prædictarum conſtitutionum Sixti V. contra illegitimos regulares. fol. 305. *Gre. 14.*

*Clem. 8.* Reductio ad terminos iuris, & ſacrorum Canonum vnius ſuper qualitatibus, ac modo, & forma recipiendorum Religioſorum, & alterius illius declaratoriæ conſtitutionum fel. rec. Sixti Papæ V. quoad nullitates profeſsionum ſaluis pœnis contra ſuperiores, &c. fol. 588. & ſeq.

*Eiuſdem* Contra Regulares delinquentes extra clauſtra, fol. 238.

*Eiuſdem* Decretum de nouitijs ad regularem habitum non recipiendis, niſi in monaſterijs, & locis deſignandis, fol. 308.

*Eiuſdem* Decretum ſuper forma recipiendi nouitios Regularium ad habitum, & profeſsionem, fol. 310.

*Decretum Sacræ Congreg.* Inſtitutiones ſuper receptione, & educatione nouitiorum Religioſorum in Monaſterijs, & Conuentibus deſignatis, vel deſignandis, fol. 312.

Contra Regulares ad Vrbem temerè, leuivè ex cauſa accedentes abſque eorum licentia, fol. 319.

## *De ſtatu regularium.*

*Pij 5.* SVper clauſura, & reformatione quarumcunque monialium, fol. 321.

*Greg. 13.* Prædictæ conſtitutionis declaratio, & de eleemoſynis monialibus præſtandis, fol. 325.

*Eiuſdem.* Declaratio ſuper facultate quam habent

Ordinarij,

Ordinarij, & alij monialium Superiores ingrediendi earum Monaſteria, fol. 331.

Reuocatio omnium licentiarum ingrediendi Monaſteria monialium, & virorum & prohibitio, ne habentes licentias ab Epiſcopis, vel Superioribus in caſibus neceſſarijs ingrediantur Monaſteria moniali࿽, niſi vrgentibus neceſſitatibus, fol. 332. *Eiuſdem.*

Contra moniales exeuntes à clauſura, & dantes licentiam, comitantes, & receptantes, fol. 335. *Pij 5.*

Quo Religioſi ad monialium Monaſteria cuiuſcunque Ordinis accedere prohibentur, fol. 337. *Decreta Sac. Congreg. Cle. 8.*

Ordinationes pro reformatione monialium, fol. 399.

De largitione munerum vtriuſque ſexus Regularibus interdicta, fol. 351. *Decretum ſacræ Congreg.*

Declaratio quomodo ſint ſoluendæ eleemoſynæ pro monialibus ſupra numerum recipiendis, & quando poſſint concedi, vel promitti loca in monaſterijs puellis habitum regularem ſuſcipere volentibus, fol. 592.

*De celebratione Miſſarum, & diuinis officijs.*

REuocatio licentiarum, ac facultatum celebrandi Miſſas veſpertino tempore, fol. 287. *Pij 5.*

Eiuſdem. Reuocatio licentiarum Græcis Latino more,& Latinis Græco ritu Miſſas, ac alia diuina officia celebrandi hactenus conceſſarum, fol.257.

Leo.x. Contra beneficiatos non recitantes horas canonicas.fol. 274.

Pij 5. De fructibus quos amittunt, qui Horas canonicas non recitant.fol.274.

Cle. 8. Decretum circa Litanias obſeruandum, fol.282.

Decre. Congr. ſac.rit. De ſpectantibus ad parochum exiſtentem in Eccleſia exſtauritæ, ſeu magiſtrorum. fol. 569.

*De Reliquijs, & veneratione Sanctorum.*

Pij 5. CONſtitutio, ne popularibus concionibus diſputetur de Conceptione glorioſæ Dei Genetricis Mariæ,fol.174.

Gre.13. Ne Agnuſdei benedicti minio inficiantur, nec venales proponantur,fol.95.

Cle.8. Decretales Literæ canonizationis S.Raymundi, Ordinis Prædicatorum.

*De cenſibus, & exactionibus.*

Pii 5. VTriuſque ſexus perſonis Religionis Mendicantium exemptiones ab exactionibus,gabellis,pedagijs,& vectigalibus, fol.405.

De

*De eccleſiis Edificandis.*

PRæſcriptio normę dandi licentiam ab Oridinarijs ad ædificanda in poſterum Regularia Monaſteria, fol. 590. *Cle. 8.*

*De immunitate Eccleſiarum.*

COntra deambulantes per Eccleſias, pauperes per eas mendicantes, ac alios in eis illicita facientes, fol. 570. vbi de feneſtris Eccleſias introſpicientibus fabricandis, & fol. 601. *Gre. 2.*

Super immunitate Eccleſiarum, fol. 602. *Leo. x.*

*Ne Clerici, vel Monachi ſecularibus negotijs ſe immiſceant.*

DE ſtudio Philoſophiæ, aut Poëſis, quando conſtitutis in ſacris non liceat, fol. 565. *In Con. Lat.*

## LIBER QVARTVS.

*De ſponſalibus, & matrimonijs.*

DEclaratio decreti Sacri Concilij Trid. ſuper impedimento publicæ honeſtatis fol. 284. & circa ſacramentum matrimonij, quoad Græcos, vide ſuprà fol. 247. *Pij 5.*

*De cognatione ſpirituali.*

Pij 5. DEclaratio decreti Concil. Trident. de cognatione ſpirituali, fol. 283.

*De eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ, vel ſponſæ.*

Pij 5. DEclaratio decreti Concil. Trid. de impedimento affinitatis ex fornicatione proueniente, fol. 285.

*De conſanguinitate, & affinitate.*

Clem. 7. DIſpenſationes non concedi contrahentibus matrimonia ſcienter in gradibus prohibitis, fol. 292. in bulla. incip. Quia, vide Conc. Trid. Seſſ. 24. de refor. matrimonij c. 5. & Clem. vnicam de conſang. & aff. De cauſis diſpenſationis, vide Abb. in c. quocirca d. ti. feli. in c. nihil de præſcrip. Nauar. in Manua. confeſſ. c. 22. nu. 87. Mandoſi. de ſignatu. gratiæ tit. Diſpenſationes matrimoniales, & ſupra in eodem verbo, fol. 583.

LIBER

# LIBER QVINTVS.

## *De Simonia.*

COntra eos, qui pro obtinendis benefi-cijs ſeipſos pro alijs in examine ſupponunt, vel annuas penſiones offerunt, aut beneficia impetrant pro alijs, vt ab eis aliquid conſequantur, vel pro ſeipſis, vt alijs poſtea cum penſione reſignent, fol. 54. *Paul. 4.*

Contra quoſcunque Eccleſias, & beneficia Eccleſiaſtica quæcunque in confidentiam retinentes, ſeu recipientes, fol. 452. *Pij 4.*

De confidentijs beneficialibus. &c. fol. 456. *Eiuſdem*

Innouatio cenſurarum, & pœnarum contra Simoniacos, fol. 447. *Eiuſdem*

Reuocatio priuilegiorum, & conſuetudinum Eccleſiarum aliquid recipiendi in collti one, aut alia prouiſione, ſeu admiſsione ad poſſeſsionem beneficiorum, fol. 448.

Contra promouentes, & promotos ad Ordines ſimoniacè etiam ad primam tonſuram, fol. 370. *Sixti 5.*

## *De magiſtris.*

DEcretum obſeruandum à Magiſtris, & præceptoribus ſcholarum, fol. 565. *Sixti 5.*

*De Iudæis, & Sarracenis.*

*In Concil. Lateran. Pauli 3.*

QVod Iudæi, cæteriq́ue infideles ad agnitionem Catholicæ fidei venientes bona patrimonialia, maternaliaq́ue, & omnia eorum conſuetudine acquiſita ſeu quæ verum dominum habere non reminiſcuntur etiam viuis, & inuitis parentibus habere, tenere, & poſſidere valeant, fol. 415. in bullar. incip. Cupientes, & vide c. Iudæi cl. 2. d. tit. & extrauag. com. Ioa. 22. incip. Dignum eo. tit. & ſi bona ipſa ex vſura, aut alio illicito quæſtu fuerint acquiſita, & notæ ſint perſonæ, quibus eorum fuerit de iure facienda reſtitutio (quia non dimittitur peccatum niſi reſtituatur; perſonis verò non extantibus prædictis, quia bona ipſa eſſent per manus Eccleſiæ in pios vſus conuertenda, bona huiuſmodi eiſdem Iudæis, & alijs infidelibus in fauorem ſuſcepti baptiſmatis tamquam in pium vſum liberè concedimus, eaque ad ipſos ſic conuerſos Iudæos, & alios infideles remanere decernimus, inquit Paul. 3. in d. conſtitutione, vbi in materia Iudæorum habes conſtitutiones pertinentes allegatas.

*Gregor. xiij.*

De blaſphemijs Iudæorum, in quas hæreticę prauitatis inquiſitores animaduertunt, fol. 517.

Quod

Quod Medici Hebræi, vel Infideles ad Christianorum curam non admittantur, fol. 553. *Eiuſdem*

Contra impia ſcripta, & libros Hebræorum, publicata Romæ die 3. Aprilis. 1593. incip. Cùm Hebræorum malitia. *Clem. 8.*

*De hæreticis.*

EXcommunicatio in primo capite Bullæ Cœnæ Domini contra hæreticos eſt tenoris ſequentis: Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, auctoritate quoq; beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra, quoſcumque Huſſitas, Vuiclephiſtas, Lutheranos, Zuinglianos, Caluiniſtas, Vgonottos, Anabatiſtas, Trinitarios, & à Chriſtiana fide Apoſtatas, ac omnes, & ſingulos alios hæreticos, quocumq; nomine cenſeantur, & cuiuſcumque ſectæ exiſtant, ac eorum credentes, receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defenſores, ac eorum libros hæreſim continentes, vel de religione tractantes, ſine auctoritate noſtra, & Sedis Apoſt. ſcienter legentes, aut retinentes, imprimentes, aut quomolibet defendentes ex quauis cauſa publicè, vel occultè quouis ingenio, vel colore, nec non ſchiſmaticos, & eos, qui ſe à noſtra, & Romani Pontificis

tempore exiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahunt, vel recedunt. Abſolutio à d. excommunicatione ſoli Summo Pontifici reſeruatur, vt in fine d. Bullæ habetur, & declaratur per Nauar. in Manual. confeſ. c. 27. & in ea parte quoad libros hæreticorum fuit relata in verbo, Libri prohibiti, fol. 282. & lege pro vt hic.

*Pij 4.* Approbatio Indicis librorum prohibitorum cum regulis confectis per Patres à Trid. Synodo electos à Sixto V. aucti & à S. D. N. Clem. VIII. recogniti, & publicati, fol. 281. & adde d. c. fraternitatis d. tit.

*Clem. 8.* Innouatio conſtitutionis fel. recor. Pauli Papæ 4. contra negantes Trinitatem, aut diuinitatem Ieſu Chriſti, aut eius conceptionem de Spiritu ſancto, aut eius mortem, vt nos redimeret, aut virginitatem beatiſſimę ſemper Virginis Dei Genetricis Mariæ, fol. 271.

*Pij 5.* Conſtitutio contra offendentes ſtatum, res & perſonas Sacri inquiſitionis hæreticæ prauitatis officij, fol. 548.

*Eiuſdem.* Declaratio, & conſtitutio, quod ſententiæ in reorũ inquiſitorum fauorem per quoſcũque Iudices contra diſpoſitionem, vel ſtylũ juriſdictionis officij ſanctiſſimę inquiſitionis latæ, & ferendæ, nunquam tranſierint, nec in futurum in rem iudicatam tranſire poſſint, fol. 958. in bulla. incip. Inter multiplices.

Quod

Quod Principes, Iudices, & Iuſtitiæ miniſtri mandatis Cardinalium inquiſitorũ generalium in concernentibus officium ſanctiſſimæ inquiſitionis pareant, & obediant, fol. 1179. in bulla. incip. Sanctiſſimus. Eiuſdem.

Alias conſtitutiones ad hunc titulum pertinentes habes in directorio inquiſitorum nuper impreſſo cum additionibus Domini Franciſci Pegnæ nunc Rotę Rom. Auditoris, quæ etiam habentur in alio libro ſeparato ſic inſcripto, Literę Apoſtolicæ diuerſorum Rom. Pontif. pro officio ſanctiſſimæ inquiſitionis ab Innoc. 3. Pont. Max. vſque ad hæc tempora.

*De Apoſtatis.*

Congruunt huic titulo relata in verbo Apoſtata, fol. 577.

*De homicidio.*

Contra abortum procurantes, conſulentes, & conſentientes, fol. 87. *Sixti 5.*

Eiuſdem moderatio, fol. 90. & 513. *Gre. 14.*

Pro militibus regularibus S. Ioannis, & adde ad c. primum de homic. in 6. videri verbo in foro competens fol. 622. *Clem. 8.*

*De torneamentis.*

Super prohibitione taurorum, & ferarum agitationis. fol. 481. *Pij 5.*

Ejuſdem

Gre. 13. & Clem. 8. Eiuſdem conſtitutionis moderatio pro Regnis Hiſpaniarum, fol. 483.

*De Pugnantibus in duello.*

Leon. 10. CONTRA pugnantes in duello, & dominos & quoſuis alios dantes eis campum, eiſque auxilium præſtantes, duelloque intereſſentes cum inſertione literarum Iulij 2. & multarum pœnarum adiectione, fol. 232. in bulla incip. Quam Deo.

Cle. 7. Contra pugnantes in duello, & dantes eis auxilium, & fauorem, fol. 298. in bulla. incip. Conſueuit.

Pij 4. Confirmatio conſtitutionum prædeceſſorum Pontificum ſuper prohibitione duellorum; fol. 686. incip. Ea quæ.

Greg. 13. Conſtitutio, qua Concil. Triden. pœnis ſubijciuntur duellum priuatim committentes, locum dantes, ac etiam ſuadentes, auxiliantes, & ſpectantes, fol. 227.

Cle. 8. Confirmatio, declaratio & extenſio conſtitutionum Apoſtolicarum, & decreti Concil. Trid. contra pugnantes in duello publicè, vel priuatim, nec non contra mittentes, ſcribentes, aut, diuulgantes, chartulas prouocatorias, aut ſcripta, quæ dicuntur manifeſta, eorumque fautores, & complices, fol. 228. Confeſſarij priuilegiati à quibus caſibus poſsint abſoluère, vide in verbos Caſus reſeruati. fol. 147. & 152.

De

*De vſuris.*

DE montibus pietatis,fol.289. *Leo.13.*
Super exercendis cambijs, fol.492. *Pij 5.*
Super contractibus ſocietatum ad caput ſaluum,fol.223. *Sixti 5.*

*De ſortilegijs.*

COntra exercentes Aſtrologiæ iudiciariæ artem, & alia quæcumque diuinationum genera, libroſque de eis legentes, ac tenentes.fol.99. *Clem.8.*

*De maledicis.*

COntra Clericos blaſphemantes.fol.130. & 517.

*De clerico non ordinato miniſtrante.*

COntra eos, qui cùm ad Sacrum presbyteratus ordinem minimè promoti ſint, Sacerdotis tamen auctoritatem temere ſibi aſſumentes Miſſarum celebrationem vſurpare, & Sacramentum Pœnitentiæ Chriſti fidelibus miniſtrare præſumunt,fol.379. *Pij 5.*

*De exceſsibus Prælatorum & ſubditorum.*

COntra grauamina Prælatorum in fauorem Ordinum Mendicantium, fol.

982.in

982. in bulla, incip. Et ſi Mendicantium, & de grauaminibus in corpore iuris inſertis, vide in c. nimis cum ſeq. de exceſſ. prælat. Clem. vni. d. tit. in cle. dudum, de ſepul. & extrauag. com. Sixti 4. de treg. & pace ac extrauag. com. de ſepult. & in extrauag. com. 1. de iud. atque in extrauag. com. Inter cunctos, de priui. Circa verò in eis, & d. cle. dudũ diſpoſita ad ver. liberè valeant clero, & populo prædicare, vide Conc. Trid. Seſſ. 5. de refor. c. 2. & ſeſſ. 24. de refor. gene. c. 4. Item ad §. ſtatuimus. & ordinamus auctoritate prædicta, vide in d. Conc. Seſſ. 23. de for. c. 15. & conſtitutionum Pij V. ſuper confeſſorum approbatione relatam in verbo Confeſſor, fol. 179. Item ad §. huiuſmodi verſ. verum vide d. Conc. Seſſ. 25. de refor. c. 13. quæ Pij V. conſtitutio contra grauamina prælatorũ fuit deinde reuocata per Greg. XIII. per conſtitutionem relatam ſuprà in verbo priuilegia Regularium, fol. 398.

*Eiuſdem* Conſtitutio de priuatione clericorum propter incontinentiam, & eorum traditione brachio ſeculari, fol. 467.

*De priuilegijs, & exceſſibus priuilegiatorum.*

FAciunt ad hunc titulum conſtitutiones Summorum Pontificum, Decreta Sacrorum Conciliorum, & declarationes Sacræ

congregationis relatæ in verbo Priuilegia Regularium,fol. 389. & in verbo Exemptio,fol. 125.ac in verbo conc.Trid.fol.192.

De his quæ obſeruari debent à Prædicatoribus fol.562.&.poteſt ſituari ſub hoc titulo,quia prædicationis officium priuilegiatum eſt, c. quod Dei timorem,de ſtatu monach. *Leon.10.*

Pius 4.reuocat facultates Hoſpitali ſancti Spiritus in Saxia, & Monaſterio ſancti Sebaſtiani ad Cathecumbas, & Capitulo S. Ioannis Latera. de Vrbe conceſſas erigendi Eccleſias, & Confraternitates, vel illas in eorum membra cum facultatum, & indulgentiarum communicatione recipiendi, & ſubijcit illas,eorumq; Sacerdotes,Miniſtros, & bona iuriſdictioni Ordinariorum, & Rectorum parochialium, fol. 757. in Bull. incip.Regimini.& adde d.ç.recipimus, de priuileg. *Pij 4.*

Quod omnes, qui impetrabunt aliqua priuilegia, gratias, facultates, licentias, & indulta,aut conceſſiones, quæ aliqua ex parte intereſſe Cameræ Apoſtolicæ concernere cenſebuntur, debeant illa infra tres menſes à die illarum impetrationis in eadem Camera præſentare, & ibi regiſtrari facere ſub pœna illorum nullitatis, & inualiditatis fol. 873. In bulla.incip.Ingens. *Eiuſdem*

Super modo, & forma per quoſcunque *Clem.8.*

regulares

regulares Ordines, religiones, Inſtituta, ſeu Archiconfraternitates, & congregationes, &c. fol. 609.

*De pœnis.*

*Pij 5.* EXtenſio conſtitutionis Bonifacij Papæ 8. quæ incipit, Infelicis, eo. tit. in 6. ad ſcientes, & non reuelantes eos qui offendunt S.R.E. Cardinales, fol. 1062. in bulla. incip. Infelicis ſeculi, & vide bullam in cœna Domini.

*De pœnitentiis, & remiſſionibus.*

*Eug. 4.* SVper communione in Paſchate, fol. 182.

*Pij 5.* Reuocatio indulgentiarum, pro quibus conſequendis manus adiutrices ſunt porrigendæ, & quæ continent quæſtuandi facultatem, fol. 969. in bulla. incip. Et ſi Dominici, & in verbo, Indulgentiæ, fol. 624.

*Eiuſdem* Conſtitutio per Medicos obſeruanda in infirmorum curatione, fol. 285.

*Pij 5.* Super approbatione Regularium ad confeſſiones, & declarationes Sacræ Congregationis, fol. 175.

*Clem. 8.* Decretum ſuper confeſſione Sacramentali, fol. 171.

*Eiuſdem* Decretum ſuper caſuum reſeruatione ab omnibus Regularium Superioribus obſeruandum, fol. 136.

Decretum,

Decretum, & eiuſdem declaratio, quo prohibetur abſolutio caſibus reſeruatis, fol.145. *Eiuſdem*

Bulla indictionis ſancti Iubilei, incip. Annus Domini placabilis. *Eiuſdem.*

Bulla ſuſpenſionis Indulgentiarum plenariarum, etiam perpetuarum, quibuſcunque conceſſarum durante anno ſancto Iubilei, incip. Cùm ſancti Iubilei. & adde cap. ſi quis aliquando, §. in Leuitico. verſ. in Iubileo. & ibi Nauar. de pœn. diſt. 1. & ad extrauag. com. d. tit. *Eiuſdem*

*De ſententia excommunicationis.*

SVper declaratione, quæ ſit leuis, vel enormis iniuria fol. 599. *Ioan. 22.*

Decretum de abſolutione ab excommunicatione per confeſſarios priuilegiatos, fol. 93. *Leo x. in Conc. Lat.*

De excommunicatorum vitatione, fol. 424. *Eiuſdem.*

Quod nulla Ciuitas, Caſtrum, Villa, Locus, Territorium, vel diſtrictus pro debito pecuniario, Eccleſiaſtico interdicto ſupponi poſsit, fol. 399. in bulla. incip. Licet, & vide extrauag. com. Bonifac. 8. incip. Prouide, de ſent. excom. *Clem. 8.*

Contra Nuncios Apoſtolicos ne à Principibus, ad quos mittuntur, debeant mendicare fauores, fol. 98. *Pij 4.*

Pij 4. De excommunicationibus ad finem reuelationis,fol.140.& extat meus tractatus.

Greg.13. De datis & promiſsis pro iuſtitia vel gratia obtinenda, fol. 225. Congruunt denique huic titulo relata in verbo Bona Eccleſiæ vſurpantes. f. 133. & Bona,naufragantium rapientes.fol.131.& in verb. Vectigal. fol. 484. ac cætera diſpoſita in bulla Cœnæ Domini, quam quicunque audiunt confeſsiones habere debent. & vide in verbo, Excommunicationis.

## De verborum ſignificatione.

Pauli 3. FAmiliares, & continui commenſales Rom. Pontificis, qui intelligantur. fol. 489. in bulla. incip. Sanctiſsimus. vide aliam Iulij 3. fol. 559. & adde ad cap. fin. d.tit.in 6.

Pij 5. Declaratio, quòd Ordines Sancti Dominici, Sancti Franciſci, ac Eremitarum Sancti Auguſtini, & Carmelitarum, Seruorumque beatæ Mariæ ſint propriè Mendicantes,& eorum priuilegijs gaudeant etiam ſi in communi bona ſtabilia poſsideant, fol. 997. in bull. incip. Romanus Pont. inter quos connumeratur etiam Ordo Minimorum, & Religio Societatis Ieſu. & adde ad c. vni. §. ſanè de religio. dom. ſub quo tit. poſſet etiam ſituari; non eſt enim inconueniens

niens, vt vna decretalis, ſeu lex ponatur ſub diuerſis titulis, glo. in extrauag. com. de vita, & honeſt. cleric.

*Conſtitutiones in præcedentibus titulis prætermiſſæ.*

BReue ſuper ordinatione ad titulum ſeruitij Eccleſiæ, fol. 593. & adde ad tit. de temp. ordin. ſuprà, fol. 4. *Sixti 5.*

De præeminentia Inquiſitorum Generalium hæreticæ prauitatis; & obedientia eiſdem ab omnibus præſtanda; fol. 605. & adde ad tit. de maior. & obed. fol. 5. *Pii 5.*

De matrimonii nullitate per eunuchos, & ſpadones, fol. 582. & adde ad tit. de frigid. & malef. & impot. coëun. in lib. 4. *Sixti 5.*

De prædicatione facienda Iudæis ſemel in hebdomada, fol. 1257. in bull. incip. Sancta Mater; & adde ad tit. De Iudæis. *Gre. 13.*

Contra Confeſſarios ad turpia ſollicitantes, fol. 579. & adde vna cum ſeq. ad tit. De hæreticis. *Pij 4.*

Vt Itali extra Italiam agentes non habitent niſi in locis, vbi liber, & publicus cultus ſiue vſus Catholicæ Religionis exiſtat, &c. f. 580. *Cle. 8.*

Quando per Metropolitanos Suffraganeis ſit inhibendum, fol. 513. & adde ad tit. de appel. in lib.

*Decretum ſacræ Congregat.* Sanctiſsimi D. N. Pauli Diuina Prouidentia Papæ V. Iubilcum ad diuinam opem initio ſui Pontificatus pro ſalutari Catholicę Eccleſiæ regimine, & præſentibus neceſsitatibus imploran. incip. Quòd in omni vita. & adde ad tit. de pœnit. & remiſſ. ſuprà. fol. 25.

# CANONES ET DECRETA

## Sacro-ſancti Oecumenici, & generalis Concilii Tridentini iuxta ordinem titulorum Decretalium.

*Cum citationibus conſtitutionum Summorum Pontificum editarum ad declarationem quorundam capitum eiuſdem Concilij.*

## LIBER PRIMVS.

### *De Summa Trinitate, & Fide Catholica.*

CONGRVVNT huic titulo Decreta in ſeſſ. 3. & 4. de ſymbolo Fidei, & de canonicis ſcripturis, ac de editione, & vſu ſacrorum librorum, & in ſeſſ. 5. de peccato originali, ac ſeſſ. 6. de iuſtificatione, & ſeſſ 25. de Purgatorio.

C. Tanta, c. cogit, ſeſſ. 25. cum dignitates §. prouiſi 24. ſeſſ. Extant Bullæ Pij 4. ſuper forma iuramenti profeſſionis Fidei, & à qui-

quibus,incip. Iniunctum,& ſacroſancta, fol. 243.& 544.

*De Conſtitutionibus.*

C.ſicuti publicè expedit,ſeſſ.25.

*De reſcriptis.*

C. Quoniam ob malitioſam. ſeſſ. 25. c. diſpenſationes, & c. in commutationibus, ſeſſ. 22. c. & quoniam ſeſſ. 13.

*De electione.*

C. Ad cathedralium ſeſſ.7.c. ſi in quibuslibet ſeſſ. 24.

C. Quicunque poſthac ſeſſ. 22. Extat conſtitutio Gregorij XIIII. de forma faciendi proceſſus ſuper promouendis ad Cathedrales, incip. Onus Apoſtolici. fol. 531.

C. In electione, & c. Abbatiſſa, ſeſſ. 25. Extat Bulla Gregorij XIII. de monialium præfectis non vltra triennium per vniuerſam eligendis, incip. Expoſcit, fol. 94

C. inferiora, ſeſſ. 7. c. cum dignitates, ſeſſ.24.

C. expedit; ſeſſ. 24. Ad cuius obſeruantiam extat Bulla Pij V. incip. In conferendis. 381.

*De ſupplenda negligentia Prælatorum.*

C. eadem §. in monaſterijs, & c. 2. §. ſi quæ verò, ſeſſ. 5. c. cauſæ omnes. §. legati ſeſſ. 24. c. quæcunque, in fine ſeſſ. 21. c. Capitulum Sede vacante, verb. negligens ſeſſ.

ſeſſ. 24. c. Monaſteria. ver. quod ſi in his, c. hæc omnia ver. & quia, ſeſſ. 25. de regular.

C. Regularis ſeſſ. 25. de regul. ſuper cuius decreti exequutione extat conſtitutio Clem. 8. incip. Suſcepti muneris, fol. 138.

*De temporibus Ordinationum, & qualitate Ordinandorum.*

De Sacramento Ordinis vide in ſeſſ. 23.

C. Ordinationes ſeſſ. 23. ferè per totam, c. cum honeſtius, c. & quoniam ſeſ. 14. c. facultates de promouendo, c. facultates de non promouendo. c. ad maiores ſeſſ. 7. c. Eccleſijs ſeſſ. 23.

C. Nulli Epiſcopo, ſeſſ. 6. & fertur Sacram Congregationem declaraſſe, quòd Epiſcopus alienus volens conferre Ordines in loco exempto, non ſolum requiritur licentia Superioris loci exempti, ſed etiam illius Epiſcopi, intra cuius fines locus exemptus eſt conſtitutus.

C. Cùm non deceat ſeſſ. 21. Extenſio huius decreti loquentis de clericis ſecularibus, ad clericos regulares non profeſſos, vt non promoueantur ad ſacros, niſi ſeruata forma huius decreti, fuit facta à Pio V. per eius conſtitutionem, incip. Romanus Pontifex, fol. 365.

C. non liceat, ſeſſ. 7.

C. Abbatibus. ſeſſ. 23.

*De ſcrutinio in Ordine faciendo.*

C. Sancta Synodus, & c. cum nullus cum alijs ſeſſ. 25. Quorum requiſita plura enumerantur in Bulla Sixti V. contra clericos malè promotos, f. 371.

*De ætate & qualitate, & ordine præficiendorum.*

C. Quicunque, ſeſſ. 22. c. nullus prima tonſura. & c. nullius in poſterum cum alijs ſeſſ. 23. c. expedit ſeſſ. 24. c. cum pleraque ſeſſ. 25. de regul.

*De ſacra Vnctione.*

C. Si quis dixerit Confirmationem cum ſeq. ſeſſ. 7. Viſum eſt, c. Inſtituta, c. Res porrò, &c. Iam verò ſeſ. 14.

*De filijs presbyterorum.*

C. Vt paternæ, ſeſ. 25.

*De Clericis peregrinis.*

C. Cum nullus. §. nullius præterea ſeſ. 23.
C. Quanta §. deinde ſeſ. 22.

*De officio, & poteſtate Iudicis delegati.*

C. Inſuper cum nonnulli, ſeſ. 14. & adde ad c. 1. & fin. eod. tit. in 6.

*De officio Ordinarij.*

C. 1. ver. & ne ſub ſpecie } ſeſs. 5.
C. Quia verò, } ſeſs. 5.
C. Prædicationis ſeſs. 24.
C. Eccleſiarum Prælati } ſeſ. 6.
C. capitula cathedralium } ſeſ. 6.
C. 1. in princ. ſeſs. 13. di ref.
C. Omnes Eccleſi. Prælati ſe. 1. 14.

C. Ordinarij
C. Vniones } ſeſs. 7.
C. Beneficia
C. locorum Ordinarij.
C. Quæcunque in diœceſi ſeſ. 21.
C. Quæ alias
C. Epiſ. vt aptius } 24. ſeſs.
C. Prouincialia
C. Vt Sanctorum, ſeſs. 23.
C. Epiſcopi etiam
C. Quia illiterati } ſeſſ. 21.
C. Epiſcopi etiam tamquam
C. Adminiſtratores } ſeſ. 22.
C. cum ex notariorum
C. Statuit ſancta Synodus ſeſ. 25.
C. Patriarchæ
C. liceat Epiſcopis } ſeſs. 24.
C. vt fidelis
C. Apoſtolus
C. In monaſterijs
C. monaſteria ſancti-monialium } ſeſs. 25.
C. Epiſcopos quoſcunq; ſeſs. 14.

*De maioritate & obedientia.*

C. Non poteſt ſancta Synodus, c. ſtatuit ſancta Synodus, eſ. 1. §. Epiſcopis & c. poſtremo, ſeſs. 25.

C. controuerſias, ead. ſeſ. 25. Extat conſtitutio Gregorij XIII. circa præcedentiam Fratrum Mendicantium, & confraternitatum

fraternitatum laicorum in proceſsionibus, incip. Expoſcit, fol. 386.

*De Pactis.*

C. Nulla quoque renunciatio ſeſs. 25. de regular. & congruit huic tit. propter cap. quamuis pactum, eod. tit. in 6.

# LIBER SECVNDVS.

*De foro competenti.*

C. cauſæ Epiſcoporum } ſeſs. 13.
C. Quoniam verò } ſeſs. 13.
C. Non liceat verſ. & ſic ordinati, ſeſs. 7.
C. Nullius prima tonſura ſeſs. 23.
C. cauſæ criminales } ſeſs. 24.
B. cauſæ omnes } ſeſs. 24.
C. præterea quia nonnulli ſeſs. 14.

*De feriis.*

C. ab Aduentu ſeſs. 24. c. mandat verſ. & Sanctorum celebrationes, & c. inſuper ſeſs. 25.

C. cenſuræ §. dies, ead. ſeſs. 25. Extat Pij V. Bulla de obſeruatione feſtorum, incip. cùm primùm, f. 226. & decretum Sacræ Congregationis, f. 526.

*De teſtibus.*

C. teſtes ſeſs. 13.

*De appellationibus.*

C. eadem §. in cauſis, c. à ſententia, & c. reus ab Epiſcopo ſeſs. 13. c. legati ſeſs. 22.

 c. Epiſcopi

c. Epiſcopi vt aptius §. Nec in his ſeſs. 24. c. quam turpe, ver. nec ſeſs. 25. c. expedit ver. nec prædictorum ſeſ. 24.

C. cauſæ omnes ſeſs. 24.

# LIBER TERTIVS.

*De vita, & honeſtate Clericorum.*

C. ſacroſancta, §. Epiſcopis ſeſ. 2.
C. cum proprie Epiſcoporum ſeſ. 14.
C. optandum ſeſ. 25.
C. cum dignitates §. veſtitu ſeſ. 24.
C. nihil eſt ſeſ. 22.
C. quia verò & ſi habitu, ſeſ. 14.

Extat Sixti V. conſtitutio contra non incedentes in habitu, incip. Cùm ſacroſanctum, fol. 265.

*De cohabitatione Clericorum, & mulierum.*

C. quam turpe ſeſ. 25.

*De Clericis coniugatis.*

C. nullus prima §. in clericis, & c. vt Sanctorum, in fine, ſeſs. 23.

*De Clericis non reſidentibus.*

C. eadem ſacroſancta } ſeſ. 6.
C. Epiſcopi inferiores. } ſeſ. 6.
C. inferiora ſeſs. 7.
C. cum benefica ſeſ. 21.
C. cum præcepto ſeſ. 23.
C. Epiſcopi etiam ſeſs. 22.
C. cum dignitates §. prætereà, & §. diſtributiones

§. diſtributiones ſeſ. 24.

*De Præbendis, & dignitatibus.*

C. nemo
C. inferiora } ſeſs. 7.
C. quicunque
C. ratio poſtulat
C. ſtatuit el. 2. } ſeſs. 25.
C. & quia iure
C. regularia } ſeſ. 14.
C. cum pleraque ſeſ. 25. de regul.
C. in eccleſijs
C. cum eccleſiaſticus } ſeſ. 24.

Faciunt etiam decreta de vnione loquentia in c. vniones ſeſ. 7. c. & quia ſeſs. 14. c. vt etiam ſeſs. 21. c. quoniam pleræque ſeſs. 24. & c. ſicuti §. inſuper ſeſs. 25.

*De Clerico ægrotante.*

C. cum in beneficijs §. in coadiutorijs ſeſs. 25.

*De inſtitutionibus.*

C. præſentati ſeſs. 7. c. concedit §. in prædictis ſeſ. 25. de regular. facit tex. in c. auctoritate eo. tit.

*De conceſſione præbendæ, & Eccleſiæ non vacantis.*

C. Decernit ſancta Synodus mandata de prouidendo ſeſs. 24. c. cum in beneficijs ſeſs. 15.

*Ne Sede vacante aliquid innouetur.*

C. non liceat ſeſs. 7. cap. abbatibus §. pœnam

pœnam ſeſſ. 23. c. Capitulum Sede vacante ſeſs. 24.

*De his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli.*

C. ſtatuit el 1. ſeſſ. 25.

*Vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conſerantur.*

C. quoniam pleræque §. ad hæc in poſterum ſeſſ. 24.

*De rebus Eccleſiæ alienandis, vel non.*

C. magnam ſeſſ. 25. contra verò vſurpatores c. ſi quem clericorum ſeſſ. 22.

*De teſtamentis, & vltimis voluntatibus.*

C. Epiſcopi etiam ſeſſ. 22. concordat c. tua eod. tit.

*De ſepulturis.*

C. Decernit ſancta Synodus ſeſſ. 25. & adde ad clement. dudum, de ſepult. & ad c. de quarta de præſcript.

*De Parochijs, & alienis Parochianis.*

C. quoniam pleræ §. in parochialibus. & §. in his quoque ſeſſ. 24. c. Epiſcopi etiam ſeſſ. 21. c. quanta §. moneant ſeſs. 22. c. prædicationis §. moneatque ſeſs. 24.

*De Decimis.*

C. non ſunt ferendi ſeſſ. 25.

*De Regularibus, & tranſeuntibus ad Religionem.*

C. quoniam cum ſequentibus ſeſſ. 25. de regularibus c. quia verò Regulares ſeſſ. 14.

*De ſtatu Regularium.*

Congruunt huic titulo decreta d. Concilij, ſeſſ. 25. de monialibus præcipuè loquentia; veluti c. Bonifacij VIII. c. Abbatiſſa, c. Monaſteria ſanctimonialium, c. Attendant c. in quacunque, & c. libertati.

Pro maiori obſeruantia d. c. Bonifacij VIII. extant conſtitutiones Pij V. & Gregorij XIII. relatæ in verbo, Monaſteria monialium, fol. 321. cum ſeq.

*De ſtatu Monachorum, & Canonicorum Regularium.*

C. nemini, & c. Monaſteria omnia, cæteraq; capita in d. ſeſ. 25. de regularib.

*De Religioſis domibus, vt Epiſcopo ſint ſubiecta.*

C. curent ſeſſ. 7. C. admonet ſeſſ. 25.

*De iure patronatus.*

C. nemo, & c. non liceat ſeſſ. 14. c. Patriarchæ §. patroni ſeſſ. 24. c. ſi quem clericorum, ver. quod ſi ſeſſ. 22. c. expedit vel porro, & ver. ſi verò ſeſſ. 24.

C. ſicuti iura ſeſſ. 25.

*De cenſibus, exactionibus, & procurationibus.*

C. Patriarchæ §. interimque ſeſſ. 24.

*De celebratione Meſſarum, Sacramento Euchariſtiæ, & diuinis Officijs.*

Vide in ſeſſ. 13. 21. & 22.

C. quanta ſeſſ. 22.

C. ſacroſancta ver. Epiſcopos ſeſſ. 2.

C. qui

C. qui piè §. curet ſeſſ. 23.
C. cum dignitates §. omnes verò ſeſſ. 24.
C. contingit ſæpè ſeſſ. 25.
C. attẽdant §. quod verò ſeſſ. 25. de regul.

*De Baptiſmo & eius effectibus.*

Vide in ſeſſ. 7.

*De Reliquijs, & veneratione Sanctorum.*

C. mandat ſancta Synodus ſeſſ. 25. c. vt fides §. fin. ſeſſ. 5. Extat Pij V. conſtitutio, Ne in popularibus concionibus diſputetur de Concepione glorioſæ Dei Genitricis Mariæ fol. 174. incip. Super ſpecula.

*De obſeruatione ieiuniorum.*

C. inſuper hortatur ſeſſ. 25.

*De Eccleſijs ædificandis, vel reparandis.*

C. cum illud quoque c. Epiſcopi etiam ſeſſ. 21. c. concedit in fine ſeſſ. 25. Extat conſtitutio Clem. VIII. præſcriptionis normæ dandi licentiam ab Ordinarijs ad ædificanda in poſterum Regularia monaſteria, incip. Quoniam, fol. 590.

*De immunitate Eccleſiarum.*

C. quanta §. ab Eccleſijs ſeſſ. 22. c. cupiens ſeſſ. 25.

*Ne Clerici, vel Monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant.*

Congruunt huic titulo citata ſupra in tit. de vita, & honeſt. cler.

LIBER

# LIBER QVARTVS

*De ſponſalibus, & matrimonijs.*

Vide ſeſſ. 24. de Sacramento matrimonij.

C. multi ſunt, qui vagantur, c. ita plerunque ſeſſ. 24.

C. iuſtitia publicæ honeſtatis, d. ſeſſ. 24. de ref. matrim. Extat declaratio Pij. incip. Ad Romanum fol. 284.

*De clandeſtina deſponſatione.*

C. tametſi ſeſſ. 24.

*De Cognatione ſpirituali.*

C. docet experientia ſeſſ. 24. Extat Pij V. declaratio incip. Cùm illius vicem, fol. 283.

*De Conſanguinitate, & affinitate.*

C. ſi quis intra gradus ſeſſ. 24. & adde ad clem. vnic. eod. tit.

C. præterea ſancta Synodus eadem ſeſſione. Extat declaratio Pij V. incip. Ad Romanum eò fol. 285. & congruit etiam tit. de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ vel ſponſæ.

*De matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ.*

C. tametſi §. qui aliter ſeſſ. 24.

LIBER

*De Simonia.*

C. quoniam ſeſſ. 21. c. expedit, §. caueantque, ſeſſ. 24.

C. in pluribus Eccleſijs ſeſſ. 24. Ad corroborationem huius decreti extat Pij V. Bulla reuocatoria priuilegiorum, & conſuetudinum Eccleſiarum aliquid recipiendi in collatione, aut alia prouiſione ſeu admiſſione ad poſſeſſionem beneficiorum, incip. Durum nimis, fol. 484.

*Ne Prælati vices ſuas, vel Eccleſias ſub annuo cenſu concedant.*

C. magnam §. non liceat ſeſſ. 25.

*De magiſtris.*

C. eadem ſacroſancta ſeſſ. 5. c. cum adoleſcentium ætas ſeſſ. 23. c. prædicationis §. ijdem etiam ſeſſ. 24.

*De Homicidio.*

C. cum etiam qui per induſtriam ſeſſ. 14.

*De pugnantibus in duello.*

C. deteſtabilis ſeſſ. 25. Ampliatur hoc decretum per conſtitutionem Gregorij XIII. incip. Ad tollendum, fol. 227. & alteram Clementis VII. incip. Illius vices fol. 228.

*De Adulterijs.*

C. graue peccatum ſeſs. 24. de ref. matrim. vbi etiam de concubinarijs.

*De Raptoribus.*

C. decernit ſancta Synodus ſeſs. 24. de reform. matrim.

*De Clerico venatore.*

C. cum dignitates §. veſtitu ſeſ. 24.

*De Clerico per ſaltum promoto.*

C. qui pie. §. fin. ſeſſ. 23.

*De eo, qui furtiuè Ordines ſuſcepit.*

C. Ordinationes. §. quod ſi quis ſeſſ. 23.

*De Priuilegijs.*

C. in exemptorum cauſis ſeſſ. 7. c. Eccleſiarum Prælati ſeſſ. 6. c. inſuper, & c. præterea quia ſeſſ. 14.

C. quoniam priuilegia ſeſſ. 24. Ad corroborationem huius decreti extat Gregorij XIII. conſtitutio incip. Circumſpecta. fol. 402.

*De Pœnis.*

C. cùm verò tam grauia ſeſſ. 13. c. inſuper §. poſt hæc ſeſſ. 4.

*De Pœnitentijs, & Remiſſionibus.*

Congruunt huic titulo de ſanctiſsimo Pœnitentiæ Sacramento ſeſ. 14. ca. cum Catholica ſeſſ. 25. c. Apoſtolus monet, & c. Liceat Epiſcopis ſeſ. 24.

C. Quamuis presbyteri ſeſſ. 23. Extat Declaratio Pij V. ſuper approbatione Regularium ad audiendas Confeſsiones ſecularium, incip. Romani Pontificis, fol. 185.

C. quia vero ſeſſ. 5. in fine., c. cum mul-

tá ſeſſ. 21. c. cum poteſtas ſeſs. 25. Extat Pij V. conſtitutio reuocatoria indulgentiarum pro quibus conſequendis manus adiutrices ſunt porrigendæ, & quæ quaſtuandi facultatem quomodolibet continent, incip. Et ſi Dominici, fol. 568. in Bullario. Et pertinet ad Ordinarium loci præſcribere formam colligendi eleemoſynas, & alia oblata Chriſtianæ charitatis ſubſidia, remotis tamen menſis, peiuibus, capſis per conſtitutionem Clemen. 8. incip. Quæcunque fol. 612. & vide Concilium Prouinciale Mediolanen. V. in tit. de indulgentijs, vbi prouiſum eſt, ne indulgentiarum literę, inſcriptiones earum nomine exaratæ, eo loco vbi capſa ad eleemoſynam colligendam apparata eſt, etiam extra Eccleſiam proponantur, affigantúrue, ſed vel in Altari maiori, vel in alio vbi indulgentiæ cauſâ ſtatio, oratione conſtituta eſt, &c.

Si verò aliquando Epiſcopi conceſſa capſa, in quam eleemoſyna Fidelium conijciatur, palàm ponitur, intus in Eccleſia loco longè ab Altari, vbi indulgentiæ ſtatio agitur, decore collocetur, &c.

*De ſententia Excommunicationis.*

C. quamuis excommunicationis gladius ſeſſ. 25. de ref. Ad cuius declarationem vide Pij V. ordinationem fol. 241.

C. cēluræ, c. anathemati ſeſſ. 25. de regular.

C. ſi quem clericorum ſeſſ. 22.
C. ita plerunque ſeſſ. 24.

*De verborum ſignificatione.*

C. cupiens ſeſs. 24. c. tanta §. quod ſi in his, ſeſſ. 25. Circa declarationem Concilij Trid. extat Bulla Pij 4. incip. Benedictus Deus fol. 182.

Item vltra præallegatas conſtitutiones particulares ad declarationem quorundam capitum d. Concil. ſciendum eſt extare alias conſtitutiones generales pertinentes ad omnia contenta in d. Conc. Trid. & ſunt,

Super confirmatione Conc. Tridentini, incip. Benedictus Deus. *Pij 4.*

Super declaratione temporis ad obſeruanda decreta Conc. Trid. ad reformationem, & ius poſitiuum dumtaxat ſpectantia, incip. Sicut ad Sacrorum. *Eiuſdem.*

Reuocatoria priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, conſeruatoriarum, indultorum, confeſsionalium, Maris magni, & aliarum quarumcunque ſimilium gratiarum quibuſcunque locis, & perſonis conceſſarum in his in quibus ſtatutis, & decretis Sacri Conc. Trid. contrariantur, incip. In Principis Apoſtolorum Sede, quæ habentur impreſſæ in fine dicti Concilij. *Eiuſdem*

Reductio conſtitutionum Pij V. pro Mendicantibus, & alijs Regularibus contra *Gre. 13.*

locorum Ordinarios ad terminos iuris, & Conc. Trid. incip. In tanta f. 398. in verbo, Priuilegia Regularium.

*Eiuſdem.* Innouatio conſtitutionis Nicolai III. relata in c. 1. de iureiur. in 6. & aliarum ſanctionum contra iurantes, & iurare facientes illicita, impoſsibilia, damnoſa, & Eccleſiaſticæ libertati, ac decretis Concil. Trid. aduerſantia, incip. Inter Apoſtolicas, fol. 552. vbi relata d. conſtitutione Nicolai, ſequuntur verba Gregorij XIII. à verſic. Veruntamen multi. Quæ Bullæ fuerunt citatæ in verbo Conciliũ Tridentinũ fol. 182.

Si in hac recollectione aliqua capita multiplicatis vicibus repetita fuerunt, non eſt inconueniens; nam vna decretalis, ſeu lex diuerſis reſpectibus ſub diuerſis titulis ſituari poteſt, glo. in extrauag. com. de vi. & honeſt. cler. Et animaduertit ſummarium extrauag. Ioan. 22. incip. Suſcepti regiminis de electio. quæ eadem reperitur inter extrauag. com. ſub tit. Ne ſede vacant. Imò vna bis ſub eodem titulo in diuerſis compilationibus, vt extrauag. Ioan. 22. incip. Execrabilis, in tit. de præben. etiam inter communes.

Ordor

Ordo legendi DECRETA REFORMATIONIS per CONCILIVM TRIDENTINVM facta, diſtinctus per Titulos & Capita.


| TIT. I. De fide. | Seſſ. | Cap. refor. | pag. |
| --- | --- | --- | --- |
| CAP. I. *De facienda profeſsione fidei.* | | | |
| Cogit temporum calamitas. | 25. | 2. | 313 |
| §. Prouiſi autem, *vſque*, Neminem. | 24. | 12. paulò poſt init. | 268. |
| CAP. II. *De impreſsione, expoſitione, & legitimo vſu ſacræ Scripturæ.* | | | |
| Inſuper. | 4. | Poſt decretũ 10 de libris Canonicis. | |
| TIT. II. *De ſacrorum Canonum obſeruatione.* | | | |
| CAP. VNIC. | | | |
| Sicut publicè expedit. | 25. | 18. | 336 |
| TIT. III. *De Concilijs Prouincialibus & diœceſanis.* | | | |
| CAP. VNIC. | | | |
| Prouincialia Concilia. | 24. | 2. | 255 |
| TIT. IV. *De his quæ vniuerſi cleri reformationem ſpectant.* | | | |
| CAP. VNIC. | | | |
| Nihil eſt. | 22. | 1. | 206 |
| Quia verò | 14. | 6. | 138 |

| | Seſſ. | Cap. refor. | pag. |
|---|---|---|---|
| Quàm turpe. | 25. | 14. | 331 |
| Vt paternæ. | eiuſ. | 15. | 333 |
| Optandum. (rò. | eiuſ. | 1. | 311 |
| Admonet, *vſq;* Illis ve- | eiuſ. | 8. | 322 |
| Quicumque de cetero. | 7. | 4. | 363 |
| Cùm Eccleſiaſticus. | 24. | 17. | 276 |

TIT. V.

*De Epiſcopali functione.*

CAP. I.

*Qui, quales, & quomodo ad Epiſcopatum aſſumendi, & intra quod tempus conſecrandi.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ad cathedralium. | 7. | 1. | 62 |
| Quicumque. | 22. | 2. | 201 |
| Si in quibuſlibet. | 24. | 1. | 252 |
| Ad maiores. | 7. | 9. | 66 |
| Eccleſiis. | 23. | 2. | 220 |

CAP. II.

*De reſidentia & honeſtate Epiſcoporum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Eadem ſacroſancta. | 6. | 1. | 49 |
| Cùm præcepto, *vſque,* Eadem omnino. | 23. | 1. | 216 |
| Non poteſt. | 25. | 17. | 335. |

CAP. III.

*De beneficiorum pluralitate Epiſcopis prohibita.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Nemo. | 7. | 2. | 62 |
| Cùm Eccleſiaſticus, *vſque,* Hæcque. | 24. | 17. | 276 |
| Quoniã pleræque, *vſque,* In parochial. | eiuſ. | 13. | 270 |
| §. Adhac in poſterũ, *vſque,* In iis. | eiuſ. | eod. | 272 |


CAP.

| Cap. IV. | Seſſ. | Cap. refor. | pag. |
|---|---|---|---|
| *De officio Epiſcopi in prædicando.* | | | |
| Quia verò. | 5. | 2. in princ. | 20 |
| Prædicationis. | 24. | 4. | 260 |
| Cap. V. | | | |
| *De officio Epiſcopi in ordinando.* | | | |
| Epiſcopi. | 23. | 3. | 221 |
| Quoniam. | 21. | 1. | 178 |
| Ordinationes. | 23. | 8. | 223 |
| Epiſcopus. | 14. | 3. | 135 |
| Epiſcopus. | 23 | 9. | 224 |
| Nulli Epiſcopo. | 6. | 5. | 54 |
| Et quòniam. | 14. | 2. | 134 |
| Abbatibus, *vſque*, Nec ipſi. | 23. | 10. | 224 |
| Facultates de promouendo. | 7. | 11. | 67 |
| §. Nec ipſi, *vſque*, Pœnam quoque. | 23. | 10. paulò pòſt init. | 224 |
| Cap. VI. | | | |
| *De officio iure, & auctoritate Epiſcopi in viſitando.* | | | |
| Patriarchæ. | 24. | 3. | 257 |
| Beneficia. | 7. | 7. | 65 |
| Capitula. | 6. | 4. | 53 |
| Quæcũque in diœceſi. | 21. | 8. | 185 |
| Locorum Ordinarij. | 7. | 8. | 66 |
| Quæ aliàs. | 24. | 9. | 264 |
| Eccleſiarum Prælati. | 6. | 3. | 253 |
| Epiſcopi vt aptius. | 24. | 10. | 63 |
| Omnes Eccleſiarum Prælati. | 14. | 4. | 136 |
| Cap. VII. | | | |

| | Seſſ. | Cap. refor. | pag. |
|---|---|---|---|
| *De officio, iuriſdictione, auctoritate Epiſcopi in iudiciis ciuilib. & crimin. tam in foro conſcientiæ quàm contentioſo.* | | | |
| Eadem ſacroſancta, *vſque*, Cùm igitur. | 13. | 1. | 97 |
| Cùm propriè. | 14. | prooem. | 132 |
| Cauſæ omnes, *vſque*, Legati quoque. | 24. | 20. | 182 |
| In exemptorum | 7. | 14. | 68 |
| Inſuper cùm nonnulli. | 14. | 5. | 136 |
| Quoniam priuilegia. | 24. | 11. | 165 |
| Omnes Eccleſiarum Prælati. | 14. | 4. | 136 |
| Prçtereà quia nõnulli. | eiuſ. | 8. | 140 |
| §. Legati quoque, *vſq;* Prætereà ſi quis. | 24. | 20. in med. | 283 |
| §. Cùm igitur rei criminum. | 13. | 1. in med. | 98 |
| A ſententia. | eiuſ. | 2. | 99 |
| Legati & Nuntij. | 22. | 7. | 205 |
| Reus, ab Epiſcopo. | 13. | 3. | 99 |
| §. Prætereà ſiquis. | 24. | 20. poſt med. | 283 |
| Cùm verò tam. | 13. | 4. | 100 |
| Et quoniam. | eiuſ. | 5. | 101 |
| Liceat. | 24. | 6. | 262 |
| Apoſtolus monet. | eiuſ. | 8. | 263 |
| Quamuis. | 25. | 3. | 315 |
| Quoniam. | eiuſ. | 10. | 328 |
| Diſpenſationes. | 22. | 5. | 205 |
| In commutationibus. | eiuſ. | 6. | ibid. |
| Epiſcopi. | eiuſ. | 8. | 206 |
| Administratores. | eiuſ. | 9. | 207 |
| Cùm ex notariorum. | eiuſ. | 10. | ibid. |

Cap. viii.

*Cauſæ in Epiſcopos apud quos, & à quibus tractandæ, & ſuſcipiendæ.*

| | Seſſ. | Cap. refor. | pag. |
|---|---|---|---|
| Quoniam verò. | 13. | 6. | 101 |
| Teſtes. | eiuſ. | 7. | 102 |
| Cauſæ. | eiuſ. | 8. | ibid. |
| Cauſæ. | 24. | 5. | 261 |

Tit. vi.

*De iuriſdictione ac poteſtate Capituli Sede vacante.*

Cap. vnic.

| | Seſſ. | Cap. refor. | pag. |
|---|---|---|---|
| Capitulum. | 24. | 16. | 275 |
| Non liceat. | 7. | 10. | 66 |
| §. Pœnam quoque. | 23. | 10. ſub fin. | 225 |

Tit. vii.

*De Parochis.*

Cap. i.

*Qui & quales creandi Parochi.*

| | Seſſ. | Cap. refor. | pag. |
|---|---|---|---|
| Inferiora beneficia. | 7. | 3. | 63 |
| Expedit maximè. | 24. | 18. | 277 |
| Præſentati. | 7. | 13. | 68 |
| Decernit. | 24. | 19. | 281 |
| §. Prouiſi etiam, *vſque*, Neminem. | eiuſ. | 12. paulò poſt init. | 267 |

Cap. ii.

*De reſidentia Parochorum.*

| | Seſſ. | Cap. refor. | pag. |
|---|---|---|---|
| Epiſcopis inferiores. | 6. | 2. | 52 |
| §. Eadem omnino. | 23. | 1. ſub. fin. | 219 |
| §. In iis quoque, | 24. | 13. poſt med. | 272 |

Cap. iii.

*De beneficiorum curatorum pluralitate prohibita.*

| | Seſſ. | Cap. refor. | pag. |
|---|---|---|---|
| Quicŭque de cetero. | 7. | 4. | 63 |
| Ordinarij locorum. | eiuſ. | 5. | 64 |
| Cùm Eccleſiaſticus. | 24. | 17. | 276 |
| Epiſcopi, etiam. | 21. | 4. | 182 |
| CAP. IV. | | | |
| *De vnione beneficiorum, ſiue curatorum vel non curatorum, cum curatis; ſiue non curatorum, inter ſe.* | | | |
| Vt etiam. | 21. | 5. | 183 |
| §. In parochialibus, *vſque,* In iis. | 24. | 13. in med. | 271 |
| Et quia. | 14. | 9. | 141 |
| §. In vnionibus. | 24. | 13. med. | 271 |
| Vniones perpetuæ. | 7. | 6. | 64 |
| CAP. V. | | | |
| *De officio parochorum in prædicando, & Sacramenta adminiſtrando.* | | | |
| §. Archipresbyteri, *vſque,* Quæſtores. | 5. | 2. paulò poſt init. | 21 |
| Prædicationis, *vſque,* Iidem. | 24. | 4. | 260 |
| Vt fidelis populus. | eiuſ. | 7. | 262 |
| Quia illiterati. | 21. | 6. | 183 |
| CAP. VI. | | | |
| *De parochialibus Eccleſijs, earúmque prouentibus conſeruandis.* | | | |
| Statuit ſacta Synodus. | 25. | 16. | 334 |
| Decernit ſancta Synodus. | eiuſ. | 13. | 331 |
| Cùm illud. | 21. | 7. | 184 |


TIT.

| | Seſſ. | Cap. refor. | pag. |
|---|---|---|---|
| TIT. VIII. | | | |
| *De Canonicis.* | | | |
| CAP. I. | | | |
| *Qui & quales ad dignitates & Canonicatus Eccleſiarum tam Cathedralium quàm Collegiatarum, vocari & admitti debeant.* | | | |
| Cùm dignitates, *vſque,* Præterea. | 24. | 12. | 267 |
| Ratio poſtulat. | 25. | 5. | 318 |
| CAP. II. | | | |
| *De reſidentia Canonicorũ.* | | | |
| §. Præterea, *vſque,* Omnes verò. | 24. | 12. in med. | 269 |
| Cùm beneficia. | 21. | 3. | 181 |
| Epiſcopi. | 22. | 3. | 202 |
| CAP. III. | | | |
| *De officio & moribus Canonicorum.* | | | |
| Quicumque. | eiuſ. | 4. | 204 |
| Omnes verò. | 24. | 12. ſub fin. | 269 |
| CAP. IV. | | | |
| *De modo augendi præbendas æquo tenuiores.* | | | |
| In Eccleſiis. | eiuſ. | 15. | 274 |
| CAP. V. | | | |
| *Canonicorum mali mores, quòd Epiſcopi auctoritate corrigi poßint & debeant.* | | | |
| In pluribus. | 24. | 14. | 272 |
| Capitula. | 6. | 4. | 53 |
| Statuit ſãcta Synodus. | 25. | 6. | 318 |


TIT.

| | Seſſ. | Cap. refor. | pag. |
|---|---|---|---|
| T IT. IX. | | | |
| *De vita Religioſorum.* | | | |
| C A P. I. | | | |
| *Qui, quales, quomodo ad beneficia regularia debeant promoueri.* | | | |
| Regularia. | 14. | 10. | 141 |
| In electione. | 25. | 9. de Regul. | 296 |
| Abbatiſſa. | eiuſ. | 7. | 297 |
| Cùm pleraque. | eiuſ. | 12. | 308 |
| C A P. II. | | | |
| *De reuocanda vita religioſorum ad monaſticam diſciplinam:* | | | |
| Quoniam. | eiuſ. | 1. | 291 |
| In quacumque. | eiuſ. | 15. | 303 |
| Nulla quoque. | eiuſ. | 16. | ibid. |
| Libertati. | eiuſ. | 17. | 305 |
| Anathemati. | eiuſ. | 18. | ibid. |
| Quicùmque. | eiuſ. | 19. | 306 |
| Quia verò. | 14. | 11. | 142 |
| Prohibet. | 25. | 4. | 294 |
| Bonifacij. | eiuſ. | 5. | 295 |
| Nemini. | eiuſ. | 2. | 292 |
| Concedit. | eiuſ. | 3. | 293 |
| Regularis. | eiuſ. | 14. | 303 |
| Cenſuræ. | eiuſ. | 13. | 302 |
| Controuerſias. | eiuſ. | 13. | ibid. |
| Monaſteria Sanctimonialium. | eiuſ. | 9. | 299 |
| Attendant. | eiuſ. | 10. | 300 |
| In monaſteriis. | eiuſ. | 11. | 301 |
| Abbates. | eiuſ. | 20. | 307 |
| Monaſteria omnia. | eiuſ. | 8. | 298 |
| Hæc omnia. | eiuſ. | 22. | 309 |

| | Seſſ. | Cap. refor. | pag. |
|---|---|---|---|
| TIT. X. | | | |
| *De fideli adminiſtratione hoſpitalium.* | | | |
| CAP. VNIC. | | | |
| Curent Ordinarij. | 7. | 15. | 69 |
| §. Illis verò. | 25. | 8. paulò poſt inic. | 223 |
| TIT. XI. | | | |
| *De Quæſtoribus eleemoſynariis.* | | | |
| CAP. VNIC. | | | |
| §. Quæſtores verò. | 5. | 2. in fin. | 23 |
| Cùm multa. | 21. | 9. | 187 |
| TIT. XII. | | | |
| *De Iure patronatus.* | | | |
| CAP. VNIC. | | | |
| Nemo. | 14. | 12. | 142 |
| Non liceat. | eiuſ. | 13. | 143 |
| Sicuti legitima. | 25. | 9. | 324 |
| TIT. XIII. | | | |
| *De tollendis quibuſdam quæ omnium Eccleſiarum debitam adminiſtrationem euertunt aut dedecent* | | | |
| CAP. I. | | | |
| *De tollendis regreſſibus & coadiutoriis* | | | |
| Cùm in beneficiis. | 25. | 7. | 321 |
| CAP. II. | | | |
| *De tollendis locationibus bonorum Eccleſiæ, quæ ſunt repræſentata pecunia.* | | | |
| Magnam Eccleſiis. | eiuſ. | 11. | 329 |

| | Seſſ. | Cap. reſor. | pag. |
|---|---|---|---|
| TIT. XIV. *De his qui ſunt initiandi ſacris.* | | | |
| CAP. I. *De tenſurandis, & ad minores Ordines promouendis.* | | | |
| Prima tonſura. | 23. | 4. | 221 |
| Minores. | eiuſ. | 11. | 225 |
| Ad minores; *vſque*, Hi verò. | eiuſ. | 5. | 221 |
| Nullus prima. | eiuſ. | 6. | 222 |
| CAP. II. *De promouendis ad maiores Ordines.* | | | |
| §. Hi verò qui. | eiuſ. | 5. poſt init. | 221 |
| Nullus in poſterum. | eiuſ. | 12. | 226 |
| Subdiaconi. | eiuſ. | 13. | 227 |
| Qui piè. | eiuſ. | 14. | ibid. |
| Cùm non deceat. | 21. | 2. | 179 |
| Cùm etiam. | 14. | 7. | 139 |
| Cùm honeſtius. | eiuſ. | 1. | 133 |
| Cùm nullius. | 23. | 16. | 228 |
| Vt Sanctorum. | eiuſ. | 17. | 229 |
| Quamuis presbyteri. | eiuſ. | 15. | 228 |
| Facultates de non. | 7. | 12. | 67 |
| CAP. III. *De examine ordinandorum, & tempore ac loco ordinandi.* | | | |
| Sancta Synodus. | 23. | 7. | 223 |
| Ordinationes; *vſque*, Vnuſquiſque. | eiuſ. | 8. | ibid. |
| CAP. IV. *A quo ſit quiſque ordinandus* | | | |


*nandus*

| | Seſſ. | Cap. refor. | pag. |
|---|---|---|---|
| *nandus.* | | | |
| §.Vnuſquiſque autem. | eiuſ. eod | in med. | ibid. |
| Non liceat. | 7. | 10. | 66 |
| §.Pœnam quoque. | 23. | 10. ſub fin. | 225 |
| TIT. XV. | | | |
| *De celebratione Miſſarum.* | | | |
| CAP. I. | | | |
| *De his quæ in ea ſint obſeruanda, & quæ vitanda.* | | | |
| Quanta cura. | 22. | proximè poſt Canones. | 197 |
| CAP. II. | | | |
| *De moderando numero Miſſarum, certo caſu.* | | | |
| Contingit ſæpé. | 25. | 4. | 317 |
| TIT. XVI. | | | |
| *De Clericis inſtituendis in Theologia, & diſciplinis eò ducentibus, eorúmque Seminariis erigendis.* | | | |
| CAP. VNIC. | | | |
| Eadem ſacroſancta, *vſque.* Quia verò. | 5. | 1. | 17 |
| Cùm adoleſcentium. | 23. | 18. | 230 |
| TIT. XVII. | | | |
| *De Matrimonij reformatione, de reſtrictione quorumdam eius impedimentorum, de raptoribus, vagis, & cócubinariis, de libertate matrimonialis contractus, de temporibus ſolemniter matrimonium celebrãdi.* | | | |


Capita

| | Seſſ. | Cap. refor. | pag. |
|---|---|---|---|
| Capita nouem, ordine continuo. | 24. | Proximè poſt Canones. | 242 & ſeqq. |
| **Tit. XVIII.** *De his qui bona Eccleſiæ ſubtrahunt, aut ſibi ſumunt.* | | | |
| **Cap. vnic.** | | | |
| Si quem Clericorum. | 22. | 11. | 208 |
| Non ſunt ferendi. | 25. | 12. | 330 |
| **Tit. XIX.** *De ſublatis duellis.* | | | |
| **Cap. vnic.** | | | |
| Deteſtabilis. | eiuſ. | 19. | 337 |
| **Tit. XX.** *De officio Chriſtianorum Principum & Poteſtatum in tuenda immunitate Eccleſiarum.* | | | |
| **Cap. vnic.** | | | |
| Cupiens. | eiuſ. | 20. | 338 |
| **Tit. XXI.** *De officio eorumdem in recipiendo & obſeruando, ac obſeruari procurando decreta generalis Concilij Tridentini.* | | | |
| **Cap. vnic.** | | | |
| Tanta fuit. | eiuſ. | ſub finem. | 343 |


FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE